

Ayuntamiento de Madrid

INDEX RERVM IN

quinque Irenaei lib. cognitu dignum. Recensentur autem non solum orthodoxorum sententiae, sed etiam haeticorum dogmata. Numerus facie p. 3. indicat.



Brae semé sicut stellæ, nõ secúdu numerú tãtum, sed etiam claritatem. 318
 Abrae fides & nostra eadem. ib.

Abraã pater fideiũ, tã ex præputio quã ex circuncisione. 373
 Abraam in semetipso præfigurabat duo testamenta 375
 Abraam vidisse diẽ domini. 163
 Abrae pmissio facta de femine multiplicãdo, refertur ad filios eius secundum similitudinem fidei 323
 Abrae salus asseritur 324
 Abraxas Basilidis deus 76
 Ablutio vera quæ 455
 Achamoth 23 & 69
 Adam vespere à domino vocatus quid significat 467
 Adam cur submotus à ligno vitæ 294
 Adæ & Christi generatio similis 288
 Adæ salus asseritur 292
 Aduersus eos qui dicũt, quid nõ ui veniẽs attulit Christus. 403
 Aegypti triplex laus 283
 Aegyptios saluatos. 81

AEonum generatio 57
 AEones epulantes apud patrem sedere 141
 AEones à quaternatione progressos. 55
 Agnitio boni & mali quæ. 426
 Alexander Euaristo successit. 212
 Alij laborauerunt, & vos in laborum introistis. Hæc verba explicat. 371
 Aliud baptisma habeo baptizari. &c. 67
 Altare & templum in cælis 356
 Anaxagoras & 133
 Anaximander ibidem
 Angeli infiniti circa factorẽ. 102
 Angelos à solo deo creatos ibid.
 Animæ soli esse salutem, & nõ corpori. 75
 Animam cuique nostrum suam esse uti & corpus vnicique suum. 199 & 200
 Anima inter spiritum & carnem media & nunc illum nunc hæc subsequens. 453
 Animarum discrimina 30
 Animalia in lege munda & imunda quid significant. 449
 Anima & spũs immortales 447
 Animalia quadriformia, quadriforme Euãgelium significat. 237
 Annus domini quid 160
 Animas non transire in alia corpora. 197
 Animas secundum Platonem nõ bibere obliuiois poculum. 198
 Animæ naturæ secundum hæreticos. 183
 Animam in corpore nõ amittere * ij suam

Index in libros

suam scientiam, nec memoriã		AÆcus natiuitate cur à	
inspectorũ, sed velocitatẽ.	199	domino operatione po-	
Anni diuisio.	169	tius quã sermone il-	
Anima carnalis aliquando caro		luminat ⁹ , nõ sine mysterio.	466
appellatur.	457	Caim saluatum.	81
Antiphanis Theogonia.	132	Caim & ludam Caini veneran-	
Apocalypsis Ioãni adscrib.	80	tur.	92
Apostolorũ de deo sentãtia.	224	Calarbaseorum doctrina.	45
Apostolos nõ Deum mutasse, sed		Carnis resurrectio asseritur vasi-	
Iesũ esse Xpm ãnuntiãsse.	242	dis argumẽtis, & autoritate scri-	
Apostolorum traditio.	211	pturarum & deinceps vsq;.	461
Apostoli sunt sacerdotes.	226	Carnales qui.	448
Aratri & falcis metio in prophe-		Caro & sanguis regnũ dei heredi-	
tia dominũ Iesũ designabat.	407	tare non possunt, quid sit.	450
Arbitrium nõ in operibus tantũ,		Caro & sanguis in domino Iesu	
sed & in fide liberum.	423	ab Apostolo nominatur duabus	
Arenã numerare & calculos ter-		de causis.	460
rã.	174	Caro facilius vitam recepit, quã	
Aristotelici Valentiniani.	134	cipit.	441 & 442
Aue à Ioanne prohibitum dici		Caro & sanguis regnũ dei nõ ac-	
hæreticis.	59	apprehendunt quomodo tor-	
Aue dicere hæreticis, est commu-		quent.	91
nicare operibus eorum. ibidem		Carpocratis doctrina.	76
Autoritas põtificum.	210	Carpocratis discipulorum arro-	
Azazel satanas, pater Marci.	57	gantia.	77
Aptismi & redẽptionis		Cerdonis hæresis de patre	80
discrimen.	67	Cerinthi doctrina.	79
Baptismus in morte		Chã imitantur, qui patriarchis &	
Christi.	267	prophetis eorum delicta expo-	
Basilides qui ccclxv. cælos ab in-		brant.	391
uicem factos enuntiauit., con-		Charitas summum p̄ceptum &	
futatur.	139	adimpletio legis.	335
Basilides doctrinam suam in im-		Christum spiritalẽ nõ fuisse pas-	
mensum extendit.	74	sum, sed aliũ animale.	29
Basilidis sententiã de ccclxv. cæ-		X̄ristũ septẽ literarũ nomen.	66
lis, euersio.	202	Christ ⁹ octo literarũ est nomẽ.	67
Barbelon AÆonem esse nunquã		Christũ nõ esse passum, sed Simo-	
senescentem.	83	nem quendã Cyrenæum.	71
Blasphemiã hæreticorum.	385	Christus vsq; patris.	ibi dem.
		Christum	

D. Irenæi.

Christū descendisse in Iesum post baptisma. 79	Cælum A Eones dicunt. 65
Christ. cognosci, deū ignorari. 80	Cælum & terra cur transeant. 313
Christus fili⁹ primi hōis. 90 & 91	Cogitationes dei, non quomodo cogitationes hominum. 128
Christum federe ad dexteram pa- tris Ialdaboth. 81	Coitus indifferens. 82
Christus non fuisset emissus (se- cundum hæreticos) nec spirit⁹ s. nisi in ignorantia & deminu- tione fuissent eones. 155	Cōsciētia pura sanctificat sacrifi- ciū nō sacrificiū hominem. 354
Christus quare passus. 156.	Contemptores martyrum. 274
Christum diutius vno anno post baptisma prædicasse. 161	Confessio peccati. 47
Christum per omnem ætatem ve- nisse. 161	Cornelius Centurio. 244
Christus testimonium habuit à domesticis & aduersariis. 221	Corpus totū redintegrat de⁹, quē singula mēbra restituit. 458
Christum non descendisse in Ie- sum, nec distingui ab eo. 226	Corpus obliuionem non induce- re animæ. 197
Christus filius hominis factus, vt homo fieret filius Dei. 128	Corpus cur dei templum. fo- lio 445 & 446
Christiani. 251	Corpora nostra membra Chri- sti. ibidem
Christū vere & non putatiue ap- paruisse. 261	Creatio corporis difficilior, quā à morte resuscitatio. 440
Christi vocabulū inteptatur. 273	Crucis extensio quid significat. folio 470
Christus ex Maria corporis sub- stantiam accepit. 288 & 289	Crucifixum etiā hæretici confitē- tur. ibidem
Christ⁹ cur feria sexta passus. 481	Cum es cū aduersario tuo in via, da operam, &c. quomodo tor- quent. 78
Christus initiū & finis legis. 335	Cur verbum caro factum. 271
Christum putatiue non apparuis- se. 440	Cur hō lapsus sit & seruatus. 279
Christum carnem ex Maria sum- psisse. 437	Auid delictum. 379
Christus iudex. 316	D Debitorum chirogra- phum affixū cruci & deletum. 472
Circuncisio & sabbata signa erāt, & quid significabant. 344	Duodecadem ipsorum significa- re volunt quæcunque 12. nume- rum recipiunt. 35
Clemens successor Anacleti, A- postolos vidi. Corinthi. orta dis- fensio sub Clemente. 211	Decadem significari per decem gentes. 63
	Decalog⁹ ad omnes pertinet, reli- quæ

Index in libros

Alia præcepta peculiarius ad Iudæos.	346	Deum incóprehensibilem esse, & qui comprehendat omnia.	356
De die illa & hora, &c. Quomodo intelligendum.	180	Deum esse opificem hominis pbat.	358
De fructu ventris quid sit.	285	Deum secūdam dilectionem cognosci per filium.	ibidem
Θημιουργός fabricator mundi.	21	Deus quib⁹ modis videatur.	362
Demiurgū nō esse animalē.	186	Dies igneus.	363
Demiurgus solus deus.	359	Deus idem iudicat & veterū peccata & nostra, sed nostra austerius.	382
De harena resticulas neectere	119	Deus pater & verbum eius, vnus & idem semper adhsistit humano generi.	385
Delectus dierum & ciborū	27	Deus idem incredulos indurat & excæcat, credentes verò illuminat.	386
Deum quidem vnum dicunt hæretici, sed per sententiam malā immutant.	70	Deum in propria venisse.	438
Deum Iudæorum vnum ex angelis.	74	Diabolus mūdialium quæstionū inuentor.	60
Deum à prophetis prædicatum iustum esse Christū verò bonū.	8	Diabolum non dominari creaturis.	479
Deum qui à prophetis annuntiat non esse patrem domini nostri Iesu Christi.	80	Diabolus quomodo protoplastū seduxerit.	ibidem
Deum omnia continere.	101	Dies retributionis quis.	159
Dei propriū nulli⁹ indigere.	104	Dij omnes electi.	218
Deus potuit esse inuisibilis angelis, ignotus nequaquam.	112	Discipulorū Marci arrogātia.	47
Deum à semetipso non separari.	127	Discipuli domini sabbatum non violauerunt.	326
Deus idem factor æternorum & temporalium.	216	Dispositiones dei, etiam in specie iniustæ, à nobis non iudicandæ.	390
Deo commendanda, quæ absolute non possumus.	177	Dixit domin⁹ domino meo, quomodo interpretatum.	217 & 218
Deus melior natura, habēs in se velle & perficere.	185	Doctoribus quibus vtendū.	378
Deum alterum Iudæis, alterum Christianis prædicatum dicūt, & quomodo refellitur.	244	Doctrinas hæreticorum detectas facile euerri.	93
Deum esse iudicem.	299	Dominus quoties post baptismum, secūdam tēpus paschale ascēderit	111
Dei filius iuste non per vim recipit hominem, quem iniuste occupauerat Apostasia.	438		

D. Irenæi.

rit in Hierusalem.	161	Enoch & Helias in corpore in pa-	
Duplex aduentus à prophetis an-		radiso manent.	443
nuntiatus.	394	Epicurus.	133
Bionitarū doctrina.	79	<i>Ἐπικουροί</i>	52
E Ebionitæ solo Euāge-		Episcopi ab apostolis in ecclesiis	
lio quod est secundū		ordinati & successores eorū. 209	
Matthæum vtuntur.	ibidem	Error putatiue dominū apparuis-	
Ebionorum doctrinā dānat.	437	se dicentium iudicatur.	396
Ebionitarum erroris examē.	396	Error ab alio deo prophetas dicē-	
Ecce virgo, non ecce adolescen-		tium, ab alio dominum nostrū,	
tula apud proph.	284	damnatur.	405
Ecclesia	474	Esaïā mētītū, si tātūmodo vno an-	
Ecclesiæ fides qualis & à quibus		no dominus prædicauit.	160
eam accepit per totū caput.	38	Erraticam virtutem extra deum	
Ecclesiis omnibus vna & eadem		esse putant.	101
fides.	39	Euangelistæ	209
Ecclesia à quibus Euāgelium ac-		Euangelia quatuor tantum esse	
cepit.	209	ostendit	236
Ecclesia imitatur dominum in		Euangelium columna & firma-	
passionibus consequente cor-		mentum ecclesiæ.	ibi.
pore suum caput.	406	Euangelij quanta. firmitas &	
Ecclesia spiritus sancti domici-		autoritas	ibidem.
lium.	398	Euangelium Lucæ in quibus ma-	
Ecclesia semen Abrahæ.	325	gis cæteris abundet.	257
Ecclesiasticæ doctrinæ consisten-		Euangelium pacificum secundū	
tia.	397. & 410	prophetiam.	404 & 405
Ego autem dico vobis & hæc di-		Eucharistia	351 & 355
cit dominus, differentia harum		Extra fabricatorem cæli & terræ	
vocum.	411	nullum pleroma, aut deus.	101
Elemosina.	237	Extra plenitudinē dei nihil.	100
Electorum raritas nunc æque ac		Ex ore infantii, &c. Quomodo	
olim.	383	à verò sensu alienent.	53
Elleborum non omnibus suffice-		Ex parte cognoscimus & ex par-	
re, vt ieuomant stultitiā suā. 185		te prophetam? &c. quare dictū. 181	
Elemētis quatuor peruerse suas		Ezechielis visio.	365
opiniones stabiliunt.	60	Abricatio mundi soli	
Emissiones hominibus magis cō-		F deo ascribenda.	106
ueniunt quàm deo.	129	Fides in spiritum san-	
Enoch dei legatus.	345	ctum.	38
			* iij Fides

Index in libros.

Fides gentium quo difficilior, eo generosior. 46	A Ereticorum inter se
Fides in Christum facilior ex auditu Moysi & prophetarum. 372	H dissensio. 407 & 408
Figura apud Moysen eorum, qui per aliena deo seruiunt. 390	Hæretici ridentur. 47
Filius manifestauit patrem etiã Abraæ & reliquis patribus. 322	Hæreticum hominem post vnam correptionem deuota. 213
Filius dei loquitur, ad Abraam, Aaron & Moysen. 324	Hæreticorum vniuersa doctrina breuiter perstringitur & damnatur. 473
Filius iudicij diem, solum patre concessit scire. 180	Hæreticorũ argumenta cognoscenda lecturo scripta Irenæi. 436
Filius quibus scripturæ locis significatur. 218	Helisæi figura explicatur. 470
Filius deus varie visus. 365	Hierosolyma quare relicta. 314
Filius vocatus à spiritu sancto deus. 218	Hominẽ nemo potuit docere ea quæ sunt dei nisi Christus, nec homo potuit discere, nisi ex eo incarnato. 436
Filius in patre, & habet in se patrem. ibidem	Homo cur factus. 358
Fides nostra in Abraam præfigurata. 367	Hominẽ dicunt aliquando 6. die aliquando 8. die factum. 63
Filius duplex secundũ naturã & secundũ obedientiam. 431	Hominum tria genera, spirituale, animale & terrenum. 30
Finis mundi quando. 491	Homo cur nõ ab initio perfectus factus sit. 424
Flatus vitæ apud Moysen, id est, anima. 445	Hõ prædestinat ⁹ ab æterno, fact ⁹ autem præcognito tempore. 436
Forma baptismi. 67	Hõj diabolus subiicitur. 496
Allinacci elatio. 260	Homo perfectionis nõ capax, nisi se verbum dei submisisset humana natura ad sumpta. 426
G Gedeon figurã quid significauerit. 270	Humanum genus per inobedientiam lapsum, per obedientiã restituitur. 288
Gêtes õnes saluari à domino. 81	Hysterã fabricato. cæli & ter. 92
Gentes Iudæis inuisæ. 282	Acob figuræ explicantur. 368
Gentium examinatio. 276	Iacobici sermones approbantes Petri sententiam. 250
Gloria sanctorum. 280	Iaioth. 21
Gnostica hæresis. 41	Ialdaboth, Summum deum. 86
Gnostici qui. 79	Iaoth
Gnosticorum genera quæ. 85	
Gnosticorum sententiæ. ibidem	
Gratis acceptum gratis dādũ. 197	

D. Irenæi.

Iaoth quid.	203	hæreticis.	232
Idem deus præmiorum largitor, & suppliciorum exactor.	282	In principio creauit deus cælum, &c. Quomodo deprauent.	61
Idiotas esse præstare, quàm sciē- tes & inflatos.	172	& 62	
Iechonias & posteritas eius ex o- raculo regno priuatur.	287	In quibus deus seculi huius exce- cauit mētes, &c. Quomodo tor- quent, & quomodo legēdū.	220
I H Σ O Y Σ sex literarum no- men.	54	In schismata	444
Iesum Ioseph esse filium.	76	Instaurationem templi sub Zoro babele non esse nouū testamen- tum.	405
Iesum insigne nomen.	50	Ioannis Apostoli visio quid signi- ficabat,	370
Iesus quib ⁹ literis apud Hebræ- os constet, & Quid signifi- cer.	166	Ionæ è ventre Ceti seruati mira- culum.	325
Iesum non ex virgine natum.	79	Ira Dei grauior super peccantes post agnitionē christi.	381 & 413
Iesu generatio.	55	Iaac typ ⁹ quid significauerit	367
Iesum inenarrabilem habere ge- nesim.	54	Israël me nō cognouit, &c. Quo- modo deprauatum.	64
Iesus in ludo literario.	65	Iudā non fuisse typum pasci AË- onis.	156
Iesus cur cum Noysse colloquu- tus.	363	Iudæorū oblationes ingratae.	352
Iesum in corpore non resurre- xisse.	91	Iudæis lectio legis fabulæ simi- lis.	376
Iesus diuinitatem suam sanato paralytico ostendit.	469	Iudæi cur descuerint à Deo.	324
Iesum esse verbum Dei.	36	Iudæorum examinatio.	393
Iesu actus aliquot quid signifi- cent.	373	Iustini dictum.	319
Ignorantia scripturarū quid pa- riat.	250	Iustitiam sine bonitate non con- stare, neque bonitatem sine ius- titia.	299
Imago & similitudo Dei disse- runt.	445	Iustini martyris sententia.	487
Infantes & paruulos, qui rena- scuntur in deum saluari.	162	Iustitiam nostram abūdare plus quàm scribarum & pharis. quid sit.	337
Inobedienciæ malum.	427	Iusti omnes sunt sacerdotes.	226
In principio erat verbum, quo- modo deprauent.	34	Iusti & iniusti resurgent.	70
In principio erat verbum, &c. Quomodo opponitur omnibus		Iustos cum Iesus descendit ad in- feros, non esse saluatos.	81
		Lacte	

Index in libros

	Acte gypsum male mi-	Loth incestum excusatur	391
L	scetur, dictum in hære-	Loth figure explicatio	392
	ticos	Lucã plura cæteris, & magis ne-	
	271	cessaria scripsisse	256
	Lapis sine manib ⁹ excisus, apud	Agi quæ munera cõtu-	
	Danielem quid	286	
	Lapsus hominis erudit eum	423	
	Legis mysteria & figuras in	M	
	suã trãsserunt figmentum	lerint, domino, & quid	
	57	per munera illa signi-	
	Legem temporalẽ esse datã	fica.	226
	315	Maledicti qui	293
	Lernæa hydra	92	
	Lex seruorum, & euangelica li-	Malis cur iniustos potestas data	
	bertas filiorum	338	
	Lex per Christum impleta & ex-	fit	333
	tenfa	337	
	Lex non est posita iustis	345	
	Liberum arbitrium asseritur.	316 & 426	
	Liberum arbitrium asseritur lib.	Mariæ obediẽtia vitam induxit,	
	4. cap. 71 & 72. per totum	sicut Euæ inobediẽtia mor-	
	Liberum arbitrium negantes im-	tem	472 & 473
	potentẽ introducunt dominum	Mariæ & Euæ collatio	290
	aut ignorantem natura terre-	Marcellina Romæ sub Aniceto	
	nos	multos exterminauit	79
	421 & 422	Marcion scripturarum circunci-	
	Liberum arbitrium similitudo	for	ibidem
	Dei in homine	421	
	Per lignum inducta mors, & per	Marcionis Euangelium	236
	lignum vita	468	
	Lignum paradisi interdictum,	Marcionis dogmatum destru-	
	hæreticorum doctrina.	ctio.	101
	475	Marcionis doctrinæ examen.	395
	Linguam velocitatem sensus ho-	Marcionis doctrina.	80
	minum non adsequi	178	
	Lunam xxx. A Eones significa-	Marcion se apostolis veraciorem	
	re	esse suasit discipulis suis.	81
	60 & 61	Marcus per dẽmonem paredrum	
	Lino traditum episcopatum ab	prophetauit, & alios quoq; pro-	
	Apostolis	phetare fecit.	45
	212	Marcum spiritum propheticum	
	Literis & syllabis. nihil probari	vẽdidisse pecunia & corporum	
	posse	165	
	Literarum Græcarum mysteria	copulatione.	47
	prodigiosa	58	
		Marcus interpres & sectator Pe-	
		tri,	231
		Marci impostura in Euchari-	
		stia	

D. Irenæi

stia.	45	Mulierē quę perdidit dragmam,	
Marcus mulierū, præsertim pur-		ad sua dogmata rapiunt.	58
puratarum seductor.	46	Mulier impostura Marci prophe-	
Marci probationes literis & sylla-		tauit.	46
bis consistunt 48 & 49. per to-		Multi iusti præsciuerunt aduen-	
tum caput.		tum domini.	477
Marci magicę periti doctrina.	45	Mundum non ab angelis esse fa-	
Martyrij gratia ecclesię peculia-		bricatum ostendit.	101 & 102
ris.	398	Mundum ab angelis ingenito pa-	
Matthæū Hebraice scripsisse	209	tre inferioribus factum docuit	
Menander Samarites genere		Carpocrates.	76 & 77
Simonis successor.	73	Mundum ab angelis factum Me-	
Menander inuentor turpitudi-		nander affirmat.	73
nis.	192	Mūdum à septē angelis factū, Sa-	
Menandri sententia & operatio-		turninus affirmat.	ibidē
nes.	73	Mysterium inuisibile non perfici	
Mendax quis.	265	visibilib ⁹ & corruptibilib ⁹ crea-	
Misericordia Dei in nos effu-		turis.	68
sa.	228	Egocia mala & bona so-	
Morbi propter peccatum inobe-		N	
dientię.	451	ci.	77
Mors domini aliis dānatio, aliis		Nemo videbit deū & viuet quo-	
salus.	386	modo peruerse exponūt. 64 & 65	
Mortis definitio.	447	Nicolaitarū opera & doctrina. 80	
Mortui quare, & quomodo ab a-		Nomé domini nostri Iesu Chri-	
postolis suscitati.	193	sti, quur deus pater suum di-	
Mortui qui dicētra domino.	450	cat.	351 & 352
Mortuos ad finem defunctionis		Nō est in eis veritas, neq; agni-	
redimunt & quasi baptizāt.	68	tio dei, quomodo torquent. 64	
Moyfi legem sermones esse Chri-		Nō scitis quoniā in hiis quę pa-	
sti.	311	tris, &c. Quomodo detortū. 65	
Moyfi vxor Acthiopissa quid por-		Noningētis ānis amplius corpo-	
tendit.	367	ra volēte deo vixisse, cū conset	
Moyfi visio quid significabat.	365	perpetuo victura.	444
Moyfes Christi passionis tempus		Nouum testamentum quantum	
& locum significauit.	330	præcellat veteri.	327
Moyfes presbyteri innocētis exē		Noua opinio de ætate domi-	
plar.	378	ni.	162
Moyfi virga typus Christi.	286	Nun à Ialdaboth natum, in figu-	

Index in libros

ra serpentis contortum.	87	Andora quid.	158
Nuptias multas qui induxerunt.	82	P Parabola fici explicatur.	421
Nuptias damnauit Marcion & Saturninus.	82	Parabola eius qui in latrones incidit.	283
O Bedientia potior sacri ficiis.	201	Parabolæ diuitis, & Lazari expositio.	311
O Obedientia necessaria.	427	Parabola regis nuptias facientis filio, quid significat.	414
Oblationes hæreticorū cassæ.	43	Parabola vineæ & colonorum hominidarum explicatur.	408
Oblatio vera quæ.	353	Parabola operiarum variis horis in vineam missorum explicatur.	417 & 418
Oblationem significari per hominem.	62	Passionem domini non esse typum extensionis superioris Christi.	406 & 407
Octonationem quidam ostendunt, eo quod homo octaua die factus sit.	ibidem	Patrem æternum ipsum esse patrem Christi.	312
Octonationem & coniugationes à Ioanne non inductas.	63	Pater Valentinianorum vanus ostenditur.	477
Omne quod manifestatur lumē est quomodo torquent ad stabilienda sua dogmata.	34 & 35	Pater omnia per verbū fecit.	69
Omnia licent, sed nō omnia expediunt Pauli dictum, ad Libertatem arbitrium refert.	417	Pater maior me est.	181
Omnis sermo otiosus quem loquitur, &c. in quos recte dictum.	150	Pater Dei inuisibilis.	365
Ophitæ à serpente nomen habet quem colunt pro Christo.	92	Pater per filiū filij sui dat agnitionem.	235
Operum Dei rationē neminem scire.	177	Pater omnium solus deus in scripturis nominatur & verbum eius.	217
Opifex mundi quis.	392	Patrem omnibus incognitum conantur inducere.	60
Opinio de lxx. interpretibus, discrepans à Hieronymo.	282	Patris voluntatē nō fecisse ignorantiam & labem.	142
Oprobatio vnguntur baptizati.	68	Patriarchæ & prophetæ seminauerunt quod metit ecclesia.	375
Ordinatio circa humanum genus.	422	Paulus in Paradisum asportatus audiuit sermones inenarrabiles.	443
Osee per operationem quid prophetauit.	409	Paulus quomodo plus omnibus labore	labore

D. Irenæi.

laborauerit.	373	cepti.	292
Paulus à quibus reicitur.	79	Polycarpum ad Philipenses epi- stolam scripsisse.	213
Pauli sumptio vsque ad tertium cælum.	189	Populi profectio ex AEgypto ty- pus ecclesiæ ex gētibus.	390
Pauli exemplum.	375	Præcepta particularia & catoli- ca.	335
Paulum negantes fuisse Apосто- lum cōnuincit.	258	Præcepta propter inobediētiam datam.	342
Paulum tantum veritatē cogno- uiffe.	253	Presbyteri falsi.	377
Pauli dictum, lac vobis potū de- di non escam, quid est.	424	Principibus obediendum.	415
Peccantibus consentientes parti- cipis damnationis eorum.	383	Prophetarū oracula in neminem præter Iesum Christum compe- tere.	404
Peccata veterum scripta ad no- stram correptionem.	374	Prophetæ quibus modis deū vi- derint.	362
Peccata priscorum in scripturis memorata.	380	Prophetas à Deo patre mūdi con- ditore, à quo & dominum, mis- sos ex ipsius domini sermoni- bus ostenditur lib. 4. capite 70. per totum caput.	
Pecunia tua tecū sit in perditio- nem dixit Petrus Simoni ma- go.	71	Prophetæ à verbo propheticum charisma acceperunt.	360
Perfecti qui & spirituales, secūdu imaginem & similitudinem dei facti.	312	Prophetæ omnia prædixerunt, quæcunque Christus operatus est.	398
Per legem cognitio peccati.	276	Prophetas non eodē spiritu pro- phetasse.	202
Perfectione omnia indigent.	272	Prophetia, Ecce virgo concipiet, &c. explicatur.	284
Petri doctrina & sermones ad Iu- dæos.	239	Prophetæ prophetabant plurib. modis.	362
Petri sermones in Cæsaria ad Cornelium.	244	Prophetiæ definitio.	360
Petrum & Paulum Romæ fun- dasse ecclesiam.	211	Prophetæ cum membra essent Christi, vnusquisque eorum se- cundum quod erat membrum, secundum hoc & propheta- uit.	398
Pharao exēplum infidelis & in- durati.	389	Prophetas omnes nō à variis diis, sed	
Pharisaica lex.	335		
Plato religiosior hæreticis.	300		
Pleroma omnium deus.	101		
Pleroma triginta AEonum non constare.	114		
Pœna transgressionis primi præ-			

Index in libros

sed ad flatu spiritus vnū deum prophetaſſe.	203	introire.	66 & 67
Prophetiæ nouum teſtamentum prædicentes.	327	Reges, principes, ac poteſtates à Deo eſſe.	482 & 483
Pſeudoprophetæ quomodo iudicantur.	396	Reges varios dari, aptos ſubditis.	ibidem
Ptolæmi ſectatorum opiniones de Bytho.	43	Regula veritatis.	69
Ptolæmeus hæreſim à Valentino deliniatam auxit.	13	Reſurrectioné negâtes ſub blaſphemi.	447
Vare homo lapſus miſericordiâ cōſecut⁹ ſit, diabolus vero nō.	341	Reſurrectionis exempla.	446
Q uare de paradifo Adam proiecit deus.	292	Ridicula de creatiōe animarū & elementorum.	21 & 22.
Q uare Lucas à domino inchoās genealogiā in Adā retulit.	290	Romana eccleſia.	211
Q uæſtiones quædam Deo committendæ.	177	Abbatū à domino nō violatum.	325
Q uæſtio, nō quæſtione, nec ambiguitas à biguitate ſoluitur.	119	Sacerdotum hæreditas ac ſubſtantia ſolus dominus.	326
Q ui irafcitur ſine cauſa patri ſuo.	194	Sacrificiū quo de⁹ delectatur	348
Q uinquaginta annos nondū habes, &c. Quare dictum.	164	Sanguis iuſtorū vindicatur.	463
Q uinq; quoties in ſcripturis inuenire eſt.	168	Saluator à quib⁹ generat⁹, & quibus nominibus vocatus.	44
Q uod dicitur deus. i. idolū.	483	Samuel boni preſbyteri exemplar.	378
Q uot ſint ab Adā vſq; ad dominum generationes.	290	Sāctorū animas nō ſtatim ab obitu frui gloria dei viſiōe.	496
Aab meretricis figura.		Saturninus vnum patrem incognitum oſtendit.	74
R atio nō ſolū factorū, ſed etiam ſermonis & cogitationū à Chriſtianiſ exigitur.	347	Saul triginta dieb⁹ abſcōſus quomodo ad ſe rapiant.	64
R edemptionem oportere ſpirita Ieſū eſſe.	68	Scandala ſubmouenda.	384
R egenerationem neceſſariam dicunt, aliter non poſſe pleroma		Scientia inflat, charitas autē &c. quid ſit.	172
		Scripturæ oſtenſiones, non niſi ſcriptura oſtendi poſſe.	248
		Scripturā non manifeſtaſſe, quid deus operat⁹ ſit ante mūdi creationem.	178
		Scripturā nō retuliſſe cauſam naturæ tranſgredientium.	181
		Scripturæ ab hæreticis detortæ.	31
		Secundi	

D. Irenzi.

Secūdi opinio & in quibus à Va-	tia fuisse.	146
lentino discrepat.	41 Spirituales.	28
Secundus vnus sectatorum Va-	Spiritu sanctū à primō āgelo qui	
lentini.	ibidem astat monogeni emissum.	84
Selene Simonis scortum.	71 Spiritales sola fide sine operibus	
Seniorum traditio cōtraria erat	saluari.	27
legi latæ per Moysen.	337 Spiritu sancto effuso in ecclesiā	
Sententiæ variæ de Bytho.	43 Christi sanguine redemptā, va-	
Sententiæ homicidiales quibus	næ sunt omnes hæreticorum do-	
sunt.	267 ctrinæ.	437
Septuaginta longe præferuntur	Spiritus & afflat° differunt.	455
reliquis interpretibus.	282 Spiritualis iudicat omnes, ipse à	
Seth. ex terra plasmatus.	63 nemine iudicatur.	393
Sexto ab orbe condito die pecca-	Spiritus Dei idem in prophetis,	
uit Adam.	480 qui in ecclesia.	403 & 404
Signa veri corporis humani in	Spūs s. pignus promissionis.	448
Christo.	289 Spiritus anima corpus in homi-	
Sige generationem xxiiij. litera-	ne perfecto.	446
rum elementis constare.	53 Spiritus comparatur aquæ.	269
Simon magus.	70 Spiritus fructus quis.	457
Simon pater omnium hæretico-	Spiritualis prophetias interpreta-	
rum.	208 tur.	402
Similitudo Dei quando in homi-	Spūs sanctus nos aptat deo, idē	
ne perfecta.	466 & 467 Christianos inter sese vnit.	269
Similitudo cōtra deprauate vtē-	Syllabis & literis quidā stabilie-	
tes scripturis Sacris.	31 runt suam argumentationē	48
Simonianorum opiniones.	83 & 49 per totū caput.	
Simonis Samaritani discipuli	Stephani verba ad Iudæos.	248
sūt quicūq; adulterāt veritatē.	82 Super demiurgum deum, nō esse	
Sixt° sext° ab. apost. cōstitut°.	212 alterum patrem.	154
Sodomitas saluatos.	81 Super deum nulla plenitudo, aut	
Salomonis peccatum.	380 & 381 potestas aut alius deus.	100
Solam ecclesiā recte legere scri-	Supputatio in digitis.	59
pturas.	375 Atiani hæretici doctri-	
Solē duodecadē manifestare.	60 T na.	82
Solē factum quarta die propter	Tatiani error.	266
quaternationis numerum di-	Tatianus Iustini martyris audi-	
cunt.	60 & 61 tor.	82
Sophiam nunquam in ignoran-	Terra plasmātū hominē negan-	
	tiunt	

Index in libros D. Irenæi.

eiſum error damnatur.	320	Verbum caro factū eſt, Quomodo intelligendum.	36
Terra maledicta non Adam.	25	Verbum Dei quantum glorificet hominem.	377
Teſtamentum Euangelia.	452	Veritatis ignorantiā agnitionē vocari.	135
Teſtamētum vetus & nouū eiſdem ſubſtantix.	327	Veritas numeris nō conſtat.	168
Teſtamenta quatuor humano generi data.	237 & 238	Veteri teſtamenti uſus.	393
Theſaurus abſconſus in agro quid.	375	Veteribꝰ prophetis ac patriarchis nō imputāda peccata eorū.	382
Thamar figura quid oſtēdit. ibi.	125	Victoria Chriſti de aduerſario noſtro.	477 & 478
Triacontadis ſolutio.	125	Vindex deus electorū ſuorū.	384
Triacōtadē quomodo oſtēdūt.	62	Viſio dei, cauſa immortalitatis.	360 & 361
Tres pueri ex incendio miraculoſe ſeruati.	445	Vita priſt. cur morti ceſſerit.	454
Alentini portentuoſa dogmata per totum caput.	40	Vita potētior quā mors. ibidē	
Valentinorū error de triplici prophetia ex differentibus virtutibus confutatur lib. 4. capi. 69. per totum.		Vita æterna potentior viuificare carnem quā temporalis.	442
Valētiniānorum Euangeliū.	236	Viuere ſecūdū carnem quid.	454
Valētiniāni quomodo brutis magis irrationales.	395 & 396	Vnus deus condidit omnia verbo & ſapientia, hoc eſt, per filiū & ſpiritum.	359
Valentinianos ab ethnicis ſua dogmata accepiſſe.	132	Vnum deum factorem omnium credere caput eſt doctrine Chriſtiane.	392 & 393
Valentiniani quomodo torquet ſcripturas ad confirmationem ſuorum dogmatum.	18	Vnus qui omnia continet.	102
Valentiniani in quibus dogmatibus diſſentiunt inter ſeſe.	41	Vtriuſque teſtamenti vnus & idē deus autor.	393
Valentini & aliorum dogmatum detectio & euerſio.	99	Vulua pro vtero.	264
Valentini expoſitionum euerſio.	35 & 36.	Vxorem cuiuſdam diaconi corruptam à Marco mago.	47
Verbū & ſilentiū in eodē pleromage eſſe non poſſunt.	266	Vxores communes.	27
Verbū Dei tertiā habere à patre emiſſionem, ſigmentū eſſe.	180		

Z
Zodiaco circulo duodecadem oſtendi.

¶ Finis Indicis.

REV E-



bu
cis,
in to
tem
Deu
næ se
opus
sic tu
exort
latiss
liquor
in c
eiusm
dium e
nos pr
lora co
næum
quem p
restitu

ri
14,
tu
ni-
in
ad
tu
tia
nus
glo
s, ac
lem
mio
rit.
tur,
con-
gref
& ho
ngeli
inci
is &
t ad-
osto
etes.
quod
n per
phus
s, &
R. E-

N A E V S philosophus defendit. Marcion philosophus impetiit veritatē, sed Tertullianus philosophus cōfecit hostē. Celsus philosophus blasphemias euomuit in Christū, sed Origenes melior philosophus ex illius blasphemis illustrauit Christi gloriā. Libanius sophista defendit idololatriā, sed hoc facundior Chrysofomus asseruit verū dei cultū. Idē fecit orator Symmachus quod Libanius, sed hūc cōfodit potētior orator Prudētius. Itaque bona quādā spes habet animū meū fore, vt hāc ecclesiæ tēpestatem dominus inscrutabili suo consilio vertat in bonos exitus, excitetque nobis Irenæos aliquot, qui cōpositis dissidiis pacem orbi restituant. Hunc interim Irenæū velut hominis fausti loco læta fronte dignaberis accipere Præsul optime, tui nominis auspiciis in lucem prodeuntem. Id vt facerem non tam mihi persuasit singularis quidam, ac vt gratuitus, ita perpetuus animi in me tui fauor, quā vno omnium ore prædicata morum tuorum integritas, cum admirabili prudentia pari que humanitate cōiuncta. Sed nulla laus Episcopo dignior, quā quod vbi que studes paci concordiaque Christiani populi. Atque hæ quidem in te virtutes hoc sunt admirabiliores, quod ætate florenti Nestorem quendam, vt ita loquar, præstas, tum illustri. principi F E R D I N A N D O, tum ecclesiæ Christi. Nec ignota, nec tuas dotes prædico, sed pro donis in te collatis, & deo gratias agimus, & nobis gratulamur. Amplitudinē tuam bonis omnibus augeat is, à quo solo proficiscitur vera felicitas. Datum Basileæ sexto Calend. Septembris.

ANNO, M. D. XXVI.

DIVI IRRÆAEI OBTESTATIO

ad scribas.

ADIVRO TE, QVI TRANSSRI-
bis librum istum per Dominu Iesum Christum, & per gloriosum eius aduentum, quo iudicaturus est viuos & mortuos, vt conferas postquam transcripseris, & emendes illum ad exemplar, vnde scripsisti, diligentissime: hanc quoque obtestationem similiter transferas, vt inuesti in exemplari.

INCIPIVNT CAPITVLA IRE-
 azi Lugdunensis episcopi in librum
 primum contra hæreses.



Ratio omnis argumēti discipulorum Valentini.	1
Expositio prædicationis veritatis, quæ ab apostolis ecclesia percipiens cu- stodit.	2
Ostensio, neque plus neque minus de ea quæ est in fide posse quosdam di- cere.	3
Secundum quid fiat putare alios quidem plus, alios ve- ro minus agnitionis habere.	4
Quæ est Valentini sententia in qua discrepant aduer- sus eum discipuli eius.	5
Quæ sunt in quibus non consonant aduersus inuicem hij qui sunt à Valentino omnes.	6
Qualis conuersatio ipsorum & quæ est figuratio vitæ.	7
Quæ est Colarbaseorum & Marci doctrina.	8
Quæ est industria Marci, & quæ sunt quæ ab eo sūt.	9
Quemadmodum quidam ex eis per numeros & per syl- labas & per literas conantur constituere eam, quæ est secundum eos, argumentationem.	10
Quomodo soluunt parabolas.	11
Quemadmodum conuersationem secundum figuram eius qui apud eos est pleroma exponunt factam.	12
Quemadmodum ea quæ sunt in lege, in suum transfe- runt figmentum.	13
Quemadmodum incognitum hominibus conantur in- ducere patrem.	14
Quibus ex scripturis testimoniis vtuntur.	15
De redemptione sua quanta dicunt & faciunt.	16
Quot modi apud eos sunt redhibitionis.	17
Quemadmodum imbuant eos qui sibi credunt & qui- bus sermonibus vtuntur.	18
Quod est propositum omnibus hæreticis & quò ten- dunt.	19
Quæ	

Index capitum primi Libri.

Quæ Simonis Samaritæ magi doctrina.	20
Quæ est Menandri sententia & quæ operationes ipsorum.	21
Relatio eius quæ est secundum Basilidæ doctrina.	22
Quæ est Saturnini argumentatio.	23
Quæ est Carpocratis doctrina, & quæ operationes ipsorum qui ab eo sunt omnia.	24
Qualis est doctrina Cerinthi.	25
Quæ est Ebionitarum doctrina.	26
Quæ sunt Nicolaitarum opera.	27
Quæ est Cerdonis sententia.	28
Quæ sunt quæ Marcion docuerit.	29
Quæ est continentium aduersatio.	30
Qualis Tatiani doctrina.	31
Vnde hij, qui differentias induxerunt, acceperunt occasionem.	32
Quibus temporibus fuerint omnes qui prædicti sunt & à quibus initia & doctrinas acceperunt.	33
Quæ genera gnosticorum & quæ secundum eos sententia.	34
Quæ est Ophitarum & Cainorum irreligiositas & impudentia & vnde conscripta ipsorum.	35

F I N I S I N D I C I S.

D. Irenæi E-

PISCOPI LVDVNENSIS ADVERSVS HAERESIS

Valentini similiúmque,
Liber primus.

P R A E F A T I O.

l. Titmo. l.



V A T E N V S veritatem refutantes quidam inducunt verba falsa, & Genealogias infinitas, quæ quæstiones magis præstant, quemadmodum Apostolus ait, quàm ædificationem Dei, quæ est in fide: Et per eam quæ est subdole exercita verisimilitudo, transdu-

cunt sensum eorum, qui sunt inexpertiores, & in captiuitatem ducunt eos, falsantes verbum domini, interpretatores mali eorum quæ bene dicta sunt effecti: & multos euertunt, attrahentes eos sub occasione agnitionis, ab eo qui hanc vniuersitatem constituit & ordinauit, quasi altius aliquid & maius habentes ostendere, quàm eum, qui cælum & terram, & omnia quæ in eis sunt, fecit: Suadenter quidem illi alliciunt per bonorù * morem simpliciores ad requirendi modum, male auté per dunt eos iniqui, & impiam sententiam ipsorum factam nõ ostendunt, ne denudatus fiat comprehensibilis, suaforio autem cooperimento subdole adornatus, & in ipsa veritate (ridiculum est & dicere) verioremetipsam præstat, vt decipiat exteriori phantasmate rudiores: quemadmodum à meliore nobis dictum est de huiusmodi. Quomodo lapidem pretiosum, smaragdù, magni pretij apud quosdam vitreum in eius contumeliam per artem assimilatum, quoadusque non adest qui potest probare & artificium arguere quod subdole sit factum.

Ἐποῦτες. i. valentes
ἀπιστοῦς.
ἄπισ.

* alias, mortis

Etum. Quum enim commixtum fuerit ærumentum ar-
 gento, quis facile poterit, rudis cum sit, hoc probare? Igitur ne forte & cum nostro delicto abripiantur quidam
 quasi oves à lupis, ignorantes eos propter exterius oui
 quali pellis superindumentum, à quibus cauere denuncia-
 lis nobis dominus, Similia quidem nobis loquentes,
 dissimilia vero sentientes, necessarium duxi, cum lege-
 rim Commentarios ipsorum, quemadmodum ipsi dicunt,
 Valentini discipulorum, quibusdam autem ipsorum &
 congressus, & apprehendens sententiam ipsorum, mani-
 festare tibi dilectissime portentuosissima & altissima
 mysteria eorum, quæ non omnes capiunt, quia non om-
 nes cerebrum habent, ut & tu cognoscēs ea, omnibus hijs
 qui sunt tecum, manifesta facias, & præcipias eis obser-
 uare se à profundo insensationis, & eius quæ est in deum
 blasphemationis. Et quantum nobis virtutis adest, sen-
 tentiam ipsorum, qui nunc aliud docent, dico autem eor-
 um, qui sunt circa Ptolemæum, qui est velut flos-
 culus Valentini scholæ, compediōse, & manifeste osten-
 demus, & alijs occasiones dabimus secundum nostram
 mediocritatem ad euertendum eam, non constantia ne-
 que apta veritati, ostendentes ea, quæ ab hijs dicuntur,
 neque conscribere consueti, neque qui sermonum arti
 studuerimus: Dilectione autem nos adhortante, & tibi
 & omnibus qui sunt tecum manifestare, quæ vsque ad-
 huc erant absconsa, iam autem secundum gratiam dei
 in manifestum venerunt doctrinæ ipsorum. Nihil enim
 est coopertum, quod non manifestabitur, & nihil abscon-
 sum, quod non cognoscetur. Non autem exquires à nobis,
 qui apud Celtas commoramur, & in barbarum ser-
 monem plerunque auocamur, orationis artem quæ non
 didicimus, neque vim conscriptoris, quam non affecta-
 uimus, neque ornamentum verborum, neque suadellam
 quam nescimus: Sed simpliciter & vere & Idiotice, ea
 quæ tibi cum dilectione scripta sunt, cum dilectione
 percipies, & ipse augeas ea penes te, ut magis idoneus
 quam nos, quasi semen & initia accipiens à nobis: & in
 latitudine sensus tui in multum fructificabis ea, quæ in
 pau-

Solca

φολαλα. l. ca
uere.

Ptolemæus h
resū a valen
tino delinētia
auxit.

paucis à nobis dicta sunt, & potèter asseres hiis qui tecum sunt, ea quæ inualide à nobis relata sunt. Et quem admodum nos elaborauimus olim, quærenti tibi discere sententiam eorum, non solum facere tibi manifestam, sed & subministrationem dare, vt ostenderemus eam falsam: Sic & tu efficaciter reliquis ministrabis secundum gratiam quæ tibi à domino data est, vt iam non abstrahantur homines ab illorum suadela, quæ est talis.

FINIS PRÆFATIONIS.

¶ Narratio omnis Argumenti Valentini discipulorum. Caput I.

ἄνω, seculi.
 προαρχήν, ante principium
 siue priorem
 principio.
 προπατήρ, patre prior.
 ββθ, profunditas ἕνωια, cogitatio proprie tacita.
 χάρις, gratia.
 οἶκη, silètlum.
 Hinc restitue locum deprauatum apud Tertulianum, de præscriptis hæreticorum, & pro, & sua charitate, lege ex sua charite, νόος, mens, ἀλήθεια, veritas.
 λόγος, sermo.
 ζωὴ, vita.
 ἀήρωμα, summatio.
 ἑξ ὁσίων, octonarius numerus.



ICVNT esse quendam in inuisibilibus & inenarrabilibus altitudinibus perfectum AEonem qui ante fuit. Hunc autem & proarchen & propatora, & Bython vocant: esse autem illum inuisibilem, & quem nulla res capere possit. Cum autem à nullo caperetur, & esset inuisibilis, sempiternus, & ingenitus, in silètio & in quiete multa fuisse in immèsis AEonibus. Cum ipso autem fuisse & Ennoëan, quam etiam Charin & Sigen vocant, & aliquando voluisse à semetipso emittere hunc Bythum, initium omnium & velut semen. Prolationem hanc præmitti volunt, & eam deposuisse quasi in vulua eius quæ cum eo erat Sige. Hanc autem suscepisse semen hoc, & prægnantem factam generasse Nun, similem & æqualè ei qui emiserat, & solum capientè magnitudinè patris, Nun autè hunc vnigenitum vocant, & patrè & initiu omnium. Vnà autem cum eo emissam veritatem, & hanc esse primam & primogenitam Pythagoricam quaternationem, quam & radicem omnium dicunt. Est enim Bythus & Sige, deinde Nus & Alethia. Sentientem autem vnigenitum hunc quæ prolatus est, emisisse & ipsum Logon & Zoën patrem omnium eorum, qui post se futuri essent, & initium & formationem vniuersi pleromatis. De logo autem & Zoë emissum secundum coniugationem hominem & ecclesiam, & esse hanc primogenitam octonationem, radicem & substãtiam omnium, quatuor nominibus

nominibus apud eos nuncupatam, Bython & Nun, & Logon, & Antropon. Esse enim illorum vnumquaque masculo fœminam. Sic initio propatorem illū coisse secundum coniugationem suæ Eunnœæ, id est cogitationi quam gratiam & silentium vocant. Vnigenitum autem, hoc est Nun, Alethiæ, id est veritati. Logon autem Zoë, id est, vitæ, & Antropon cum ecclesia. Hos autem Aeonas in gloriam patris emisso, volentes & ipsos de suo clarificare patrem, emisisse emissiones in coniugationem, Logon quidem & Zoën posteaquam emissus est homo, & ecclesia, alteros decem AEonas, quorū nomina dicunt hæc: Bythus & Mixis, Ageratos & Henosis, Autophye & Hedone, Agne & Homosyncrasis, Monogenes & Macaria. Hij decem AEones, quos dicunt ex Logo, & Zoë emisso. Antropō autem & ipsum emisisse cum ecclesia Aeonas xij. quibus nomina hæc donavit, Paracletus & Pistis, Patruchos & Elpis, Metricos & Agape, Aenos & Synesis, Ecclesiasticos & Macariotes, Teletos & Sophia. Hij sunt xxx. erroris eorum Aeonas, qui tacentur & non agnoscuntur. Hoc inuisibile & spiritale secundum eos pleroma, tripartite diuisum in ostinationem & decada & duodecada: & propter hoc saluatorem dicunt (Nec enim dominum eum nominare volunt) per xxx. annos in manifesto nihil fecisse, ostendentem mysterium horum Aeonum: Sed & parabola eorum operariorum, qui in vineam mittuntur, dicunt manifestissime xxx. hos Aeonas declaratos. Mittuntur enim alij quidem circa primam horam, alij circa tertiam, alij circa sextam, alij circa nonam, alij circa vndecimam. Compositæ igitur prædictæ horæ in semet ipsas xxx. numerum adimplent. Vna enim, & tres, & sex, & nouem, & vndecim, triginta sunt. Per horas autē Aeonas manifestari volunt, & hæc esse magna & admirabilia, & abscondita mysteria, quæ ipsi fructificant, & sicubi quid eorum quæ dicuntur in scripturis poterunt adaptare & adsimilare figmento suo. Et propatorem quidem eorum cognitum soli dicunt ei, qui ex eo natus est monogeni, hoc est Nus. Reliquis vero hominibus inuisibilem

Mixis mixtura
 ra Αγίρατ
 qui non senes
 scit, nonnulli
 dices agnitio.
 Αγιννατ
 tem in nascibi
 lli, pro Heno
 nis legēdū He
 nosis. i. vniō.
 Αυτοφυη, nai
 turalis dextes
 ritas.
 Αδονη volaptas
 κηη, pura.
 Quamquam ex
 ex lib. 2. cap.
 19. appareat
 pro agne legē
 dū, a cinetos.
 Illic enim iun
 git immobilem
 & contempere
 mētē, Quia
 dam codices
 hoc loco habes
 bant Ose & sy
 crasis, quidam
 hōrō syncrasis
 ex his legendū
 arbitror δμοσ
 σθηρασις.
 μωνογενής .i.
 vnigenitus.
 μακαρια, beati
 ta. παρακλη
 τος, cōsolator.
 πισις fides
 πατρικος.
 .i. paternus.
 ιλωις, spes.
 μετρικος μοι
 deratus.
 Αγάπη chari
 tas, αινος
 σμεις intel
 ligentia.
 ικκλησιαστικη
 aptus ad con-

et honorandam.
μακαριότης
beatitudo, τῆς
ἀιτῆς perfe-
ctus.
σοφία sapientia.

sibilem & incomprehensibilem esse. Solus autem Nus, secundum eos, delectabatur videns patrem, & magnitudinem immensam eius considerans exultabat, & excogitabat reliquos quoque A Eonas participare magnitudinem patris, quantus & quàm magnus existeret, & què admodum erat sine initio & incapabilis & incòprehensibilis ad videndum. Continuit autem eum Sige voluntate patris, quoniam nollet omnes hos in intellectum & desiderium exquisitionis patris sui adducere. Et reliqui quidem A Eones omnes tacite quodammodo desiderabant prolatorem seminis sui videre, & eam quæ sine initio est radicem contemplari. Præsilijt autè valde vltimus & iunior de duodecade ea, quæ ab Anthrope & ecclesia emissa fuerat, A Eon, hoc est, Sophia, & passa est passionem sine complexu còiugis Teleti, quæ exors quidem fuerat in hijs quæ sunt erga Nun & Alethian. Deriuauit autè in hunc A Eonem, id est, Sophiam demutatam sub occasione quidem dilectionis, temeritatis autem, quoniam non còmunicauerat patri perfecto, què admodum & Nus. Passionem autè esse exquisitionem patris: voluit enim, vt dicunt, magnitudinem eius comprehendere. Dehinc cum non posset, quoniam impossibilem rem aggredetur, in magna Agonia còstitutum propter magnitudinem altitudinis, & propter quod inuestigabile patris est, & propter eam quæ erat erga eum dilectionem. Cum extenderetur semper in priora ad vltionem eius, nouissime forte absorptum fuisset & resolutum in vniuersam substantiam, nisi ei, quæ confirmat extra inenarrabilem magnitudinem & custodit omnia, occurrisset virtuti. Hanc autem virtutem Honoris est. vocant, à qua absentem & confirmatum vix reuersum in semetipsum, & credentem iam, quoniam incomprehensibilis est, deposuisse pristinam intentionem cum eam quæ acciderat passione, ex illa stuporis admiratione. Quidam autem ipsorum huiusmodi passionem & reuersionem Sophiæ, velut fabulam narrât, impossibilem & incomprehensibilem rem eam aggressam, peperisse substantiam informem, qualem naturã habebat formi-

na parere, inquam cum intendisset, primo quidem contristatam, propter incōsummationē generationis, post deinde timuisse ne hoc ipsum finem habeat, dehinc expauisse & aporiatam, id est, confusam, quærentem causam. & quemadmodum absconderat id quod erat natū. In hijs autem passioibus factam, accepisse regressionem, & in patrem regredi conari aliquandiu ausam, tamen defecisse & supplicem patri factam. Vnā autem cū ea rogasse, & reliquos AEonas. Maxime autem hinc dicunt primum initium habuisse substantiam materiæ, de ignorantia, & tedio, & timore, & stupore. Pater autem prædictum Horon super hæc per Monogenem præmittit in imagine sua, siue coniuge masculo fœmina. Patrē enim aliquando quidem cum coniuge Sige, modo vero & pro fœmina esse volunt. Horon vero hunc & Staurō, & Lytrotē, & Carpisten, & Horotheten, & Metagoea vocant. Per Horon autem hunc dicunt mandatam & confirmatam Sophiam, & restitutam coniugi. Separata enim intentione ab ea cum appendice passione, ipsam quidem infra Pleroma perseuerasse: Concupiscentiam verò eius compassione ab Horo separatā & crucifixam, & extra eum factam esse quandam spiritalem substantiam, & naturalem quendam Aeonis impetum, informen vero & sine specie, quoniam nihil apprehendisset, & propter hoc fructum eius inualidum & fœmineum dicunt. Postea vero quā separata sit hæc extra Pleroma Aeonum, & mater eius redintegrata suæ coniugationi, Monogenem iterum alteram emisisse coniugationem, secundum prouidentiam patris, Christum & spiritum sanctum, à quibus consummatos esse dicunt AEonas. Christum enim docuisse eos coniugationis naturam, innati comprehensionem, cognoscentem sufficienter sibi illos idoneos esse: declarasse quoque in eis patris agnitionem, quoniam incapabilis est, & incomprehensibilis, & non est neque videre neque audire eū, nisi per solum Monogenem. Et causam quidem eternæ perseuerationis, hijs omnibus incomprehensibilem, patris esse: generationis autem & formationis cōprehensibilis.

σαῦρα ἐστὶν
 λυτρωτὴς τῆ
 δέμπτω καρ
 πωτικῆ φρου
 ρατορ. ἀροβ
 τας ἡντιῦ δε
 γνатор μετα
 γωρεὶς qui d
 cit in vltimo
 ra.

vocat, de qua paulò post dicem⁹. Et à Paulo autè **mani** feste ppter hoc dictū dicūt, & ipse est omnia. & rursus: **Omnia** in ipsū, & ex ipso omnia. & iterū: In ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis. Et illud: Recapitulata esse omnia in Christo, per deum. Sic & interpretantur dicta, & quæcunque alia sunt talia. Adhuc etiā de Horo suo quem etiā plurimis nominibus vocant, duas operationes habere eum ostendunt, confirmatiuam & separatiuam. & secundum id quidem, quod confirmat & constabit, crucem esse. secundum id vero quod diuidit, Horon. Saluatorem autè sic manifestasse operationes eius. Et primo quidem confirmatiuam, in eo quod dicit: **Qui** non tollit crucem suam, & sequitur me, discipulus meus esse non potest. & iterum: **Tollens** crucem, sequere me. Separatiuam autem in eo quod dicit: **Non** veni mittere pacem, sed gladium. Et Ioannem dicunt hoc ipsum manifestasse, dicentem, ventilabrum in manu eius emundare aream, & colliget frumentum in horreum suū, paleas autem comburet igni inextinguibili, & per hæc operationem Hori significasse. Ventilabrū enim illud crucem interpretatur esse, quæ scilicet consumit materialia omnia, quemadmodum paleas ignis: emundat autè eos qui saluantur, sicut ventilabrum triticum. Paulum autem apostolū & ipsum reminisci huius crucis dicunt sic: Verbum enim crucis hijs qui pereunt stulticia est, hijs autem qui saluantur virtus Dei. & iterum: **Mihi** autem non eueniat in vllò gloriari, nisi in Christi cruce, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Talia igitur de pleromate ipsorum, & plasmate vniuersorum dicunt, adaptare cupientes ea quæ bene dicta sunt, hijs quæ male adinuenta sunt ab ipsis. Non solum autem ex Euangelicis & Apostolicis tentant ostensiones facere, conuertentes interpretationes, & adulterantes expositiones: sed etiā ex lege & prophetis, cum quando multæ parabolæ & allegoriæ sint dictæ, & in multa trahi possint, ambiguum per expositionem propensius ad signum suum & dolos adaptantes, in captiuitatem ducunt à veritate eos, qui non firmam fidem in vnum Deum præ-

trem

trem omnipotentem, & in vnum Iesum Christum filium Dei conseruant. Ea vero quæ extra pleroma dicuntur ab hijs, sunt talia: Enthymesis illius superioris Sophiæ, quæ & * Achamoth vocant, separatam à superiore pleromate cum passione dicunt in ymbratæ vanitatis locis deseruisse per necessitatem: extra enim lumen facta est extra pleroma, informis, & sine specie quasi abortus, ideo quia nihil apprehendit. Misertum autem eius superiorem Christum, & per crucem extensum sua virtute formasse formam quæ esset secundum substantiam tantum, sed non secundum agnitionem: & hæc operatum recurrere subtrahentem suam virtutem, & reliquisse illam, ut sentiens passionem, quæ erga illam esset per separationem pleromatis, concupiscat eorum quæ meliora essent, habens aliquam adorationem immortalitatis relictam in semetipsam à Christo & spiritu sancto. Quapropter & ipsam duobus nominibus vocari. Sophiam paternaliter (Pater enim eius Sophia vocatur) & spiritum sanctum ab eo qui est erga Christum spiritus, formatam ante eam & sensatam factam: statim autem euacuatam ab eo qui inuisibiliter cum ea erat verbo, hoc est, Christo, in exquisitionem egressam eius luminis, quod se dereliquisset, & non potuisset apprehendere illud, quoniam cohercebatur ab Horo. Et sic Horon cohercentem eam ne aduersarius irrueret dixisse Iaioth, unde & Iaioth nomen factum dicunt: & cum non posset pertransire Horon, quoniam complexa fuerat passionem, & sola fuisset derelicta foris, omnis parte passioni succubuisse multifariæ & variæ existenti: & passam eam tristitiam quidem, quoniam non apprehendit, timorem autem super hoc. Ignorans autem omnia, non quemadmodum mater eius prima Sophia Aeon, demutationem in passionibus habuit, sed contrarietatem. Super hæc autem euenisse ei & alteram affectionem conuersationis ad eum qui viuificauit eam collectionem, & substantiam fuisse materiæ dicunt, ex qua hic mundus constat. De conuersione enim mundi & Demiurgi omnem animam Genesim accepisse. De timore autem & tristitia reliqua initium habuisse. A la-

ἰσοθυσιᾶς ἰσο
uentio, siue cō
mento.

* Oportet vo
cem esse He
braicam.

Iaioth.

δημιουργῶν
Fabricator
mundi.

b iii

chrymis

chrymis enim eius factam vniuersam humidam substantiam, à risu autem incidam, à tristitia autem & pauore corporalia mundi elementa. Aliquando enim plorabat & tristis erat, quomodo dicunt, quod derelicta sola esset in tenebris & in vacuo. Aliquando autem in cogitationem veniens eius quod reliquerat eam lumen, diffundebatur & ridebat. Aliquando autem rursus timebat. Aliquādo cōsternabatur & extasim patiebatur. Et quidē enim tragœdia multa est iā hic, & phātasia vnius cuiusq; illorū aliter & aliter grauitèr exponētis, ex quali passione, & ex quali elemēto substantia generationem accepit. Quæ etiā conuenienter videntur mihi nō omnes velle manifesto docere, sed solos illos qui etiā grandes mercedes pro talibus mysteriis præstare possunt. Non enim iam dicunt similia illis, de quibus Dominus dixit, Gratis accipistis, gratis date: Sed separata & portētuosa, & alta mysteria cū magno labore exquisita fallacibus. Quis enim nō eroget omnia quæ sunt eius, vti dicitur, quoniā à lachrymis Enthymeseos, quæ ex passione AEonis, maria & fontes, & flumina, & vniuersa humida materia generationē acceperūt? De risu autē eius lumē, de pauore autē & inconstabilitate corporalia mūdi elementa. Volo autē aliquid & ego conferre fructificationi eorū. Quoniam enim video dulces quidem quasdam aquas, vt fontes, & flumina, & imbres, & alia, quæ autē sunt in mari salas, adinuenio nō omnia à lachrymis eius emissa, quoniam lachrymæ falsæ sunt qualitate. Manifestum est igitur, quoniam falsæ aquæ hæ sunt à lachrymis. Opinor autem eam in agonia & in instantia grandi constitutam & sudasse. Vnde etiam secundū argumentationem ipsorum suspicari oportet, fontes & flumina, & si quæ sunt aliæ aquæ dulces generationem habuisse à sudoribus eius. Nō est enim suadibile, cum sint vnius qualitatis lachrymæ, alteras quidem salas, alteras dulces aquas ex eis exisse. Hoc autē magis suadibile, alteras quidē esse à lachrymis, alteras verò à sudoribus. Quoniā autē & calidæ & austeræ quædā sunt aquæ in mūdo, intelligere debemus quid faciēs, & ex quo mē

brq

bro emisit has. Apti sunt enim huiusmodi fructus argumento ipsorum. Cū igitur peragrasset omnē passionem mater ipsorū, & vix cū elata esset ad obsecrationē conuersa est eius luminis quod dereliquerat eam, hoc est, Christi dicūt: qui regressus in pleroma, ipse quidem vt datur intelligi pigritatus est secundo descendere: Paraclētū autē misit ad eā, hoc est, saluatorē, pręstāte ei virtutē omnē patris, & omnia sub potestate tradēte. Et Acionib⁹ autē similiter, vt in eo ōnia cōderētur, visibilia, & inuisibilia throni, diuinitates, dominationēs. Mittitur autē ad eā cū cōtaneis suis āgelis. Hęc autē Achamoth reueri tā eū dicūt, primo quidē cooperationē imposuisse, ei, propter reuerētiā. Deinde autē cum vidisset eū cū vniuersa fructificatione sua accurrisse ei virtute accepta de visu eius, & illū formasse eā formationē, quę est secundum agnitionē, & curationem passionum fecisse eius, separantem eas ab ea, & non cum neglexisse. Nec enim erat possibile eas exterminari quęadmodū prioris, eo quod iā habilia & possibilia essent. Sed segregantem separauit cōmisuisse & coagulasse, & de incorporali passione in corporalē materiā transtulisse eas, & sic aptabilitatē & naturā fecisse in eis, vt in cōgregationes & corpora venirent, vti fierēt duę substantię, vna quidem mala ex passionibus, altera autē conuersionis passibile, & propter hoc virtutem Saluatorem fabricasse dicunt, Hanc autem Achamoth extra passionē factam cōcepisse de gratulatione eorum quęcunque sunt luminū visionem, id est, angelorum qui erāt cum eo, & delectatam in conspectu eorum peperisse fructus, secundum illius imaginē docēt, patrum spiritalē secundum similitudinem factum satellitum Saluatoris. Tria igitur hęc cum subsistant secundum eos, vnum quidem ex passione quod erat materia, alterum verò de cōuersione, quod erat animale, alterum verò quod enixa est, quod est spiritale, sic cōuersa est in formationem ipsorum. Sed spiritale quidem nō potuisse eam formare, quoniam eiusdē substantię ei erat. Conuersa autē in formationem eius, quę facta erat de conuersione eius animalis substantię,

b iiij emisisse

emississe quoque à saluatore doctrinas. Et primo quidē formasse eam de animali sustantia dicunt Deum patrē & saluatorem & regem omnium eius substantiæ ei, id est, animalium, quas dextras vocant, & eorū quæ ex passionem & ex materia, quas sinistras dicūt. Ea enim quæ post eum sunt eum dicunt formasse latenter motū à matre sua. Vnde metropatorem & apatorem & Demiurgū eum & fratrem vocant. Dextrorum quidem patrem dicentes eum, id est, Psychicorum, Sinistrorum verò, id est, Hylicorum, Demiurgum, omnium autē regē. Hanc enim Entymesin volentem in AEonum honorem omnia facere, imaginem dicunt fecisse ipsorum, magis autē saluatorem per ipsam. Et ipsam quidē in imagine inuifibilis patris cōseruasse incognitā à Demiurgo. Hæc autem vnigenitum filium: Reliquorū verò AEonum, eos qui ab hoc facti sunt angeli & archangeli. Patrē itaque & Deū dicūt factū eorū quæ sunt extra pleromata, fabricatorem esse omniū psychicorū & hylicorū: separantem enim duas substātiās confusas, & de incorporalibus corporalia faciētem, fabricasse quæ sunt cælestia & terrena, & factum hylicorū & psychicorum, dextrorū & sinistrorū fabricatorem, leuium & grauium, sursum aduolantiū, & deorsum demergentium. Septē quoque cælos fecisse, super quos Demiurgū esse dicunt, & propter hoc hebdomadā vocāt eū. Matrē autem Achamoth Ogdoada, seruantē numerū primogenitæ & primariæ pleromatis Ogdoadis, Septē autē cælos, quos intellectuales esse dicunt. Angelos autē eos tradunt & Demiurgū, & ipsum angelum: Deo autem similem, quemadmodū & paradysum supra tertium cælum existentem virtutē archangeli Nun dicunt esse, & ab hoc aliquid accepisse Adam conuersatum in eo. Hæc autem Demiurgum ducunt à semetipso quidē putasse in totū fabricasse, fecisse autē ea Achamoth. Cælū enim fecisse nescientem cælū, & hominē plasmasse ignorentē hominē, terrā autē ostendisse non scientem terram, & in omnibus sic dicunt ignorasse eū figuram eorum quæ faciebat & ipsam matrē, & * semetipsum putasse omnia esse. Causam autem

μετροπατωρ
 qui matris est
 pater, aut qui
 simul pater &
 materialia.
 ψυχικα, id est
 materia.
 υυλικα, id est
 animalia,

* Aliq̄ semetip
 sum autem

tem ei fuisse matrē eius talis operationis dicūt, quæ sic voluerit producere eū : caput quidē & initiū suæ substātiæ, Dominū autē vniuersæ operationis. Hanc autē matrē & Ogdoadē vocāt, & Sophiā, & tertiā, & Hierusalē, & spiritum sanctum & Dominum masculiniter. Habere autē medietatis locū eū, & esse quidē super Demiurgum, subtile autem siue extra pleroma vsque ad finem.

Quoniā quidē materiale substantiā ex tribus passionibus constare dicunt, timore, & tristitia, & aporia. De timore quidem & de conuersione animalia substantiā accepisse. De conuersione quidā Demiurgū volunt Genesim habuisse. De timore autē reliquā omnē animalē substantiam, mutorū animalium & hominum: & propter hoc superiorem eum existentē præscire quæ sunt spiritualia, & se putasse solū Deū, & per prophetas se dixisse: Ego Deus, & præter me nemo. De tristitia autem spiritualia malitiæ docent facta. Vnde & diabolū Genesim habuisse, quem & Cosmocratorem vocant, & dæmonia, & omnem spiritualem malitiæ substantiam. Sed Demiurgum quidem psychicum filiū, filium matris suæ dicūt. Cosmocratorem verò creatorem Demiurgi. & Cosmocratorem quidē intelligere ea quæ sunt super eum, quoniam sit spiritualis malitia, Demiurgum verò ignorare cum sit animalis. Habitare matrē quidē ipsorū in eo qui sit cælestis locus, hoc est, in medietate. Demiurgum verò in eo qui sit in cælo locus, hoc est hebdomade. Cosmocratorē verò in eo qui sit secundum nos mūdo. De expauescētia verò & Aporia quasi de vesaniori corporalīa, quemadmodum prædiximus, mundi elementa facta esse. Terram verò secundum expauescētiæ statum, aquā verò secundum timoris motum, aërem verò secundum materiæ fixationē. Ignē verò omnibus hijs inesse mortem & corruptelam, quemadmodum & ignorantiam omnibus tribus passionibus inabsconsam docent. Cum fabricasset igitur mundum, fecit & hominem Choicum, non autē ab hac arida terra, sed ab inuisibili substantia, & ab effusibili & fluida materia accipientē: & in hunc infusisse psychicum definiunt, & hunc esse secundū imaginem

ἀπορία,
desperatio

κοσμοκρατία
i. Dominus mū
di. Paulus eo
verbo est vultus

χοικος,
terreus

omnino suscepit. Nō enim esse hylicon capace salutis. Cōsumationē vero futurā, cū formatū & perfectū fue- rit sciētia omne spiritale, hoc est, homines qui perfectā agnitionē habent de Deo, & hii qui ab Achamoth initia- ti sunt mysteria: Esse autē hos semetipsos dicunt. Erudiū- tur autē psychica, id est, animalia, psychici, id est, anima- les homines, qui per operationē & fidē nudā firmantur, & nō perfectum agnitionē habēt. Esse autē hos, nos qui sumus ab ecclīsia, dicunt. Quapropter & nos quidē ne- cessariam esse bonā cōuersationē respōdent, aliter enim impossibile esse saluari. Semetipsos autē nō per opera- tionem, sed eo quod sunt naturaliter spiritales omnino saluari dicunt. Quēadmodum enim choicum impossibi- le est salutē percipere, nō enim esse illū capace salutis dicunt: sic iterum quod spiritale, quod semetipso esse vo- lunt, impossibile esse corruptelā percipere, licet in qui- buscunq; fuerit facti. Quēadmodū enim aurū in cœno depositū nō amittit decorē suū, sed suā naturā custodit, cum cœnū nihil nocere auro possit: sic & semetipsos di- cunt, licet in quibuscunq; materialibus operibus sint, ni- hil semetipsos noceri, neq; amittere spiritale substātiā. Quapropter & intimorate omnia q̄ vetātur, hii qui sūt ipsorū perfecti, operātur. De quib⁹ scripturę cōfirmant, quoniā qui faciūt ea, regnū dei nō hæreditabūt. Etenim idolothya indifferēter māducāt, nihil inquinari ab hii- putātes, & in oēm diē festū ethnicorū pro volūtate in ho- nore eorū factū primi cōueniūt, vt in nihilo quidē absti- neāt, quod est apud deū & apud homines otiosū mūeris homicidiale spectaculū. Quidē autē & carnis voluptatib⁹ insatiabiliter inseruiētes, carnalia carnalib⁹, spiritualia spiritalib⁹ reddi dicūt. Et quidā quidē ex ipsis clam eas mulieres q̄ discūt ab eis doctrinā hāc, corrupūt: quēad- modū multæ sæpe ab hiiis suasæ, post cōuersæ mulieres ad ecclesiā Dei cū reliquo errore & hoc cōfesse sunt. Alii vero & manifeste ne quidē erubescētes, quascunque adamauerint mulieres, has à viris suis abstrahētes, suas nuptas fecerūt. Alii vero valde modeste initio, quasi cū sororibus fingentes habitare, procedēte tēporē manifesta-

Fides & opera

Delectus diēri
& ciborum.

Vxorē cōma-
nes.

stati sunt, grauida sorore à fratre facta, & alia multa odiosa & inreligiosa facientes. Nos quidem qui per timorem Dei timemus etiam vsque in mètibus nostris & sermonibus peccare, arguunt quasi idiotas, & nihil sciètes, semetipfos extollunt, perfectos vocantes, & semina electionis. Nos enim in vsu gratiam accipere dicunt. **Qua** propter & auferri à nobis, semetipfos autem proprie possidere, desursum ab inenarrabili & innominabili syzygia descendente[m] habere gratiam, & propterea adijci eis, qua propter ex omni modo oportere eos semper Syzygiè meditari mysterium. Et hoc suadent insensibilibus hijs sermonibus, dicentes sic: **Quicumque** in seculo est, & uxorem non amat, vt ei coniungatur, non est de veritate, & non transiet in veritatem. **Qui** autem de seculo est mixtus mulieri, non transit in veritatem, quoniam in concupiscentia mixtus est mulieri. **Quapropter** nobis quidem, quos psychicos vocant, & de seculo esse dicunt, necessariam continentiam, & bonam operationem, vt per eam veniamus in medietatis locum. **Sibi** autem spiritalibus & perfectis vocatis, nullo modo. Non enim operatio in pleroma inducit, sed semen quod est inde pusillum quidem demissum, hic autem perfectum factum. **Cum** autem vniuersum semen perfectum fuerit, Achamoth quidem matrem ipsorum transire de medietatis loco dicunt, & intra pleroma introire, & recipere sponsum suum saluatorem, qui est ex omnibus factus vt syzygia fiat saluatoris & Sophiæ, quæ est Achamoth, & hoc esse sponsum & sponsam: Symphonem vero vniuersum pleroma. **Spiritales** vero expoliatos, animas & spiritus intellectuales factos inapprehensibiliter & inuisibiliter inter pleroma ingressos, sponsas reddi, hijs qui circa saluatorem sunt angelis. **Demiurgum** vero transire & ipsum in matris suæ Sophiæ locum, hoc est, in medietatem. **Iustorum** quoque animas refrigerare, & ipsas in medietatis loco. **Nihil** enim psychicum intra pleroma transire. **His** autem factis, ita qui latet in mudo ignis exardescens, comprehendens vniuersam materiam consumit, & ipsum simul cõsumptum, abire in id vt iam

NON

Spirituales.

σὺζυγία κὸινῶ
gatio,σὺμφωνίᾳ κὸινῶ
centia.

non sit. Demiurgum autem nihil horum cognouisse ostendunt ante saluatoris aduentum. Sunt autem qui dicunt emisisse eum Christum filium suum, sed animale, & de hoc per prophetas locutum esse. Esse autem hunc qui per Mariam transierit, quemadmodum aqua per tubum transit, & in hunc in baptismo descendisse, illum qui esset de pleromate ex omnibus saluatorem in figura columbae, fuisse autem in eo & illud quod est ab Achamoth semen spiritale. Dominum igitur nostrum ex quatuor hijs compositum fuisse dicunt, seruante typum primogenitae & primae quaternionis, de spiritali, quod erat in Achamoth, & de animali quod erat de Demiurgo, & de dispositione, quod erat factum inenarrabili arte, & de saluatore, quod erat illa quae descendit in eum columba. Et hunc quidem impassibilem perseuerasse. Non enim possibile erat pati eum, cum esset incomprehensibilis & inuisibilis, & propter hoc ablatum esse, cum traderetur ad Pilatum, illum qui depositus erat in eum spiritus Christi. Sed ne id quidem quod a matre erat semen, passum esse dicunt. Impossibile enim & illud, quippe spiritale & inuisibile, etiam ipsi Demiurgo. Passus est autem, secundum hos animalis Christus, & ille qui ex dispositione fabricatus in mysterio, ut ostendat per eum mater typum superioris Christi, illius qui extensus est cruci, & formauit Achamoth formationem secundum substantiam. Omnia enim haec exempla illorum esse dicunt: eas vero quae habuerunt semen id quod est ab Achamoth, animas meliores dicunt fuisse quam reliquas. Quapropter & plus eas dilectas a Demiurgo non sciente causam, sed a semetipso putante esse tales. Quapropter & in prophetas, aiunt, distribuebat eas & sacerdotes & reges, & multa de hoc semine dicta per prophetas. Exponunt quippe eum altioris naturae esse. Multa autem & matrem de superioribus dixisse dicunt. Sed & per hunc, & per eas, quae ab hoc factae sunt animae. Ac deinceps diuidunt prophetias, aliquid quidem a matre dictum docetes, aliquid a semine, aliquid autem ab ipso Demiurgo: & Iesum tantumdem aliquid quidem saluatorem dixisse, aliquid a matre, aliquid a Demiurgo, quemadmodum ostendemus

ostendemus, procedente nobis sermone. Demiurgum autem, quippe ignorantem quæ essent super eum, moueri quidem in hijs quæ dicuntur: Cõtempisse vero ea, aliam atque aliã causam putantẽ, quam spiritus qui prophetat, habens & ipse suã aliquam motionẽ, siue hominem, siue perplexionem peiorum, & sic ignorantem conseruasse, vsque ad aduẽtum saluatoris. Cum venisset autẽ saluator didicisse eum ab eo omnia dicunt, & in gaudium ei celsisse cum omni virtute sua, & eum esse illum in Euangelio Centurionem dicentem saluatori, Et ego enim sub potestate mea habeo milites & seruos, & quod iussero faciunt. Perfecturũ autẽ eũ, eã quæ secundum ipsum est mundi creationẽ, vsque ad id tẽpus quod oportet, maxime autem propter ecclesiæ diligentiam atque curam, & propter agnitionẽ præparati præmij, quoniã in locum matris transibit. Hominum autẽ tria genera dicunt, spiritalem, psychicum, choicum, quemadmodum fuit Chain, Abel, Seth, vt ostendant & ex his tres naturas, iam non secundum vnum quẽque, sed secundũ genus. Et choicum quidem in corruptelam abire. Animalem vero si meliora elegerit in loco medietatis refrigeraturum, si vero peiora, transire & ipsum ad similia. Spiritalia vero infeminat Achamothe ex illo tẽpore vsque nunc, propter quod & animæ erudientur quidem hic: & semina enutrita, quia pusilla emittantur, post deinde perfectionem digne habita sponas reddi saluatoris. Angelis respõdent animabus eorũ ex necessitate in medietate cũ Demiurgo, refrigeraturis in æternũ. Et ipsas autẽ animas rursus fudiuidẽtes, dicunt quasdã quidẽ natura bonas, quasdã autẽ natura malas. Et bonas quidem has esse, quæ capaces seminis sũt. Alias vero natura nequã nunquam capere illud semen. Cum sit igitur tale illorum argumẽtum, quod neq; prophetæ prædicauerunt, neq; dominus docuit, neq; apostoli tradiderũt, quod a bũdãtius gloriãtur plus quã cæteri cognouisse, de hijs quæ nõ sunt scripta, legẽtes, & quod solet dici, de harena resticulas necere, affectantes, fide digna aptare conãtur hijs quæ dicta sunt, vel parabolas dominicas, vel dictiones

201212

dictiões propheticas, aut sermones apostolicosvt figmẽ
 tum illorum nõ sine teste esse videatur, Ordinẽ quidẽ
 & textum scripturarum supergradientes, & quãtum in
 ipsis est soluentes membra veritatis. Trãserunt autem
 & transfigunt, & alterum ex altero facientes, seducũt
 multos ex hijs quæ aptant ex dominicis eloquijs male
 composito phantasmati. Quomodo si quis regit imagi-
 nem bonam fabricatam diligenter ex gemmis pretiosis
 à sapiente artifice, soluens subiacentem hominis figu-
 ram, transferat gemmas illas, & reformãs faciat ex hijs
 formam canis, vel vulpeculæ, & hãc male dispositam,
 dehinc conformet & dicat, hanc esse regis illam imagi-
 nem bonam, quam sapiens artifex fabricauit, ostendens
 gemmas quæ bene quidẽ à primo artifice in regis ima-
 gine compositæ erant, male vero à posteriore in canis fi-
 guram translatae sunt, & per gemmarum phantasmam de-
 cipiãt idiotas, qui comprehensionem regalis forme non
 habeant, & suadeat, quoniam hęc turpis vulpeculæ fi-
 gura, illa est bona regis imago. Eodem modo & hi ani-
 mularum fabulas assumentes, post deinde sermones &
 dictiões & parabolã hinc inde afferentes, vt aptare
 volunt fabulis suis eloquia Dei. Et quanta quidem hijs
 qui sunt intra pleroma aptant, diximus. Quanta autem
 de hijs qui extra pleroma sunt ipsorũ, ad suos insinua-
 re conantur ex scripturis, sunt talia. Dominum in no-
 uissimis mundi tẽporibus, propter hoc venisse ad pas-
 sionem dicunt, vt ostendat quæ circa nouissimum æo-
 num facta est passio, & per hunc finem manifestet
 finem eius quæ est circa æonas dispositionis. Duodecim
 autem annorum virginẽ illam archisynagogi filiã, quã
 insists dominus à mortuis liberauit, typum esse nar-
 rant Achamoth, quem extẽsus Christus eorum, figura-
 uit, & ad sensibilitatem adduxit eius, quod derelique-
 rat eam, luminis. Quoniam autem ei manifestauit se-
 metipsum saluatorem existenti extra pleroma in abor-
 tionis partu, Paulũ etiã dicũt dixisse in prima ad Corin-
 thios epistola, Nouissimo autẽ tãquã abortiuo visus est
 & mihi: & illã quæ est cũ coetaneis saluatoris aduẽtatio
 ad

Similitudo cõ-
 tra dæpraua-
 te vtentes scri-
 pturis Sacris.

ad Achamoth, similiter manifestasse eum in eadē epistola dicente, Oportere mulierē velamen habere in capite propter angelos, quoniā & aduentante saluatore ad eam propter verecundiā velamen imposuit Achamoth in faciem suā. Et passiones autē quas passa est significasse dominum dicunt: in hoc quidē, quod derelicta est à lumine, in eo cum dicit in cruce, Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti? manifestasse eum quoniā derelicta esset à lumine Sophia, & prohibita est ab Horo in priora impetum facere. Tædium autē eius in eo quod dixisset, Quam tristis est anima mea. Timorē autē in eo quod dixerit, Pater si possibile est transeat à me calix iste. Et aperiā autē, id est, consternationē similiter in eo quod dixerit, Et quid dicā nescio. Triā autē genera hominum ostendisse docent eum, Hylicum quidem in eo, quod responderit dicenti, sequar te, Non habet filius hominis vbi caput reclinet. Animale autē in eo quod dixerit dicenti, Sequar te, permitte autē mihi ire & renuntiare domesticis. Nemo super aratrum manum imponens & in posteriora respiciens aptus est regno cælorum. Huc autē dicunt de medijs esse: & illum autē similiter, qui multas partes iustitiæ confitebatur se fecisse, post deinde noluisse sequi, sed à diuitijs victum, ut ne fieret perfectus, & hunc de psychico genere fuisse volunt. Spiritale vero in eo quod dicit, Remitte mortuos sepelire mortuos suos, tu autē vade & annuntia regnum Dei. Et Zacheo publicano, dicens, Descende quoniā hodie in domo tua oportet me manere. Et in fermenti parabola quod mulier abscondisse dicitur in farinæ sata tria, tria genera manifestare dicunt: mulierē quidē Sophiā dici docent, farinæ vero sata tria, tria genera hominum, spiritale, animale, choicum, fermentum vero ipsum saluatorem dictum dicunt. Et Paulum autē manifeste dixisse, choicos, animales, spiritales * choicus tales & choici. Alibi autem, animalis homo non percipit quæ sunt spiritus. Alibi autem, spiritualis examinat omnia, animalis autē non percipit quæ sunt spiritus, de Demiurgo dictum dicunt, qui cum psychicus sit, non cognouerit neque matrē spiritalem

forte, qualis
é choicus

ritalem existentem, neque semen eius, neque eos qui sunt in pleromate AEones. Quoniam autem eorum qui Saluatorus erat Saluator initio accepit, Paulum dixisse, & si delibatio sancta, & massa. Delibationem quidem quod est spiritale dictum docentes, conersiones autem nos, id est, psychicam ecclesiam, cuius substantiam adsumpsisse. dicunt eum, & cum semetipso erexisse, quoniam erat ipse fermentum. Et quoniam erravit Achamoth extra pleroma, & formata est à Christo, & quaesita est à Salvatore, manifestare eum dicunt, in eo quod dixit semetipsum venisse ad eam, quae errasset, oue. Oue enim errantem matrem suam referunt dici, ex qua eam quae sit hic uolunt esse seminata ecclesia. Erroré autem, eam quae est extra pleroma in omnibus passionibus immoratione, ex quibus factam materiam tradunt. Mulierem autem illam quae mundat domum, & inuenit draginam, superioré Sophiam narrant dici, Quae cum perdidisset intentionem suam, post deinde mundatis omnibus per saluatoris aduentum in eam, quoniam & hoc restituitur secundum eos, intra pleroma. Simeon autem eum qui in manus suas accepit Christum & gratias egit Deo, & dixit, Nunc remittis seruum tuum domine secundum sermonem tuum in pace, typum esse Demiurgi dicunt, qui ueniente Salvatore didicit transpositionem suam, & gratias egit Bytho. Et per Annam quae in Evangelio dicitur septem annis cum viro uixisse, reliquum autem omne tempus uidua perseuerasse, donec uidisset saluatorem, & agnouisset eum, & loqueretur de eo omnibus, manifestissime Achamoth significari dicunt: quae cum ad modicum uidisset tunc saluatorem, cum coetaneis suis postero omni tempore perseuerans, in medietate sustinebat eum, quando iterum ueniat & reponat eam suae coniugationi. Et nomen autem eius significatum à Salvatore, in eo quod dixerit, iustificata est sapientia à filiis eius. & à Paulo autem sic, Sapientiam autem loquimur perfectis. Et coniugationes autem quae sunt intra pleroma Paulum dixisse dicunt, in uno ostendent. De ea enim coniugatione, quae est secundum hanc vitam scribens ait, Hoc enim mysterium magnum, dico autem in Christo

e & ecclesia

& ecclesia. Adhuc aut Ioānem discipulū domini docent primā ogdoadē & omniū generationē significasse ipsi dictionibus. Itaq; principiu quoddā subiecit, quod primū factum est à Deo, quod etiā Nun vocat & filium: & vnigenitū domini vocat, in quo omnia pater dimisit feminaliter. Adhuc aut aiunt verbū emissum, & in eo* cōmunē conū substantiā, quā ipsum postea formauit verbū. Quoniā igitur de prima genesi dicit, bene à principio, hoc est, à filio & verbo doctrinam facit, dicit aut sic. In principio erat verbū, & verbū erat apud deū, & deus erat verbū: hoc erat in principio apud deū, Prius distinguens in tria, deum, & principium, & verbū iterū vnuit, vti & emisionē ipsorū vtrorumq; ostendat, id est filij & verbi, & eā quæ est ad inuicē simul & ad patrē vnionē: In patre enim & ex patre principiu, in principio autem & ex principio verbū. Bene igitur dixit. In principio erat verbum, erat enim in filio: & verbum erat apud deum, etenim in principio: & deus erat verbum consequēter, Quod enim ex deo natum est, deus est. Hic enim erat in principio apud deū, ostendit emisionis ordinē, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Omnib⁹ enim hijs qui post deū sunt æonibus formationis & generationis causaverbū factū est, Sed quod factū est in eo, inquit, vita est. Hic enim syzygias manifestauit: omnia enim ait per ipsum facta sunt, vita autē in ipso. Hæc ergo quæ est facta & proximior est quàm ea, quæ per ipsum facta sunt: cū ipso est enim, & per ipsum fructificat, quoniā infert, & vita erat lux hominū. Homines autē nūc & ecclesiā simili nomine significauit, vt per vnum nomē manifestet syzygiæ cōmunionem. Ex Logo enim & Zoë homo generatur & ecclesia. Lumen autē dixit hominū vitā, quoniā illuminati sunt ab ea, quod est formatū & manifestatū. Hoc autē & Paulus dicit, Omne enim quod manifestatur lumen est, Quoniā igitur vita manifestauit & generauit hominē & ecclesiā, lumen dicta est eorū. Aperte igitur manifestauit Ioānes per sermones hos, & alia & quaternionē secundā Logo & Zoë, anthropō & ecclesiā, sed & primā significauit tetradam.

Narrans

Narrans enim de saluatore & docens omnia quæ extra pleroma sunt, per eū formata, fructū quoq; eū esse dicēs intra pleroma: & enim lumen dixit illum, quod in tenebris lucet, & nō cōprehēditur ab eis, quoniā omnia quæ facta sunt ex passione formās, ignorat⁹ est ab eis: & filiū & verbū & vitā dicit eū, & verbū carnē factum, cui⁹ gloriā vidimus ait, & erat gloria eius quasi vnigeniti, quæ à patre data est ei, plena gratia & veritate. Dicit autem sic, & verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam, quasi vnigeniti à patre, plena gratia & veritate. Diligenter igitur ostendit primā quaternationem, patrem dicens & gratiam & monogenen & veritatem. Sic Ioannes de prima & matre omnium æonum ogdoade dixit: patrem enim dixit & gratiam & monogenen & veritatem, & verbum & vitam & hominem & ecclesiam. Et Ptolemæus quidem ita. Vides igitur dilectissime adinventionem qua vtentes seducunt semetipsos, calumniantes scripturis, fictionem suam ex eis constare adnitentes. Propter hoc enim & ipse eas eorum adposui astutias & dictiones, vt ex eis consideres malitiam inuentionis, & nequitiam erroris. Primo enim propositū esset Ioāni illā quæ sursum est octonationem ostendere, ordinem custodisset vtique; emissio- nis, & primam quaternationem, cum sit venerabilior, quemadmodum dicunt, in primis vtique posuisset nominibus, & sic adiunxisset secundā, vt per ordinē nomīnū, ordo ostenderetur octonationis. Et nō vtique; post tantum interuallum quasi oblitus de re commemoratus in nouissimo primæ memoratus fuisset quaternationis, Deinde autē & cōiugationes significare volēs, & ecclesie nō prætermisisset nomē, sed aut & in reliquis cōiugationibus cōtētus fuisset masculorū appellatione, similiter cum possent & illa simul subaudiri, vt vnitatē per omnia esset custodiēs. Aut si reliquorū cōiugationes enumerabat, & anthropi, id est, hominis vtique; manifestasset cōiugē, & vtique; non reminisset de diuinatione nos accipere nomen ipsius. Manifesta igitur expositionis eorum transfixio: Ioanne enim vnum deū exponente, & vnum

alias, vt
fisset.

c ij vnigenitum

vnigenitum Christum Iesum adnunciante, per quem omnia facta esse dicit, hunc verbum Dei, hunc vnigenitum, hunc factorem omnium, hunc lumen verum illuminans omnem hominem, hunc mundi fabricatorem, hunc in sua venisse, hunc eundem carnem factum, & habitasse in nobis: Hij transuertentes secundum verisimilem expositionem, alterum quidem Monogenē volunt esse, secundum emissionem, quam scilicet & principium vocant: alterum autem soterem, id est, saluatorem fuisse volunt, & alterum Logon, id est, verbum filium monogenus, id est, vnigeniti, & alterum Christum, id est, ad emédationem pleromatis emissum: & vnū quodque eorum quæ dicta sunt auferentes à veritate, & abutentes nominibus in suam argumentationem transtulerunt, vt secundum eos in tantis Ioannes Domini Christi Iesu memoriā non fecerit. Si enim patrē dixisset, & Charin, & monogenen, & alethian, & Logō, & Zoen, & anthropon, & ecclesiam secundum illorum argumentationem de prima ogdoade dixit, in qua nondū Iesus, nondum Christus Ioannes magister. Quia autem non de syzygiis ipsorum Apostolus dixit, sed de domino nostro Iesu Christo, quem & verbum scit esse Dei, idem ipse fecit manifestum. Recapitulans enim de eo verbo quod ei in principio dictum est, insuper exponit, & verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Secundū autē illorum argumentationē, nō verbum caro factū est, quod quidē nec venit vnquā extra pleroma, sed qui ex omnibus factus est, & sit posterior verbo saluator. Discite igitur insensati, quoniā Iesus qui passus est pro nobis, qui inhabitauit in nobis, idē ipse est verbū Dei. Si enim alius ex æonibus pro nostra salute caro factus est, æstimādum erat de altero dixisse Apostolum. Si autem verbum patris qui descendit, ipse est & qui ascendit, ab vno de vnigenitis filius secundū patris placitū, incarnatus pro omnibus, nō de alio aliquo, neq; de ogdoade Ioānes sermonē fecit, sed de domino Christo Iesu. Neque enim verbū secundū eos principaliter caro factum est. Dicunt enim Sotera induisse corpus animale, de dispositione

spofitione aptatum inenarrabili prouidentia, vt visibile & palpabile fieret. Caro est autē illa vetus, de limo secundum Adā facta plasmatio à Deo, qua vere factum verbum Dei manifestauit Ioānes, & soluta est illorum prima & primogenita octonatio. Cum enim vnus & idē ostenditur Logos & monogenes, & Zoe & phos, & Soter, & Christus filius Dei, & hic idem incarnatus pro nobis, soluta est octonationis illorum cōpago. Hac autem soluta, decidit illorum omnis argumentatio, quam falso nomine somniantes infamant scripturas ad propriam argumentationem confingendam. Post deinde dictiones & nomina dispersim posita colligentes trāsferunt, sicut prædiximus, ex eo quod est secundum naturam in id, quod est cōtra naturā, similia facientes hijs qui controuersias semetipsis quaslibet proponunt, post deinde conantur & Homericis versibus meditari eas: ita vt idiotæ putent ex illa temporali declamata cōtrouersia, Homerum versus fecisse, & multi abducuntur per compositam consequentiam versuum, ne forte hæc sic Homerus fecerit. quemadmodum Herculen ab Eurystheo ad eum qui apud inferos est canem missum, ex Homericis versibus scribens ita: Nihil enim prohibet, exempli gratia commemorari, & horum cum sit similis & eadem vtrisque argumentatio.

φωϛ
lumen

Hæc vbi dicta dedit, emisit limine flentem
 Herculem inuictum magnarum non inscium rerū,
 Eurystheus natus Sthenelo profapia Persei,
 Ducturum ex Herebo canem atrī Ditis ad auras.
 Vadit ad ille, velut leo nutritus montibus acer,
 Urbem per mediam: noti simul omnes abibant,
 Et senes & pueri, & nondum nuptæ puellæ,
 Plorantes multum, ac si in mortem irent, at ipse
 Mercurius præmittit & cæsia Pallas euntem,
 Fratrem etenim sciebat quatenus dolor exagitaret.

Cento ex versibus Homericis contextus Numerus syllabarum tantū seruatus est nō quantitas.

Quis nō ex simplicib⁹ abripiatur ab huiusmodi versib⁹,
 & putet sic illos Homerum in hoc argumento fecisse?
 Qui autem scit Homerica, cognoscet quidem versus, argumentum autem non cognoscet, sciens quoniam ali-

c iij quid

quid quidē eorū etiā de Vlyffe dictū, aliud verò de Hercule, aliud vero de Priamo, aliud de Menelao & Agamēnone. Si autē tulerit illos, & vnūquenq; suo libro reddiderit, auferet de medio præfens argumentū. Sic autē & qui regulā veritatis immobilē apud se habet, quam per baptisimū accepit, hæc quidē quæ sunt ex scripturis nomina & dictiones & parabolas cognoscet, blasphemū autē illorū argumētū nō cognoscet. Etenim si gēmas agnoscat, sed vulpē pro regali imagine nō recipiet. Vnūquēque autē sermonū reddens suo ordini & aptās veritatis corpusculo, denudauit & insubstātiū ostēdit figmentū ipsorū. Quoniā autē scenę huic deest redemptio, vt quis minimū ipsorū explicant destructorē sermonē inferat, bene habere putauim⁹, ostēdere primo in quib⁹ ipsi partes hui⁹ fabulæ discrepāt aduers⁹ se inuicē, quasi qui sint ex variis spiritalib⁹ erroris. Et ex hoc enim diligēter cognoscere est, & ex ostēfione, eā firmā, quæ ab ecclesia prædicatur, veritatē, & ab hijs id quod fingitur falsiloquiū.

¶ Expositio prædicationis veritatis, quā ab Apostolis Ecclesia percipiens custodit. Cap. I

Ecclesia enim per vniuersum orbem vsq; ad fines terræ seminata, & ab Apostolis, & à discipulis eorū accepit eā fidē, quæ est in vnū deū, patrem omnipotentem, qui fecit cælum, & terrā, mare & omnia quæ in eis sunt, & in vnum Iesum Christum filium Dei, incarnatū pro nostra salute, & in spiritum sanctum, qui per prophetas prædicauit dispositiones dei & aduentum, & eam quæ est ex virgine generationem, & passionem, & resurrectionem à mortuis, & in carne in cælos ascensionem dilecti Iesu Christi domini nostri, & de cælis in gloria patris aduentum eius, ad recapitulanda vniuersa, & resuscitandam omnem carnem humani generis: Vt Christo Iesu domino nostro, & deo, & saluatori, & regi, secundū placitū patris iuisibilis omne genucuruetur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur ei, & iudicium iustum in omnibus faciat. Spiritalia quidem nequitie, & angelos transgressos, atq; apostatas factos, & impios, & iniustos, & iniquos.

quos, & blasphemos homines in æternū ignē mittat. In
 fuis aut & æquis, & præcepta ei⁹ seruātibus, & in dilectio
 ne eius perseverātibus, quibusdā quidem ab initio, qui-
 busdā autem ex pœnitentia, vitā donās, incorruptelam
 loco muneris cōferat, & claritatem æternam circundet.

¶ **O**stenſio neq; plus, neq; minus de ea quæ est in fi
 de posse quosdam dicere. Cap. III.

Hanc prædicationē cū acceperit, & hanc fidem,
 quæadmodū prædiximus, ecclesia, & quidē in
 vniuersum mundū disseminata, diligenter cu
 stodit, quasi vnā domū inhabitans, & similiter credit
 hijs, videlicet quasi vnā animam habens & vnum cor,
 & cōsonanter hæc prædicat & docet & tradit quasi vnū
 possidēs os. Nam & si in mūdo loquelæ dissimiles sunt,
 sed tamen virtus traditionis vnā & eadem est. Et neque
 hæc quæ in Germania sunt fundatæ ecclesiæ aliter cre-
 dunt, aut aliter tradunt, neque hæc quæ in Hiberis sunt,
 neq; hæc quæ in Celtis, neq; hæc quæ in Oriēte, neq; hæc
 quæ in Agypto, neq; hæc quæ in Libya, neq; hæc quæ in
 medio mūdi sunt cōstitutæ: sed sicut sol creaturæ Dei in
 vniuerso mūdo vnus & idem est, sic & lumen, prædica-
 tio veritatis, vbiq; lucet, & illuminat omnes homines,
 qui volūt ad cognitionem veritatis venire. Et neq; qui
 valde præualet in sermone, ex hijs qui præsent ecclesijs,
 alia quàm hæc sunt dicet, Nemo enim super magistrum
 est: neq; infimus in dicendo deminorauit traditionē.
 Cum enim vnā & eadem fides sit, neq; is qui multum de
 ea potest dicere amplius, neq; is qui minus, deminorat.

¶ **S**ecundum quid fiat putare alios quidem plus, a-
 lios vero minus habere agnitionis. Cap. IIII.

Plus aut aut min⁹ secundū prudentiā nosse quos
 dā intelligentiā, nō in eo quod argumentū mu-
 tetur efficitur, & alius Deus excogitetur præ-
 ter fabricatorē & factorē & nutritorē hui⁹ vniuersitatis,
 quasi nō ipse sufficiat nobis, aut alius Christus, aut alius
 monogenes: sed in eo quod omnia quæ id parabolis di-
 cta sunt exquirere, & adiungere veritatis argumento, &
 in eo vt instrumentum & dispositionem dei in genere
 humano

c iiij humano

humano factam enarret. Et quoniam magnanimus exiitit Deus, & in transgressorum angelorum apostasia, & in inobaudientia hominū, edifferere: & quare alia quidem tēporalia, alia vero æterna, & quædā cælestia, quædā terrena vnus & idē fecit ānuntiare. Et quare cū inuisibilis apparuit prophetis Dei, non in vna forma, sed aliis aliter adesse, & quare testamenta multa tradita humano generi, ānuntiare, & quis sit vnusquisq; testamētorum character, docere, & quare cōclulit omnia in incredulitatem Deus, vt vniuersis misereatur, exquirere, & quare verbū Dei caro factum est, & passus est, gratias agere, & quare in nouissimis tēporib⁹ aduētus filij dei, hoc est, in fine adparuerit, & nō in initio, ānuntiare, & de fine, & de futuris quęcunq; posita sunt in scripturis reuoluere, & quare desperatas gētes coheredes & corporatas & participes sanctorū fecit Deus, nō tacere, quēadmodum mortalis hæc caro induet immortalitē, & corruptibile incorruptelā, annuntiare, & quēadmodum factus est, qui nō erat populus, populus, & nō dilecta, dilecta, & quemadmodum plures filij eius quæ deserta est, magis quā eius quæ habet virum præconiare. In talibus enim & similibus exclamauit Apostolus, O altitudo deuitiarum sapientię & agnitionis Dei, quā inscrutabilia iudicia eius & inuestigabiles vię eius. Sed nō in eo, vt supra creatorem & fabricatorē & illorum Enthymesin æonis errātis adinuenires, & ad tantā peruenire blasphemiam, neque in eo quod est super hæc rursus pleroma, aliquādo quidem xxx. aliquādo vero innumerabiles multitudines æonum mentiri. Quemadmodū dicūt hi qui vere sunt deserti à diuina sentētia magistri, cum ea quæ est ecclesia vniuersa vnam & eandem fidem habeant in vniuerso mundo quēadmodum prædiximus.

¶ Quæ est Valentini sententia, in quibus discrepant aduersus eum discipuli eius. Caput V.

V Ideamus nunc & eorum inconstantem sententiam, cum sint duo vel tres quemadmodū de eis dē nō eadem dicūt, sed & nominib⁹ & reb⁹ cōtraria respōdēt. Qui enim est primus ab ea quæ dicitur

tur gnostica hæresis, antiquas in suū characterē doctrinas transferens Valentinus sic diffinit, Dualitatem secundā quādam innominabilem, cuius quidē aliquid vocari inenarrabile, aliud autē sigen, Post deinde ex hac dualitate secundā dualitatē emissam, cuius aliud quidē patre vocāt, aliquid autē Alethian. Ex hac autē quaternione fructificari Logon & Zoen antropon & ecclesiā. Esse autē hanc octonationem primā: & à Logo quidem & Zoë decē virtutes dicit demissas, sicut prædiximus. Ab antropo autem & ecclesia xij. ex quibus vnam discedentē & destitutam, reliquam dispositionē fecisse. Terminos autem duos adhibet. Vnum quidē inter bythum & pleroma, de termino autem natos AÆones & infecto patre Alterum verò separantem illum Nus matre à pleromate. Et Christum autem non ab his qui sunt in pleromate AÆonibus emissum, sed à matre: foris autem facta secundū memoriam meliorum enixā esse cū quadā umbra. Et hunc quidem quippe cū esset masculus abscidisse à semetipso umbram & regressum ad pleroma, Matrem autem subrelictam sub umbra, vacuatam autē spiritali substantia, alterum filiū emisisse. Et hunc esse Demiurgum, quē & omnipotem dicit eorum quæ ei subiacent. Coemissum autem ei & sinistrū principem similem hiis qui dicentur à nobis falsi nominis gnostici. Et Iesum autem aliquando quidē ab eo qui separatus à matre eorum, & coadunatus est cum reliquis emissum dicit, id est, * à teletō: aliquando autem ab eo qui recurrit sursum in pleroma, hoc est à Christo: aliquando autem ab anthropo & ecclesia. Et spiritū autem sanctum à veritate dicit emissum, in examinationem & fructificationem AÆonum, inuisibiliter in eos introcūtem, per quē AÆones fructificarent folia veritatis. Hæc quidem ille. Secundus autē primam Ogdoadē sic tradidit, dicēs, Quaternionem esse dextram, & quaternionē sinistram, & lumen & tenebras, & descendentē autē destitutā virtutem non à triginta AÆonibus dicit fuisse, sed à fructibus eorum. Alius verò quidam, qui & clarus est magister ipsorum, in maius sublime, & quasi in maiorem

apud Tertulianū legitur,
τιλγ

Secundus vn⁹
sectatorum Valentinū.

ΠΡΟΑΝΕΝΟΪΝΗ
 τ⊕ praeinco
 gnita bilis μονός
 τ⊕ singulari:
 εἰς ἐνόητος vni
 εἰς νοητός,
 intelligibilis
 ἀγένη τ⊕,
 innascibilis
 ἀορατ⊕, inui
 sibilis προαρ
 χλ. i. princi
 pium ante prin
 cipiū προανεν
 νοητ⊕ prigin
 cogitabilis,
 προανυπόστα
 τ⊕. i. qui an
 te non subside
 rit προπρο
 κυλινομένη,
 id est quæ pri
 adoratur.

ἀνενοητ⊕,
 incogitabilis
 ἀκατάληπτος

iorem agnitionem extensus, primam quaternionem, dicit sic, Est quidem ante omnes proarche proannoetos & inenarrabilis, & innominabilis, quam ego Monotete voco. Cum hac monotete est virtus, quam & ipsam voco henotetem: henotes & monotes cum sint vnum, emis(er)unt, cum nihil emis(er)int, principium omnium noeton & ageneton aoraton, quam archen sermo monada vocat. Cum hac monade est virtus eiusdem substantiae ei, quam & eam voco hen. Hæ autem virtutes, id est monotes & henotes & monas & hen emis(er)unt reliquas emissiones æonum, iu, iu, & pheu, pheu. Tragicum verò dicere oportet, super hanc nominum fictionem ei tantam audaciam, quemadmodum sine rubore medatio suo nomina posuit. Nemo enim quod dicit est ante omnia proarche proannoetos, quam ego monoteta voco. Et iterum, cum hac monotete est virtus, quam & ipsam voco henotetem. Manifestum quoniam figmeta sunt quæcunq; ab eo dicta sunt: confessus est, quoniam ipse nomina posuit figmento, quæ à nemine altero posita sunt: qui nisi hæc auderet, hodie veritas secundum eum non habuisset nomina. Nihil igitur prohibet & alterum quædam in tali argumento sic præfinire, nomina. Est quædam proarche regalis proannoetos proanypostatos virtus proprocyliodomene: cum illa autem est virtus, quam & ipsam voco perinane, hæc cucurbita, & perinane cum sint vnum, emis(er)unt, cum non emisissent fructum, sermo cucumerem vocat. Cû hoc cucumere est virtus eiusdem potestatis ei, quam & ipsam peponem voco. Hæ virtutes cucurbita & perinane & cucumis & pepo emis(er)unt reliquam multitudinem Valentini delirioforum peporum. Si enim eum sermonem qui de vniuersis fit transfigurari in primam quaternionem oportet, & quemadmodum vult aliquis ipse ponere nomina, quis prohibet his nominibus & multo credibilioribus & in vsu positis & ab omnibus cognitis. Alij autem rursus ipsorum primam & archegonon octonationem his omnibus nominauerunt. Primum proarchen, deinde annoeton. tertiam autem arreton, & quartam aoraton. Et de prima quidem pro-

proarche emissum esse primo & quinto loco archen, ex anennoëto secundo & sexto loco acatalepton, & de arreto autem tertio & septimo loco anonomafton, de aorato autem quarto & octauo loco ageneton. Pleroma hoc primæ Ogdoadis, has volunt virtutes fuisse ante Bythum & Sigen, vt perfectorum perfectiores appareant, & gnosticorum magis gnostici viri, ad quos iuste quis hoc dicat.

70, incomprehensibilis à vo viμας, id est innominabilis.

O pepones Sophistæ vituperabiles & non viri.

Etenim de ipso Bytho variæ sunt sententiæ apud eos.

Carmē Hom. *πρωτων* apud Græcos non nunquā sonat stupidum.

Quidam enim sine coniugatione dicunt eum neque masculum, neque fœminam, neque omnino aliquid esse.

Alij autem & masculum & fœminam dicentes esse, hermaphroditi Genesim ei donant. Sigen autem alij coniugem ei addunt, vt fiat prima coniugatio.

¶ Quæ sunt in quibus non consonant aduersus inuicem hij qui sunt à Valentino omnes. Cap. V. I.

h Ij verò qui sunt circa Ptolemæum scientiores, duas cõiuges habere Bython dicunt, quas & dispositiones vocant, Ennœã & Thelesim. Primo enim mente concepit quid emittere (sicut dicunt) post deinde voluit Quapropter duobus his affectibus & virtutibus, id est, ennœas theleseos, velut cõmixtis inuicẽ, emissio monogenis & Alethiæ secundum coniugationem facta est. Quos typos & imagines duorum affectuum patris adgressas esse inuisibiliũ visibiles, thelematis quidẽ Nun, ennoias autẽ Alethian : & propter hoc aduentitiæ voluntatis masculus est imago, Innatæ verò ennœæ fœmininus quoniã volũtas velut virtus facta est ennœæ. Cogitabat enim ennœa semper emissionem, nõ tamẽ & emittere ipsa per semetipsam poterat quæ cogitabat. Cu autẽ volutatis virtus aduenit, tunc quod cogitabat emisit. Non videntur tibi hi, ò dilectissime, Homericus Iouis, propter solitudinem non dormientis, sed curæ habentis, quando poterit honorare Achillem, & multos perdere Græcorum, apprehensionem habuisse, magis quàm eius qui est vniuersorum Deus? qui simul vt cogitauit, perficit

ΘΕΛΗΣΙΣ
voluntas

perficit id quod cogitauit, & simul ac voluit & cogitat hoc quod voluit, & tunc volēs cum cogitat, cum sit totus cogitatus, & totus sensus, & tot^o oculus, & totus auditus, & totus fons omnium bonorum. Qui autem prudentiores putantur illorum esse, primam octonationem non gradatim, alterum ab altero AEonem emissum dicunt, sed simul & in vnum AEonem emissionē à propatore, & enncām eius cum crearentur ipsi obstetricasse affirmant. Et iam non ex Logo & Zoë anthropon & ecclesiam, sed ex author ex anthropo & ecclesia Logon & Zoën dicunt generatos in hunc mundū, dicentes, Quando aliquid* emittere propator, hoc pater vocatus est, at vbi quæ emisit vera fuerunt, hoc Alethia vocatū est. Cū autem voluit semetipsum ostendere, hoc anthropos dictus est. Quos autem prærecogitauerat posteaquā emisit, hoc ecclesia vocata est. Locutus est anthropos Logon, hic est primogenitus filius; subsequitur autem Logon Zoë, & sic prima octonatio completa est.

¶ Qualis conuersatio ipsorum, & quæ est figuratio vitæ. Cap. VII.

Vita autem pugna apud eos, etiam de saluatore. Quidam enim eum ex omnibus generatum dicunt, quapropter beneplacitum vocari,

Judæria

quoniam vniuersum pleroma bene sensit per eum glorificare patrem. Alij autem ex solis æonibus, qui sunt à Logo & Zoë emissi, & propter hoc Logon, & Zoen dicunt eum, parentum nomina custodientem. Alij autē ex duodecim æonibus hij qui sunt ab anthropo & ecclesia facti, & propter hoc filium hominis se cōfiteri, velut postgenitum antropi. Alij à Christo & spiritu sancto eorum qui ad firmamentum pleromatis emissi sunt, factum eū dicunt, patris sui à quo emissus est custodientem appellationē. Alij autem sunt qui ipsum propatorem omnium & proarchen & proanenoëton anthropon dicunt vocari, & hoc esse magnum & absconditum mysterium, quoniam quæ est super omnia virtus & cōtinet omnia, anthropos vocatur, & ideo hoc filium hominis dicere Saluatorem.

Quæ

¶ Quæ est Colarbaseorum & Marci
doctrina. Cap. VIII.

Lius verò quidã ex hiis qui sunt apud eos magistri emendatorem se esse glorians, Marcus est autem illi nomen, magicæ imposturæ peritissimus, per quam & viros multos, & non paucas feminas seducens, ad se conuertit, velut ad scientissimũ & perfectissimum, & virtutem maximam ab inuisibilibus Logis habentem fecit, præcursor quasi vere existens Antichristi. Anaxilai enim ludicra cum nequitia eorũ qui dicuntur magi commiscens per hæc virtutes perficere putatur apud eos qui sensum non habent & à mente sua excesserunt.

¶ Quæ est industria Marci, & quæ sunt,
quæ ab eo fiunt. Cap. IX.

Ro calice enim vino mixto fingens se gratias agere & in multum extendens sermonem inuocationis, purpureum & rubicundum apparere facit, vt putetur ea gratia ab hiis quæ sunt super omnia, suum sanguinem stillare in illius calicẽ per inuocationem eius, & valde concupiscere præsentem ex illo gustare poculo, vt & in eos stillet quæ per magum hũc vocatur gratia. Rursus mulieribus dans calices mixtos, ipsas gratias agere iubet, præfete se: & vbi hoc factũ est, ipse alium calicẽ multo maiorem, quàm est ille in quo illa seducta eucharistiam facit proferens, & trãsfundens à minori qui est à muliere eucharistia factus in illũ qui est ab eo alatus multo maiorem, statim dicens ita, Illa quæ est ante omnia inexcogitabilis & inenarrabilis gratia. adimpleat tuũ intus hominem, multiplicet in te agnitionem suam, inseminans granum sinapis in bonam terrã. Et alia quædam dicens, & in insaniam mittens illam infelicem admirabilia faciens apparuit, quãdo maior calix adimpletus est de minori calice, vt & supererunderet ex eo. Et alia quædam dissimilia faciens, exterminauit multos & abstraxit post se. Datur autem intelligi eum & dæmonem quendam paredrum habere, per quem ipse quoque prophetare videtur, Et quotquot dignas

Paredros
assessor

gnas putat fieri participes suæ gratiæ , prophetare facit. Maxime enim circa mulieres vacat, & hoc circa eas quæ sunt honestæ & circûpurpuratæ & ditissimæ , quas sæpe adducere tentans, dicit blandiens eis, Participare te volo ex mea gratia, quoniam pater omnem angelum tuum semper videt ante faciem suam : locus autem tuæ magnitudinis in nobis est, oportet nos in unum conuenire, sume primum à me & per me gratiam, adaptare vt sponsa sustinens sponsum suum, vt sis quod ego, & ego quod tu. Constitue in thalamo tuo semen luminis, Sume à me sponsum, & cape eum, & capere in eo. Ecce gratia descendit in te aperi os tuum, & propheta. Cum autem mulier responderit , nunquã prophetaui & nescio prophetare, inuocationes quasdã faciens denuo ad stuporem eius quæ seducitur, dicit ei, Aperi os tuũ, & loquere quæcunq; , & prophetabis. Illa autem seducta & elata ab hiis quæ prædicta sunt, concalescens animam à suspitione quod incipiat prophetare, cū cor eius multo plus quàm oporteat palpitet, audet & loquitur deliriosa, & quæcunque euenerint, omnia vacue & audaciter, quippe calefacta spiritu, sicut meliora nobis de talibus prophetis exequitur , eo quod audax & verecunda anima, quasi vacuo aëre ex calefacta est , & exinde prophetidẽ semetipsam putat , & gratias agit Marco, ei qui participauit ei suam gratiam : & remunerare eũ gessit, non solum secundum substantiæ suæ dationem, vnde diuitiarum copiam magnam collegit, sed & secundũ corporis copulationem, & secundum omnia vnire ei cupit, vt cum eo descendat in vnum . Iam vero quædam ex fidelissimis mulieribus, quæ habent timorem Dei, & non sunt seducibiles, quas similiter vt reliquas affectauit seducere, iubens eas prophetare, exsufflantes & anathematizantes eum separauerunt se ab huiusmodi infano, qui se diuinum spirare simulabat, pro certo sciẽtes, quoniã prophetare non à Marco mago inditur hominibus , sed quibuscunque Deus desuper immiserit gratiam suam, hi ab eo traditã habent prophetiam, & tunc loquuntur, quando Deus vult, sed non quãdo Marcus iubet. Quod enim

enim iubet, eo quod iubetur maius est & dominatius, quoniam illud quidē principatur, illud autem subiectū est. Si ergo Marcus quidem iubet, vel alius quis, sicut solent in cœnis fortibus hij omnes ludere & sibimetipsis inuicem imperare vt prophetent, & secundum suas concupiscētias eos sibi prophetare, erit ille qui iubet & maior & dominatior prophetico spiritu, cū sit homo, quod est impossibile. Sed tales quidem qui iubentur ab ipsis spiritus, & loquuntur quando volunt ipsi, terreni & infirmi sunt: audaces autem & impudentes à fatana immisi ad seductionem & perditionem eorum, qui non firmam fidem, quam ab initio per ecclesiam acceperūt, custodiunt. Adhuc etiam vt amatoria & ad letantia efficit, vt & corporibus ipsarum contumeliam inroget, hic idem Marcus quibusdam mulieribus, etsi non vniuersis. Hæ sæpissime conuersæ ad ecclesiam Dei, confessæ sunt, & secundum corpus exterminatas se ab eo velut cupidine, & inflammatas valde illum se dilexisse, vt & diaconus quidam eorum qui sunt in Asia, suscipiens eū in domum suam inciderit in huiusmodi calamitatem.

Al. inferē

forte adlectantia.

Nam cum esset vxor eius speciosa, & sententia & corpore corrupta esset à mago isto, & secuta eum esset multo tempore, post deinde cum magno labore fratres eam conuertissent, omne tempus in exomologesi consummauit, plangens & lamentans ob hanc quam passa est ab hoc mago corruptelam. Et discipuli autem eius quidem circū obuersati in hiisdē, seducentes mulierculas multas corruerūt, perfectos semetipsos vocātes, quasi nemo possit exequari magnitudini agnitionis ipsorum nec si Paulū, aut Petrum dicas, vel alterū quēdam Apostolorū, sed plus omnibus se cognouisse, & magnitudinem agnitionis illius, quæ est inenarrabilis virtutis solos ebibisse. Esse autem se in altitudine super omnē virtutē. Quapropter & libere omnia agere, nullū in nullo timorem habentes, propter enim redemptionem & incōprehensibiles & inuisibiles fieri iudici. Si autem apprehenderit eos, assistētes ei cum redēptione hæc dicēt, O assessor Dei mystice illius pro A Eonō Sigēs quā magnitudines

inuisibile sibi est, formari, aperuit os, & protulit verbū si-
 mile sibi, quod assisistens ostendit ei quod erat ipse cum
 inuisibilis forma apparuisset. Enunciatio autem no-
 minis facta est talis: locutus es verbum, verbum pri-
 mum nominis eius fuit *α* & syllabæ eius literarum
 quatuor. Coniunxit & secundam, & fuit hæc literarum
 quatuor. Post locutus est & tertiam, & fuit hæc literarū
 x. Et eam quæ est post hæc locutus est, & fuit ipsa lite-
 rarum xij. facta est ergo enunciatio vniuersi nominis,
 literarum xxx. syllabarum autem quatuor, vnumquod-
 que autem elementorum suas literas & suum caracte-
 rem, & suā enunciationem & figurationes. & imagines
 habere: & nihil eorum esse, quod illius videat formam,
 neque ipsum super elementum est. Sed nec cognoscere
 eum, sed ne quidem proximi eius vnumquodque enun-
 ciationem scire, sed quod ipse enunciat, ita omne quod
 enunciat, illud quod est totum nominet. Vnumquen-
 que enim ipsorum, pars existens totius, suum sonum
 quasi omne nomē, & non cessare sonantia, quoadusque
 extra nouissimam literam nouissimi elementi singula-
 riter enunciata deueniant. Tunc autem redintegratio-
 nem vniuersorum dicit futuram, cum vnam & eandem
 consonationem sonent, cuius exclamationis imiginem
 esse, Amen, simul dicentibus nobis tradidit. sonos autē
 eos esse, qui formant insubstantiuū & ingenitum A Eo-
 no, & esse hos formas, quas Dominus angelos dixit, quæ
 sine intermissione vident faciem patris. Nomina autē
 elementorum communia & enarrabilia A Eonas & ver-
 ba & radices & semina & plenitudines & fructus voca-
 uit, singula autem ipsorum & vniuscuiusque propria in
 nomine ecclesiæ contineri, & intelligi ait. Quorum ele-
 mentorum nouissimi elementi vltima littera vocem e-
 misit suam, cuius sonus exiens secundum imaginē ele-
 mentorum elementa progenia generauit, ex quibus &
 quæ sunt hic, disposita dicit, & ea quæ sunt ante hæc ge-
 nerata: ipsam quidem literam cuius sonus erat conse-
 quens sonum deorsum à syllaba sua sursum receptā di-
 cit, ad impletionem vniuersi. Remansisse autem deor-
 d sur

sum sonum, quasi foras proiectum, elementum autem ipsum ex quo litera cum enunciatione sua descendit deorsum, literarum ait esse xxx. & una quæque ex his xxx. literis in semetipso habere alias literas, per quas nomine literarum nominatur. Et rursus alias per alias nominari literas, & alias per alias, ita ut in immensum decidat multitudo literarum. Sic autem plures discas quod dicitur, Delta elementum literas habet in se quinque, & ipsum Δ, & E, & Λ, & T, & A, & hæc rursus literarum per alias scribuntur literas, & alias per alias. Si ergo uniuersa substantia deltarum in immensum decidit, aliis alias literas generantibus & succedentibus alterutrum, quanto magis illius elementi maius esse pelagus literarum. Et si una litera sic immensa est, vide totius nominis profundum literarum, ex quibus propatorum Marci silentium constare docuit. Quapropter & patrem scientem incapabile suum dedisse elementis, quæ & æonas vocat, unicuique eorum suam enunciationem exclamare, eo quod non possit, unum illum quod est totum enunciare. Hæc itaque exponente ei quaternationem dedisse. Volo autem tibi & ipsam ostendere veritatem. Deposui enim illam de superioribus ædificiis ut circumspicias eam nudam, & intuearis formositatem eius. Sed & audias eam loquentem, & admireris sapientiam eius. Vide quid igitur in caput eius sursum primum α & ω. Collum autem β & ϑ. Humeros cum manibus γ & λ. Pectus δ & φ. Cinctum ε & υ. Ventrem ζ & τ. Vereda η & θ. Femora θ & ρ. Genua ι & ω. Tibias κ & ο. Crura λ & ξ. Pedes μ & ν. Hoc est corpus eius quæ est secundum magnum veritatis, hæc futura elementum, hic character literarum, & vocat elementum hoc, hominem, esse autem fontem ait eum omnis verbi, & initium uniuersæ vocis, & omnis inenarrabilis enarrationem, & taciti silentij os, & hoc quidem corpus eius. Tu autem sublimius alleuans sensus intelligentiam, autogenitorum & patrodotorum, verbum ab ore veritatis audi. Hæc autem cum dixisset illa attendentem ad eum veritatem & aperientem os, locuta est verbum: verbum autem nomen factum, & nomen esse hoc quod scimus & loquimur Christum Iesum, quod cum

forte factura

cū nominasset, statim tacuit. Cū autē putaret Marcus, plus aliquid eam dicturam, rursus quaternatio veniens in medium ait, Tanquam cōtemptibile putasti esse verbum, quod ab ore veritatis audisti, non hoc quod scis & putas habere, olim est nomen. Vocem enim tantum habes eius, virtutem autem ignoras. Iesus autem est insignne nomen sex habens literas, ob omnibus qui sunt vocationis cognitum. Illud autē quod est apud æonas pleromatis, cum sit multifarium existens, alterius est formæ, & alterius typi. Quod intelligitur ab ipsis, qui sunt cognati eius, quorum magnitudines apud eū sunt semper. Hæc igitur quæ apud nos sunt vigintiquatuor literæ, emanationes esse intellige trium virtutum, imaginæ eorum quæ continent vniuersum, quæ sunt sursum, elementorum numerum. Mutas enim literas nouē putat esse, patris & veritatis, quoniã sine voce sint, hoc est, inenarrabiles & in loquibiles, femiuocolæ autem cum sint octo Logi esse & Zoes, quoniã quasi mediæ sint inter mutas & vocales, & recipere eorū quidem quæ super sint emanationē, eorū verò quæ subsint eleuatioē. Vocales autem & ipsas septem esse Anthropi & ecclesiæ, quoniam per Anthropum vox progrediens formauit omnia. Sonus enim vocis, formam eius circumdedit. Est igitur Logos habens & Zoë viij. Anthropos autem & ecclesia vij. Pater autem & Alethia ix. Ex minori autem computatione quod erat apud patrem descendit, emissus illuc * fuerat separatys ad emendationem factorum, vt pleromatum vnitas æqualitatem habens fructificet vnã in omnibus quæ est ex omnibus virtus: & sic is qui est numeri vij. eorum qui sunt octo accepit virtutem, & facta sunt tria loca similia numeris, cum sint octonationes quater in se venientia vigintiquatuor ostenderunt numerum: & tria quidem elementa, quæ dicit ipse trium in coniugatione virtutum existere, quæ sunt vj. ex quibus emanauerunt vigintiquatuor literæ, quadripartita inenarrabilis quaternationis ratione eundem numerum faciunt, quæ quidem dicit illius qui est innumerabilis existere, Indui autem

d ij eas

in ois

Al. de fuerit

eas à tribus virtutibus, in similitudinē illius qui est in-
 uisibilis. Quorum elementorum imagines imaginē es-
 se eas quæ sunt apud nos duplices literæ. Quas cū xxiiij
 literis adnumerantes virtute quæ est secundū analogiā.
 xxx. faciūt numerū. Huius rationis & dispositionis fru-
 ctum dicit in similitudinem imaginis apparuisse, & il-
 lum qui post vj. dies quartus ascēdit in montem, & fa-
 ctus est vj. qui descēdit & detētus est hebdomade cū es-
 set insignis octonatio, & habet in se omnem elemento-
 rum numerum, quem manifestauit, cum ipse venisset
 ad baptismū, columbæ descensio, quæ est ω & α. Nume-
 rus enim ipsius vnum & D. C C C. & propter hoc Moy-
 sen in sexta die dixisse quæ est in cœna pura nouissimū
 hominem in generationem primi hominis apparuisse.
 Cuius dispositionis initium & finem sextā horā in qua
 affixus est ligno: perfectum enim sensum scientem eum
 numerum qui est sex virtutum fabricationis & rege-
 nationis habentem, manifestasse filiis luminis eā ge-
 nationem quæ facta est per eum, qui manifestatus est
 insignis, in eum numerum. Hic etiam & duplices lite-
 ras numerum insignem habere ait. Insignis enim nume-
 rus commixtus vigintiquatuor elementis xxx. literarū
 nomen explicuit. Vfus est autem Diacono vij. nume-
 rum magnitudinem quēadmodum dicit Marci Sige, vt
 ab se cogitata cogitationis manifestetur fructus: & insi-
 gnem quidem hunc numerum in præsentī vt eum qui
 ab insigno figuratus est, intelligi eum qui quasi in par-
 tes diuisus est aut præcisus & foris perseverauit, qui
 sua virtute & prudentia per eam quæ est ab eo emissio-
 nem, hunc qui est septem virtutum secundum micatio-
 nem hebdomadis virtutis animauit mundum, & animā
 posuit esse huius vniuersi quod videtur. Vtitur autem
 & ipse hic hoc opere quasi spontanæ ab eo, ab eo facte
 re aliqua ministrant cum sint imitationes imitabilium
 entymesi in matris. & primum quidem cælum sonat α,
 quod autem est post illum ε, tertium autem η, quartum
 verò & medium numeri vij. Iota virtutē enarrat, quin-
 tum verò θ, sextum autem υ, septimum autem & iiij. à
 medio,

• 8 2010140N

medio, & elementum* exdant, quemadmodum Marci si-
ge, quæ multa quidem locatius exequitur, nihil autem
verum loquens affirmat, quæ virtutes, ait, omnes simul
in inuicem complexæ sonant & glorificant illum à quo
emissa sunt, gloria autem soni mittitur in propatorem.
Huius autem glorificationis sonum in terram delatum
ait plasmatores factum, & generatorem eorum* in quæ
sunt in terra.

Al, exclamat

Alias, qu

¶ Quomodo soluunt parabolās. Cap. XI.

Stensonem autem affert ab hiis, qui nunc na-
o scuntur infantibus, quorum anima simul vt
de vulua progressa est, exclamat vnus cuiusq;
elementi hunc sonum. Sicut ergo septem virtutes, in-
quit, glorificant verbum, sic & anima in infantibus plo-
rans & plangens Marcum glorificat eum. Propter hoc
autē & Dauid dixisse, Ex ore infantium & lactantium
perfecisti laudem: & iterū, Cæli enarrant gloriam Dei.
Et propter hoc quādo in doloribus & calamitatibus ani-
ma fuerit in releuationem suam dicit, O, in signum lau-
dationis, vt cognoscens illa quæ sursum est anima quod
est cognatum suum adiutorium ei deorsum mittat. Et
de omni quidem nomine quod est xxx. literarū, & de by-
tho qui augmentum accepit ex huius literis, adhuc etiā
de veritatis corpore quod est duodecim membrorum,
vnoquoq; membro ex duabus literis cōstante, & de vo-
ce eius quā locuta est non locuta, & de resolutione eius
nominis* quod non est enarratum, & de mundi anima
& hominis secundum quæ habent illam quæ est ad ima-
ginem dispositionem sic* declarauit. Dehinc autē quē-
admodum ex nominibus æquiparatam virtutem osten-
dit eorum quaternatio referemus, vt nihil lateat te di-
lectissime eorum, quæ ad nos peruenerunt ex ijs quæ
ab ijs discuntur, quēadmodum sæpe postulasti à nobis.

Alias, quod est

Al, delirauit

¶ Quēadmodum cōuersationē secundū figurā eius
qui apud eos est pleroma exponūt factū. Ca. XII

S ic autē annunciat per quā sapiens eorū Si-
ge generationē xxiiij. elemētorum cū solita-
te esse vnitatē, ex quibus duæ sunt emissiones

d iij sicut

ἰσὺν
μονὰς σολίτας

ficut prædictū est, monas & hen, quæ duplicatæ iiii. factæ sunt, bis enim duo quatuor, & rursus duo & quatuor in idipsum cōpositæ, vj. manifestauerūt numerum. Hi autē sex quadruplicati vigintiquatuor generauerūt figuras. Et quidē quæ sunt primæ quaternationis nomina sancta sanctorum intelliguntur, quæ non sunt narrari, intelliguntur autē à solo filio quæ pater scit, quæ nā sunt. Alia verò quæ cū grauitate & honore & fide nominantur apud eum sunt hæc ἄρρητος, σιγή, πατήρ ἀλήθεια. Huius autem quaternationis vniuersus numerus est literarum vigintiquatuor, ἄρρητος enim nomen literas habet in se septem σιγή quinque, πατήρ quinque, & ἀλήθεια vij. quæ cōposita in se bis quinæ & bis septē vigintiquatuor numerum adimpleuerūt. Similiter & secūda quaternatio Logos & Zoe Antropos & ecclesia eundē numerū elementorū ostēderūt, & Saluatoris quoq; narrabile nomē I H Σ O Y Σ literarū est sex. Inenarrabile autē eius literarum vigintiquatuor. Et ἔσθις literarū vij. quod est autem in Christo inenarrabile literarū xxx. Et propter hoc ait eū α & ω, vt per ista manifeste cū hūc numerum habeat hæc auis. Iesus autē hāc habet, inquit, inenarrabile genesisim. A matre enim vniuersorū, id est, primæ quaternationis, in filiæ locū processit secūda quaternatio, & facta est octonatio, ex qua processa est decas, sic factū xvij. decas itaque adiuncta octonationi & decuplū eā faciēs octuagies decies octingentorum numerum fecit, vt sit vniuersus literarū numerus ab octonatione in decadam progrediens octo & lxxx. dat, quod est Iesus. Iesus enim nomē secūdam Græcarum literarū cōputum dat summam lxxxvij. habens manifeste & supercœlestis Iesu, secūdū eos genesisim. Quapropter A B Græcorum habere monadas viij. & decadas viij. hecatontadas viij. dat lxxxvij. numerum ostendentia, hoc est, Iesum qui est ex omnibus constans numeris, & propter hoc α & ω nominari eum, cum significet ex omnibus eius generationem. Et iterum ita primæ quaternationi secūdū processionē numeri & semetipsam cōpositæ x apparuit numerus. α enim & β vt ε & δ in semetipso cōposita x faciūt, quod

Alia xii.

dat, videtur de
prauatum ex
D, C C C. nam
hunc numerū
cōficiet Ιησὺς.
ἑκατόντας
centenarius
numerus

quod est *ι*, & hoc esse volunt Iesum. Sed & Christus, inquit, literarum est octo, ex quibus primam octonatione significari, quæ cum Iota applicata dat lxxxviiij. numerum generavit. Dicitur autem, ait, & filius Christus, hoc est, duodecas: *θις* enim nomen literarum quatuor est, *αθις* autem viij. quæ composita duodecadis ostenderunt magnitudinem. Prius autem, inquit, quam huius nominis insigne appareret, hoc est, Iesus filius, in ignorantia magna fuerunt homines & errore. Cum autem manifestum est vj. literarum nomen hoc, quod est secundum carnem amictum est ut ad sensibilitatem hominis descenderet, habens in semetipso ipsum quoque iij. & viginti quatuor, tunc cognoscentes eum cesauerunt ab ignorantia, & à morte in vitam ascenderunt, nomine eis facto ducatore ad patrem veritatis.

Voluisse enim patrem vniuersorum soluere ignorantiam, & destruere mortem. Ignorantiæ autem solutio, agnitio eius fiebat, & propter hoc dictum, secundum voluntatem eius, eum qui est secundum imaginem eius, quæ sursum est virtus, dispositum hominem: à quaternatione enim progressi sunt æones. Erat autem in quaternatione Anthropos & ecclesia Logos & Zoc. Ab iis igitur virtutes, ait, emanatæ generauerunt eum qui in terra manifestatus est, Iesum. & logi quidem locum adimplesse angelum Gabriel, Zoes autem spiritum sanctum, Anthropi autem altissimi virtutem, ecclesiæ autem locum virgo ostendit, & sic ille qui est secundum dispositionem per Mariam generatus apud eum homo, quem pater omnium transeuntem per vuluam elegit per verbum ad agnitionem suam. Cum autem venisset ipse ad aquam. descendisse in eum quasi columbam eum qui recurrit sursum, & impleuit xij, numerum, in quo inerat semen eorum qui conseminati sunt cum eo, & condescenderunt & coascenderunt. Ipsam autem virtutem quæ descendit semen dicit esse patris, habens in se & patrem & filium, & eam quæ per eos cognoscitur innominabilis virtus siges & omnes æonas, & hunc esse spiritum qui locutus est per os Iesu, qui se confessus est filium

d iiij hominis,

verbum Dei, & minuentem eum in syllabas quidem
 iiii. elementa autem xxx, & omnium dominum qui firmavit
 caelos in D. ccc. lxxxviii. deducentem numeros
 similiter atque alphabetum; & ipsum qui omnia capit patrem,
 à nullo autem capitur in quaternationem & octonationem
 & duodecadem sub partientem, & per huiusmodi
 multiplicationes illud quod est inenarrabile & incognoscibile,
 quemadmodum tu dicis, patris enarrantem. At quem incorporealem
 & insubstantiuum nominas, huius materiam & substantiam
 ex multis literis alijs ex alijs generatis fabricas, ipse
 Dædalus fictor & faber malus factus sublimissimæ virtutis,
 & quæ indiuisibilis dicis substantiam in mutas & vocales
 & semiuocales sonos subdiuidens, id quod est mutum.
 In his omnium patri & huius intentioni mentiens, in summam blasphemiam
 & magnam impietatem immisisti omnes qui tibi credunt.
 Quapropter & iuste & apte tali temeritati tuæ diuinæ
 adspirationis senior & præco veritatis inuectus est interdicens
 sic, Idolorum fabricator Marce & portentorum inspector,
 astrologiæ cognitor & magicæ artis, per quæ confirmas
 erroris doctrinas, signa ostendens his qui à te seducuntur
 apostaticæ virtutis operationes, quæ tibi præstat tuus pater
 satanas per angelicam virtutem azazel facere, habens te
 præcursores contrariæ aduersus deum nequitie. Et hæc quidem
 amator Dei senior. Nos autem reliqua mysteria eorum quæ
 sunt longa conabimur breuiter expedire, & ea quæ multo
 tempore sunt occultata in manifestum producere. Sic enim fit
 facile argui & conuinci possint ab omnibus.

¶ Quemadmodum ea quæ sunt in lege in suum transferunt figmentum. Cap. XIII.

Generationem itaque æonum & errorem omnis & adinventionem
 adunantis in vnum, mystice audent annunciare hij, qui in
 numeros omnia deduxerunt, de monadæ & dualitate dicentes
 omnia constare, & à monadæ vsque ad quatuor numerantes,
 sic generent decadem. Vnum enim & duo & tres & quatuor
 in vnum compositæ x. æonum generauerunt numerum.

Rursus

Rurfus autem dualitas ab ea progressa vsque ad epifemon, duo & quatuor & sex, duodecadem ostendit, & rursus à dualitate similiter numerantibus nobis, vsque ad xl. numerus ostensus est, in quo est ogdoas & decas & duodecas. Vnde eadem igitur eo quod epifemon habuerit consequentem sibi propter epifemum passionem vocant, Et propter hoc circa duodecim numerum cum labes quædam facta fuisset ouem luxuriatam aberrasse. Quoniam apostasiam à duodecade factam dicunt. Similiter & à duodecade abscedentem vnam virtutem perisse diuinant, & hanc esse mulierem quæ perdiderit dragmam, & accenderit lucernam & inuenerit eam. Sic igitur & numeros reliquos in dragma quæ sunt nouem, in oue vero vndecies ix. perplexos sibi semetipsis xcix. numerum generare, quoniã nouies vndecim xcix. fiunt. Quapropter tamen hunc habere dicunt numerum. Non pigritabor autem tibi & aliter eos interpretâtes annuciare, vt vndique conspicias fructum eorum. Literam enim *n* cum epifemo ogdoadam esse volunt cum ab alpha beta octauo sit posita loco, rursus iterum sine epifemo computâtes numerum ipsarum literarum & componentes vsque ad *n* triacontadem ostendunt. Incipiens enim quis ab *a* & perfiniens in *n*, per numeros literarum, abstrahens autem epifemum & insuper coniungens incrementum literarum, inuenit tricenarium numerum. Vsque ad *i* literæ xv. fiunt, post deinde appositis eis vii. numerus ij. & xx. perficit. Cum autem appositum est eis *n*, quod est viii. admirabilem triacontadem adimpleuit, & hinc ostendunt ogdoadam matrem xxx. æonum. Quoniam igitur ex tribus virtutibus vnitus est tricenarius numerus, ter idem factus xc. fecit. Et ipsa autem trias in se composita ix. generauit. Sic ogdoas xcix. generauit numerum. Et quoniam duodecimus æon abfistens reliquit, rursus xj, consequenter dicunt typum literarum in figura Logi positum esse, vndecimam enim in litteris esse *λ* qui est numerus triginta & secundum imaginem positum esse superioris dispositionis, quoniam ab Alpha sine epifemio ipsarum literarum numerus

rus vsque ad λ . compositum secundum augmentum literarum cum ipso λ xc. & ix. faciunt numerum. Quoniam autem λ , vndecimo loco est in ordine, ad similes eorum descendit inquisitionem vt impleret xij. numerum, & cum inuenisset eum adimpleta est: manifestum esse ex ipsa figuracione litteræ: λ enim quasi ad sui similis inquisitionem adueniens, & inueniens & in semet rapiens ipsum duodecimi adimpleuit locum, M litera ex duabus λ ambdis Λ Λ consistente.

Quapropter & figuræ eos per agnitionem x c i x. locum, hoc est, deminorationem typum sinistrae manus sectari. Qui autem vnum quod additum super x c i x. in dexteram eos manum transtulit. Tu quidem hæc pertransiens dilectissime, optime scio quoniam ridebis multum, tantam illorum in timore sapientem stultitiam. Sunt autem digni planctu, qui tantam Dei religionem & magnitudinem vere inenarrabilis virtutis, & tantas dispositiones Dei per A & B, & per numeros tam frigidos & sic extortos enunciant. Quotquot autem absistunt ab ecclesia & hijs anilibus fabulis assentiunt, vere à semetipsis sunt damnati.

Quos Paulus iubet nobis post primam & secundam correptionem deuitare. Ioannes enim Domini discipulus superextendit damnationem in eos, neque aue nobis eis dici volens. Qui enim dicit, inquit, eis aue, communicat operibus ipsorum nequissimis, & merito: Non est enim gaudere impijs, dicit dominus. Impij autem super omnem impietatem hij sunt, qui factorem cæli & terræ, vnum Deum omnipotentem super quem alius Deus non est, ex labe & ipsa ex altera labe facta missum dicunt: & sic iam secundum eos esse eum emissionem tertiæ labis. quam sententiam digne exulflantes & catanathematizantes, oportet porro alicubi & longe fugere ab eis: & quanto plus hæc affirmant & gaudent in hijs adinventionibus suis, tanto magis sciamus plus eos agitari ab ogdoadis nequissimis spiritualibus, quemadmodum hij qui in phreneticam passionem inciderunt,

Supputatio
in digitis.

aut

¶ In ten: sicut
 ¶ In ten: sicut
 ¶ In ten: sicut
 ¶ In ten: sicut

aut plus rident & valere se putant, & quasi sani omnia agunt, quædam autem & quasi plus quam sani sunt, tanto magis male habent. Similiter autem & hij quo magis plus sapere putatur eneruantes semetipfos super * totum sagittantes, tanto magis non sapiunt. Exiens enim immundus spiritus ignorantia, dein vacantes eos non Deo, sed mundialibus quaestionibus inueniens, assumens alios spiritus septem nequiores semetipso, & infatuans illorum sententiam, quasi possint quæ sunt super deum adinuenire, & aptabiliter in exclusionem compositam ogdoadæ ignorantia nequissimorum spirituum in eos deposuit.

¶ **Q**uemadmodum incognitum omnibus conatur inducere patrem. Cap. XIII.

V Olo autem tibi referre, quemadmodum & ipsam conditionem secundum imaginem inuisibilem à Demiurgo quasi ignorante eo, fabricatam per matrem dicunt. Primo quidem quatuor elementa dicunt ignem, aquam, terram, & aerem, imaginem emissam esse superioris quaternationis, & operationes eorum cum eis annumeratas, id est, calidum & frigidum, humectum & aridum, diligenter imaginare ogdoadæ, ex qua decem virtutes sic enumerant. Septem quidem corpora circondata, quæ etiam cælos vocant. Post deinde continentem eos circulum quem octauum cælum vocant, post deinde solem & lunam. Hæc cum sint decem numero, imagines dicunt esse inuisibilis decadis eius, quæ à Logo & Zoe progressa sit. Duodecadem autem ostendi per eum qui Zodiacus vocatur circulus. xij enim signa manifestissime hominis & ecclesie filiam duodecadem quasi per quandam umbram pinxisse dicunt: & è contrario super iunctum, inquit, vniuersorum oneri cum sit velocissimum quod superpositum est cælum, qui ad ipsam concauationem adgrauat, & ex contrarietate moderatur illorum velocitatem sua tarditate, ita ut in xxx. annis circuitum à signo in signum faciat, imaginem dicunt eum Hori eius, qui trigessimam nominis illorum matrem circumcontinet. Lunam quoque
 rursus

rursus suum cælum circumeuntem xxx. diebus, per dies numerum xxx. æonum significare. Et solem autē in duodecim mēsis circumeuntem & perficientem circuitum suam apocatastasin, per duodecim menses duodecadem manifestare. Et ipsos autem dies xij. horarum habentes, typum non adparentis duodecadis esse: sed & horam dicunt quod est duodecimum diei ex triginta partibus adornotam propter imaginem triacontadis: & ipsius autem Zodiaci circuli circum commensurationem esse partium ccc. lx. quodque enim signorum partes habere xxx. Sic quoque per circulum imaginem copulationis eorum quæ sunt duodecim ad xxx. custoditam dicunt. Adhuc etiam & terram in xij. climata diuisam dicentes, & in vnoquoque climate vnamquæque virtutem ex cælis secundum dimissionem suscipientem, & similes generantem filios ei virtuti quæ dimiserit destellationem, typum esse duodecadis & filiorum eius manifestissimum asseuerant. Ad hæc autem volentē aiunt Demiurgū superioris ogdoadis interminabile & æternum & infinitum & intemporale imitari, & cum nō potuisset perseuerabile eius & perpetuum deformari, ideo quod fructus sit labijs, in temporum spacia & tempora & numeros multorum annorum, æternitatē eius deposuisse, existimantem in multitudine temporum imitari eius interminatum: Hic dicunt, cum effugisset eum veritas, subsequutum mēdatium: & propter hoc destructionem adimpletis temporibus accipere eius opus.

¶ Quibus ex scripturis testimonijs vtantur.

Cap. XV.

T de conditione quidē talia dicentes, quotidie adinuenit vnusquisque eorum quemadmodum potest, aliquid noui. Perfectus enim nemo, nisi qui maxima mendacia apud eos fructificauerit. De prophetis autem quæcunque transformantes coaptant, necessarium esse manifestantes argutionē his inferre. Moyses enim, inquit, incipiens id quod est secundum cōditionem opus, statim in principio matrem omnium ostendit, dicēs, In principio fecit deus cælum &

ἀποκατάστασις
restitutio.

& terram. Quatuor hæc nominās, deum & principium, cælum & terram, quaternationem ipsorum, quemadmodum ipsi dicunt, figurauit. Et inuisibile autem & absconditum eius manifestantem dicere, terra autem erat inuisibilis & incompressa. Secundam autem quaternationem progeniem primæ quaternationis sic eum dixisse volunt, abyssum nominantem & tenebras, in quibus sunt & aquæ, & qui ferebatur super aquas spiritus. Post quæ decadis commemorantem lumen dicere, & diem & noctem & firmamentum & vesperam & quod vocatur mane, & aridam & mare, ad hoc etiam & herbam & decimo loco lignum: sic quoque per decem nomina x. çonas manifestasse. Duodecadis autem sic formatam apud eos virtutem. Solem enim dicere & Lunam & stellas, & tempora & annos, & cetos, adhuc etiam pisces & serpetina & volatilia & quadrupedia, feras quoque & super hæc omnia duodecimum hominem: sic & spiritu triacontadem per Moysen dictam docent. Nec non & formatum hominem secundum imaginem superioris virtutis habere in se eam quæ sit ab vno fonte virtutem. Constitutam autem eam esse in eo qui sit in cerebro locus, ex quo defluant virtutes quatuor secundum imaginem supernæ tetradis, quæ vocatur vna quidem visio, altera autem auditus, tertia odoratus, & quarta gustatio. Octonationem autem dicunt significari per hominē, sic: aures quidem duas habentem, & totidem visus, adhuc etiam odorationes duas, & duplicem gustationem amari & dulcis. Totum autem hominem omnem imaginem triacontadis sic habere docent. In manibus quidem per digitos decadam baiulare: in toto corpore, cum in xij. membra diuidatur, duodecadem. Diuidunt autem illud, quemadmodum veritatis apud eos diuisum est corpus de quo prædiximus, Ogdoadem autem & inenarrabilem & inuisibilem, in visceribus absconditam intelligi. Solem quoque iterum qui sit magnum luminare, in quarta dierum fieri, propter quaternationis numerum dicunt. Tabernaculi quoque quod à Moysè compositum est, atria de bysso & hyacintho & purpura & coccino facta, eandem

eandem apud eos ostendere imaginem : sacerdotis quoque poderem quatuor ordinibus lapidum pretiosorum adornatum quaternionem significare præfinitur . Et si qua omnino talia sunt posita in scripturis quæ quatuor possunt numerum designare , propter quaternionem ipsorum dicunt factum . Octonationem rursus ostendi sic , in octavo dierum formatum dicunt hominem . Aliquando enim dicunt eum septimo die factum , aliquando aut octavo , nisi forte choicum quidem in septimo dierum dicunt formatum , carnalem autem in octavo : distincta sunt enim hæc apud eos . quidam autem & alterum esse volunt qui secundum imaginem & similitudinem Dei factus est homo masculo foemina , & hunc esse spiritalem , Alterum autem qui ex terra plasmatus sit Seth . Arcæ autem dispositionem in cataclysmo , in qua octo homines liberati sunt , manifestissime dicunt ogdoadem ostendere : Hoc autem idem & David cum octavus esset genitus inter fratres suos significare . Adhuc etiam & circuncisionem quæ octavo die fit , circuncisionem superioris ogdoadis manifestare , & omnino quæcunque inveniuntur in scripturis adduci posse ad numerum octavum , mysterium ogdoadis adimplere dicunt . Sed & decadem significari per decem gentes , quas promisit Deus Abraham in possessionem dare , dicunt . Et dispositio autem quæ est secundum Saram , quomodo post decem annos dat ei ancillam suam Agar , ut ex ea filium faciat , idem significare . Et servus autem Abraham missus ad Rebeccam & super puteum dans ei armillas aureorum decem , & fratres eius tenentes eam diebus decem . Adhuc etiam Ieroboam qui decem scripta accepit , & tabernaculi decem atria & columnæ decem cubitorum , & decem filij Iacob ad emptionem tritici prima vice in Aegyptum missi , & decem apostoli , quibus manifestatur post resurrectionem Dominus , cum Thomas non esset præsens , inuisibilem desfigurabant , secundum eos , decadem . Duodecadem autem erga quem & mysterium passionis

labis

labris fuisse, ex qua passione visibilia fabricata esse volunt, signanter & manifestissime positam vbique dicunt: & duodecim filios Iacob ex quibus duodecim quoque; tribus, & Logium variū duodecim habens lapides, & duodecim tintinabula, & eos qui à Moysse positi sunt sub monte duodecim lapides. Similiter autem & eos qui à Iesu in flumine positi sunt, & alteros qui trāspositi sunt, & portantes arcam testamenti, & eos qui ab Helia positi sunt in holocausto vituli, Et numerus quoque Apostolorum, & omnia omnino quæcunque duodecim numerum custodiunt, Duodecadem ipsorum significare volunt. Horum autem vnitatem omnium, quæ vocatur triacotas, per arcam cuius triginta cubitis altitudo fuit, & sub Noe, & per Samuelem declinantem Saul qui triginta diebus abscondebatur in agro, & per eos qui cum eo intrauerunt in speluncam, & propter id quod longitudo fuerit sancti tabernaculi triginta cubitorum. Et quæcunque alia æqualia numeris his inueniuntur, triacotadem ipsorum per huiusmodi ostendunt adseuerationes.

¶ De redemptione sua quanta dicunt & faciunt. Cap. XVI.

Necessarium autem duxi addere hijs & quanta de propatore ipsorum, qui incognitus erat omnibus ante aduentum Christi, eligentes de scripturis suadere contendunt, vt ostendant dominum non alterum annunciare patrem præter fabricatorem huius vniuersitatis, quæ sicut prædiximus, impie blasphemantes labris fructum esse dicunt, Prophetam igitur Esaiam dicentem, Israel autem me non cognouit & populus me non intellexit, inuisibilis Bythi ignorantiam dixisse coaptant. & in Osee, quod dictum est: Non est in eis veritas neque agnitio Dei, in hoc idem tendere conantur: & non est intelligens aut requirens deum, omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, in Bythi ignorantia apponunt. Et per Moysen autem dictum, Nemo videbit Deum & viuet, in illum habere suadent relationem. Et fabricatorem quidem à prophetis visum dicit, illud autem quod scriptum est: Nemo videbit Deum & viuet,

viuet, de inuisibili magnitudine & incognita omnibus dictum volunt. Et quoniam quidem de inuisibili patre factore omnium dictum est: Nemo videbit deum, & omnibus nobis manifestum est, quoniam autem nõ de hoc qui ab hiis qui adinuentus est Bythus, sed Demiurgo, & ipse est inuisibilis Deus, ostenditur procedente sermone. Et Daniele autem hoc idem significare, in eo quod interrogat angelum absolutionis parabolarũ quasi non scientem, sed & angelum abscondentem ab eo magnum mysterium Bythi dicere ei, recurre Daniel. Hij enim sermone obstruati sunt quoadusque intellectores intelligant & albi inalbentur, & seipsos esse albos & intellectores gloriantur.

¶ Quod modi apud eos sunt redhibitionis.

Cap. XVII.

Vper hæc autẽ inenarrabilem multitudinem apocryphorũ & perperũ scripturarũ quas ipsi finxerunt adferunt ad stuporẽ insensatorum, & quæ sunt veritatis non scientiũ literas. Assumunt autem in hoc & illã falsationem, quasi dominus cum puer esset & disceret literas, cum dixisset magister eius, quem admodũ in consuetudine est, dic a. respondit a. Rursum cum magister iussisset dicere eum b, respondisse dominum, tu prior dic mihi quid est A, tunc ego dicam tibi quid est B. Et hoc exponunt quasi ipse solus cognitum scierit, quod manifestauit in typum A. Quædam autem eorũ quæ in Euãgelio posita sunt in hũc characterẽ trãfigurãt, Sicut illud quod ad matrẽ suã, duodecim annorũ existẽs, respõdit, dicens: Nõ scitis quoniã in hijs quæ patris mei sunt oportet me esse. Hunc quẽ nõ sciebant, dicunt, patrem annunciabat eis, & propter hoc emisisse discipulos in duodecim tribus annunciantes ignotũ eis deum. Et ei qui dixisset illi: Magister bone, eũ qui vere bonus esset Deus confessum esse respondentẽ. Quid me dicis, vnus est bonus pater in cælis. Cælos autẽ nũc æonas dicunt, & propter hoc non respondisse eis, qui ei dixerunt, In qua virtute hoc facis, sed è contrario interrogatione sua consternasse eos: inenarrabile patris in eo

¶

quod

quod non dixerit nõ ostédisse eum interpretátur. Et in eo quod dixerit, sæpius cõcupiui audire vnũ ex sermonibus istis, & nõ habui qui diceret mihi, manifestantis dicunt esse per hoc vnum eum, qui sit vere vnus Deus, quem non cognouerint: In eo quod appropinquauit ad Hierusalem, plorauit super eã & dixit, Si cognouisses & tu hodie quæ sunt ad pacem, abscondita autem sunt à te, per eum sermonem qui est absconditus apocryphum Bythum manifestasse, Et iterum dicentem: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, discite à me, veritatem patris annunciaffe. Quod enim nesciebãt, inquit, hoc eis promississe docturum. Ostensionem autem superiorum, & velut finẽ regulæ suæ adferunt hæc. Confiteor tibi pater domine cæli & terræ, quoniam abscondisti à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, Ita pater meus, quoniam in cõspectu tuo placitum factum est: omnia mihi tradita sunt à patre, & nemo cognouit patrem nisi filius, & filium nisi pater, & cuiuscumque filius reuelauerit. His enim manifestissime aiunt ostendisse eum, quod ante aduentum eius nemo manifeste cognouerit patrem veritatis, & à patre volunt quod quasi fabricator & conditor semper ab omnibus cognitus sit, & hæc dominum dixisse de cognito omnibus patre, quem ipsi adnunciãt. Redemptio autem ipsorum traditionem euenit inuisibilem esse & incomprehensibilem & inuisibilem mater, & propter hoc cù sit instabilis nõ simpliciter neque vno sermone referendum est quoniã vnusquisque illorum, quẽadmodum ipsi volunt tradunt eã.

¶ Quemadmodum imbuunt eos qui sibi credunt, & quibus sermonibus vtuntur. Cap. XVIII.

¶ Vanti enim sunt huiusmodi sententiæ mystici Antistites, tot sunt redemptiones, & qui ad negationem baptismatis eius quæ est in deum generationis & vniuersæ fidei * restitutionem repositionem inremisse est species hæc à satana, arguentes eos referemus aptiori loco. Dicunt autem eam necessariam esse hijs, qui perfectam agnitionem acceperunt, vt in eam quæ est super omnia virtus, sint regenerati. Ali-

Alias, restitucionem.

ter nobis impossibile esse infra pleroma introire, quonia hęc est quę in pfundũ Bythi deducit secũdum eos. Et baptisma quidem apparentis Iesu in remissionem esse peccatorum, Redemptionem autem esse eius qui in eo descenderit Christus ad perfectione: & illud quidem animale, illa autem spiritalia esse repromittunt. Et baptisma quidem ab Ioanne adnunciatum in pœnitētia, redemptionem autem eius qui in eo est Christi positam esse ad perfectionem: & hoc esse, de quò dicit. Aliud baptisma habeo baptizari, & valde propero ad illud. Sed & filijs Zebedæi, matre ipsorum postulante, vt sedere faceret eos à dextris & à sinistris, cum eo in regno, hanc adposuisse redemptionem dominum dicunt, dicentem, potestis baptismo baptizari, quò ego debeo baptizari? Et Paulum manifeste dicunt eam quę sit in Christo Iesu redemptionem sapiissime ostendisse, & esse hęc eam quę ab ipsis varie & inconsonanter traditur. Quidam enim ex ipsis sponsale cubiculum quoddam adaptātes, & quasi mysticum conficiunt cum quibusdam prophetis dictionibus hijs qui sacrantur, & spiritalia nuptias dicunt esse id, quod ab eis fit secundum similitudinem supernarum coniugationum. Alij autem adduunt ad aquam, & baptizantes ita dicunt, In nomine ignoti patris omnium, in veritate matris omnium, & in nomine descendētis Iesu ad vnitionem & redemptionem & communionem virtutum. Alij autem & Hebraica nomina superfantur, vt stupori sint vel perterreant eos qui sacrantur, sic, Bafyma eacabasa eanza, irraurista dyarbada caeotaba fobor camelanthi. Horum autem interpretatio est talis. Hoc quod est super omnem virtutem inuoco, quod vocatur lumen & spiritus & vita, quoniam in corpore renasci. Alij autem rursus redemptionem profantur sic, Nomen quod absconditum est ab vniuersa deitate & dominatione & veritate quod induit Iesus Nazareus in Zonis luminis, Christus dominus viuentis per spiritum sanctum in redemptionem angelicam. Nomen quod est restauratio nis messiau far magnoin seenchaldia mosomeda eaa-

Portēta verborum.

cha faronepseha Iesu Nazarene, Et horum interpretatio est talis, Christi non diuido spiritum cor & super cælestem virtutem misericordem, fruar nomine tuo saluator veritatis. Et hæc quidem profantur ipsi qui sacrant. Qui autem sacratu respondit, Confirmatus sum & redemptus sum & redimo animam meam, ab æone hoc & omnibus quæ sunt ab eo in nomine Iao, qui redemit animã eius in redemptionem in Christo viuente. Dehinc superfantur qui astant, Pax omnibus in quibus hoc nomen requiescit. Post deinde vngunt sacratum opobalsamo. Vnguentum enim hoc typum dicunt eius suauitatis quæ sit super vniuersa. Quidam autem eorum adducere quidem ad aquam superuacuum esse dicunt: admiscentes autem oleum & aquam in vnum cum quibusdam prophanis dictionibus similibus quæ supra prædiximus, mittunt super eorum caput qui sacratu, & hoc esse redemptionem volunt, vngunt autem & ipsi opobalsamo. Alij autem hæc omnia recusantes dicunt non oportere inenarrabilis & inuisibilis virtutis mysterium per visibiles & corruptibiles perfici creaturas, & ea quæ mente concipi non possunt, & incorporalia & insensibilia per sensibilia & corporalia. Esse autem perfectam redemptionem, ipsam agnitionem inenarrabilis magnitudinis: ea enim quæ sunt de ignorantie labis & passione facta, per agnitionem dissolui vniuersum ignorantie statum, vti sit agnitio interioris hominis: & neque corporalem esse eam, corruptibile enim est corpus, neque animalem, quoniam anima de labe est spiritus velut habitaculu: spiritalem ergo oportere & redemptionem esse, redimi enim per agnitionem interiorẽ hominem spiritale, & sufficere eis vniuersorum agnitionẽ, & hanc esse redemptionem verã. Alij sunt qui mortuos redimunt ad finẽ defunctionis, mittentes eorũ capitibus oleũ & aquã, siue prædictum vnguẽtes cum aqua, & cum supradictis inuocationibus, vt incomprehensibiles & inuisibiles principibus & potestatibus fiant, & vt superascendant super visibilia * interiorum ipsorũ in creatura mundi relinquatur, anima vero proiciatur Demiurgo: & præcipiunt

eis

Vnctio.

Alias, interior.

eis veniētibus ad potestates hæc dicere, posteaquã mortui fuerint. Ego filius à patre patris qui ante fuit, filius autē in eo qui ante fuit. Veni autem videre omnia quæ sunt mea & aliena, non autem aliena in totum, sed sunt Achamoth quæ est fœmina, & hæc sibi fecit, deducit enim genus ex eo qui ante fuit, & eo rursus in mea vnde veni: & hæc dicentē euadere & effugere potestates dicūt. Venire quoq; ad eos qui sunt circa Demiurgū, & dicere eis. Vas ego sum pretiosum, magis quàm fœmina quæ fecit vos. Si mater vestra ignorat radicē suã, ego autem noui me ipsum, & scio vnde sim, & inuoco incorruptibilem Sophiã quæ est in patre. Mater est autem matris vestræ, quæ non habet patrē neque coniugē masculinum, fœmina autem à fœmina efficit vos, ignorans & matrem suam & putans se ipsam esse solam, ego autem inuoco eius matrem. Hæc autem eos qui circa Demiurgū sunt audientes valde conturbari & reprehendere suam radicem & genus matris, ipsos autem abeuntes in sua proiecientes nodos ipsorum, id est animã. Et de redemptione quidem ipsorum, hæc sunt quæ quidem in nos venerunt. Cum autē discrepant ab inuicē & doctrina & traditione, & qui recentiores eorum agnoscūtur, affectant per singulos dies nouum aliquid adinuenire & fructificare quod nunquam quisquam excogitauit, durum est omnium describere sententias.

¶ Quod est propositum omnibus hæreticis, & quod tendant.

Cap. XIX.

¶ Vm teneamus autem nos regulam veritatis, id est, quia sit vnus Deus omnipotens, qui omnia condidit per verbum suū, & aptauit & fecit ex eo quod nō erat ad hoc vt sint omnia, quemadmodum scriptura dicit, Verbo enim domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et iterū: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Ex omnibus autē nihil subtrahitū est, sed omnia per ipsum fecit pater: siue visibilia, siue inuisibilia: siue sensibilia, siue intelligibilia: siue téporalia, propter quãdã dispositionē, siue sempiterna, & ea omnia, non per ange-

e iij

los,

ios, neque per virtutes aliquas abscisas ab eius sententiâ, nihil enim indiget omnium deus, sed per verbum & spiritum suum omnia faciens & disponens & gubernans & omnibus esse præstans, hic qui vnū fecit, etenim mundus ex omnibus, hic qui hominē plasmauit, hic qui deus Abrahâ, deus Isaac, & deus Iacob, super quem alius deus non est, neque initium, neque virtus, neque pleroma. Hic pater domini nostri Iesu Christi, quæadmodum ostendemus. Hanc ergo tenentes regulam licet valde varia & multa dicant facile eos deuiasse à veritate arguimus. Omnes enim ferè quotquot sunt hæreses, deū quidem vnū dicunt, sed per sententiâ malam immutant, ingrati existentes ei qui fecit eos, quemadmodum per idololatriam. Plasmata autem Dei contemnunt contradicētes suæ saluti, ipsi sui accusatores amarissimi, & falsi testes existentes. Qui quidem resurgent in carne licet nolint, vt agnoscant virtutem suscitatis eos à mortuis. cum iustis autem non adnumerabuntur, propter incredulitatem suam. Cum sit igitur aduersus omnes hæreticos detectio atque conuictio varia & multifaria, & nobis propositum est omnibus ijs secundum ipsorum characterem cōtradicere, necessariū arbitrati sumus prius referre fontem & radicem eorum, vt * subtilissimum ipsorum Bythum cognoscēs intelligas arborem, de qua defluerunt tales fructus.

Altas, subtilissimum.

¶ Quæ est Simonis Samaritæ magi doctrina. Cap. X X.

S Imon enim Samarites magus ille, de quo discipulus & sectator apostolorū Lucas ait: Vir quidā autē nomine Simon, qui ante erat in ciuitate magicā exercēs & seducens gentē Samaritanorum, dicens se esse aliquē magnum, quē auscultabant à puillo vsque ad magnū, dicentes, hic est vere virtus dei, quæ vocatur magna. Intuebantur autē eū propter quod multo tēpore magicis suis dementasset eos. Hic igitur Simon qui fidē simulauit putans Apostolos & ipsas sapientias per Magiā & nō virtute dei perficere, & per impositionē manū spiritu sancto adimplere credētes deo per

Per eum qui ab ipsis Euangelizatur Christus Iesus, per maiorem quandam Magicam scientiam & hoc suspicari fieri, & offerens pecunias Apostolis, ut acciperet & ipse hanc potestatem quibuscumque; velit dandi spiritum sanctum, audiuit à Petro, Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum dei existimasti pecunia possideri: non est tibi pars neque fors in sermone hoc, cor enim tuum non est rectum coram deo. In felle enim amaritudinis & obligatione iniustitiam video te esse. Et cum adhuc magis non credidisset deo, & cupidus intendit contendere aduersus Apostolos, uti & ipse gloriosus videretur esse, & vniuersam Magiam adhuc amplius inscrutans, ita ut in stupore cogeret multos hominum, quippe cum esset sub Claudio Cæsare, à quo etiam statua honoratus esse dicitur propter Magiam. Hic igitur à multis quasi deus glorificatus est, & docuit semetipsum esse qui inter Iudæos quidem quasi filius apparuerit, in Samaria autem quasi pater descenderit, & in reliquis vero gentibus quasi spiritus sanctus aduentauerit. Esse autem se sublimissimam virtutem, hoc est, eum qui sit super omnia pater, & sustinere vocari se quodcumque eum vocant homines. Simo autem Samaritanus ex quo vniuersae hereses substituerunt, habet huiusmodi sectae materiam. Hic Helenam quandam, quam ipse à Tyro ciuitate Phoenices quaestuariam cum redemisset, secum circumducebat, dicens, hanc esse primam mentis eius conceptionem, matrem omnium, per quam initio mente concepit angelos facere & archangelos. Hanc enim Ennoiam existentem ex eo, cognoscentem quae vult pater eius degenere ad inferiora, & generare angelos & potestates, à quibus & mundum hunc factum dixit. Posteaquam autem generauit eos, haec detenta est ab ipsis propter inuidiam, quoniam nollent progenies alterius cuiusdam putari esse. Ipsum enim se in totum ignoratum ab ipsis, Ennoean autem eius detentam ab ijs quae ab ea emissae essent potestates & angeli, & omnem contumeliam ab ijs passam, uti non recurreret sursum ad suum patrem, usque adeo ut & in corpore humano includeretur, & per secula veluti de vase in vas transmigraret in altera muliebria corpora. Fuisse

c iiii autem

Ecclesiastica
Historia li. 2
cap. 22. citas
hic Irenæum
Selené vocat
non Helené.

autem eam & in illa Helena, propter quam Trioanum contractum est bellum, quapropter & Stefichorum per carmina maledicentem eam, orbatum oculis, post deinde poenitentem & scribentem eas quæ vocantur palinodias & in quibus hymnizauit eam rursus vidisse. Transmigrantem autem eam de corpore in corpus ex eo * vt propter contumeliam sustinentem, in nouissimis etiam iam in fornice prostituisse: & hanc esse perditam ouem, quapropter & ipsum venisse vti eam assumeret poenam & liberaret eam à vinculis, hominibus autem salutem præstaret per suam agnitionem. Cum enim male moderarentur angeli mundum, quoniam vnusquisque eorum concupisceret principatum, ad emendationem venisse rerum, & descendisse eum transfiguratum, & assimilatum virtutibus & potestatibus & angelis, vt & in hominibus homo appareret ipse cum nõ esset homo, & passum autem in Iudæa putatum, cū non esset passus. Prophetas autem à mundi fabricatoribus angelis inspiratos dixisse prophetias, quapropter nec vltèri^r curarent eos, hij qui in eum & in Helenam eius spè habeant, & vt liberos agere quæ velint, secundum enim ipsius gratiã saluari homines, sed non secundum operas iustas. Nec enim esse naturaliter operationes iustas, sed ex accidentia, quæadmodum posuerunt qui mundum fecerunt angeli, per huiusmodi præcepta in seruitutem deducentes homines. Quapropter & solui mundum, & liberari eos qui sunt eius ab imperio eorū qui mundum fecerunt, repromisit. Igitur horum mystici sacerdotes libidinose quidem viuunt, Magias autem perficiunt, quemadmodum potest vnusquisque ipsorum. Exorcismis & incantationibus vtuntur, Amatoria quoque & agogima, & qui dicuntur paredri & oniropopi, & quæcunque sunt alia parerga apud eos studiose exercentur. Imaginem quoque Simonis habet factã adfigurã Iouis, & Selenæ in figurã Mineruæ, & has adorant: habent quoque & vocabula à principe impiissimæ sententiæ Simone dicti Simoniani, à quibus falsi nominis scientia accepit initia, sicut ex ipsis assertionibus eorum adest dicere.

Quæ.

Alias, vt semper.

¶ Quæ est Menandri sententia & que operationes ipsorum. Cap. XXI.

H Vius successor fuit Menander Samarites genere, qui & ipse ad summum Magiæ peruenit.

Qui primam quidem virtutem incognitã ait omnibus, se autem eum esse qui missus sit ab inuisibilibus saluatorem pro salute hominum. Mundum autẽ factũ ab angelis, quos & ipse similiter, vt Simeon, ab Ennoia emissos dicit. Dare quoque per eam, quæ à se docetur magiam scientiam, addidit, vt & ipsos qui mundũ fecerunt vincat angelos. Resurrectionem enim per id quod est in eum baptisma accipere eius discipulos & vltra non posse mori, sed persequerare non senescẽtes & immortales.

¶ Relatio eius quæ est secundum Basilidem doctrina. Cap. XXII.

E X iis Saturninus qui fuit ab Antiochea quæ est apud Daphnẽ & Basilides occasiones accipientes, distantes doctrinas ostenderũt, alter quidem in Syria, alter verò in Alexãdria. Saturninus quidem similiter vt Menãder vnum patrem incognitũ omnibus ostendit, qui fecit angelos, archangelos, virtutes, potestates. A septem autem quibusdam angelis mũdum factum & omnia quæ in eo. Hominem autem angelorum esse facturam, desursum à summa potestate lucida imagine apparente, quem cum continere non potuissent, inquit, eo statu qui statim recurrerit sursum, adhortati sunt semeipsos, dicentes, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. qui cum factus esset & non potuisset erigi plasma per imbecillitatẽ angelorũ, sed quasi vermiculus scarizaret, miserantem eius desuper virtutem, quoniam in similitudinẽ eius esset factus, emisisse scintillam vitæ, quæ erexit hominem & articulauit & viuere fecit. Hanc igitur scintillam vitæ post defunctionem recurrere ad ea quæ sunt eiusdẽ generis, dicit. Et reliqua ex quibus facta sunt illa resolui. Saluatorem autem ignotum demonstrauit, & incorporatẽ, & sine figura, putatiue autem visum hominem.

Et

Et Iudæorum deū vnū ex angelis esse dixit, & propter hoc quod dissoluere voluerint patrem eius omnes principes aduenisse Christum, ad destructionem Iudæorum dei & ad salutem credentium ei. esse autem hos qui habent scintillam vitæ eius. Duo enim genera hic primus hominum plasmata esse ab angelis dixit, alterum quidē nequam, alterum autem bonum. Et quoniam dæmones pessimos adiuuabant, venisse saluatorem ad dissolutionem malorum hominum & dæmonum, ad salutem autem bonorum. Nubere autē & generare à Satana dicūt esse. Multi autem ex ijs qui sunt ab eo, & ab animalibus abstinent, perfecta huiusmodi continentia seducentes multos. Prophetias autem quasdam quidam ab ijs angelis qui mundum fabricauerint dictas, quasdam autem à satana, quem & ipsum angelum aduersarium mūdi fabricatoribus ostendit, maxime autem Iudæorum deo.

¶ Quæ est Saturnini argumentatio. Cap. XXIII.

B A filides autem, vt altius aliquid & verisimilius adinuenisse videatur, in immēsum extendit sententiam doctrinæ suæ, ostendens Nun primo ab innato natum patre, ab hoc autem natum Logum, deinde à Logo Phronesin, à Phronesi autem Sophiam & Dynamin, à Dynamini autem & Sophia virtutes & principes & angelos, quos & primos vocat, ab hijs primum cælum factum. Dehinc ab horum deriuatione alios item factos, aliud cælum simile priori fecisse, & simili modo ex eorum deriuatione alij facti essent, tanti typi eis super eos essent, aliud tertium deformasse cælum, & à tertio deorsum descendantium quartum, & deinceps, secundum eum modum alteros & alteros principes & angelos factos esse dicunt & cælos CCCLXV. quapropter & tot dies habere annum secundum numerum cælorum. eos autem qui posterius cōtinent cælum angelos, qui etiam à nobis videntur, constituisse ea quæ sunt in mundo omnia, & partes sibi fecisse terræ, & earum que super eam sunt gētium. Esse autem principem ipsorum eum qui Iudæorum putatur esse deus. Et quoniam hic suis hominibus, id est Iudæis voluit subigere reliquas

reliquas gentes, reliquos omnes principes contrastetif-
 se ei, & contra egisse. Quapropter & reliquæ residuæ
 ruerunt gētes eius genti. Innatum autem & innomina-
 tum patrem videntem perditionem ipsorum misisse pri-
 mogenitum Nun suum, & hunc esse qui dicitur Chri-
 stus, in libertatem credentium ei, à potestate eorum
 qui mundum fabricauerunt. In gentibus ipsorum au-
 tem apparuisse eum in terra hominem & virtutes per-
 fecisse. Quapropter neque passum eum, sed Simonem
 quendam Cyrenæum angariatum portasse crucem eius
 pro eo: & hunc secundum ignorantiam & errorem cru-
 cifixum transfiguratum ab eo, vti putaretur ipse esse Ie-
 sus: & ipsum autem Iesum Simonis accepisse formam,
 & stantem irrississe eos. quoniam enim virtus incorpo-
 ralis erat æternus innati patris, transfiguratum quem-
 admodum vellet, & sic ascendisse ad eum qui misit eum
 deridentem eos, cum teneri non posset & inuisibilis es-
 set omnibus. Et liberatos igitur eos qui hæc sciant à mū-
 di fabricatoribus principibus, & non oportere confite-
 ri eum qui sit crucifixus, sed eum qui in hominis forma
 venerit, & putatus sit crucifixus, & vocatus sit Iesus, &
 missus à patre vti per dispositionem hanc opera mundi
 fabricatorum dissolueret. Si quis igitur, ait, confitetur
 crucifixum, adhuc hic seruus est, & sub potestate eorum
 qui corpora fecerunt. Qui autē negauerit, liberatus est
 quidē ab hiis, cognoscit autē dispositionē innati patris:
 animæ autē solæ esse salutem, corpus enim natura cor-
 ruptibile existit. Prophetias autem & ipsas à mundi fa-
 bricatoribus fuisse ait principibus, proprie autem legē,
 à principe autem qui eduxerit populum de terra AE-
 gypti. Contemnere autem & idolothyā & nihil arbitra-
 ri, sed sine aliqua trepidatione vt eis. Habere autem &
 reliquarum operationum vsu indifferentem & vni-
 uersā libidinis. Vtuntur autem & imaginibus & in-
 cantationibus & inuocationibus, & reliqua vniuersa
 parerga: nomina quoque quædam affingentes quasi an-
 gelorum annunciant, hos quidem esse in primo cæ-
 lo, hos autem in secundo, & deinceps nituntur cccxv.
 cmentitorum

Al. caula ef-
se caudeum

Al. cada caua

ementitorum cælorum & nomina & principia & ange-
los & virtutes exponere. Quemadmodum & mūdus no-
men esse in quo dicūt descendisse & ascendisse Saluato-
rem* esse causa cauleum. Igitur qui hæc didicerit, & an-
gelos omnes cognouerit, & causas eorum, inuisibilem
& incomprehensibilem eum potestatibus vniuersis fie-
ri, quemadmodum & * cauda canam fuisse. & sicut filiū
cognitum omnibus esse, sic & ipsos à nemine oportere
cognosci, sed cum sciant ipsi omnes & per omnes trans-
eant, ipsos omnibus inuisibiles & incognitos esse. Tu
enim, aiunt, omnes cognosce, te autem nemo cognos-
cat. Quapropter & parati sunt ad negationem qui sunt
tales, imò & magis ne pati quidē propter nomē possunt
cum sint omnibus similes. Non autem multos scire pos-
se hæc, sed vnum à mille, & duo à myriadibus. Et iudæ-
os quidem iam non esse dicunt, Christianos autem nō-
dum: & non oportere omnino ipforum mysteria effari,
sed in abscondito continere per silentium. CCC. autem
LX quinque cælorum locales positiones distribuunt si-
militer vt mathematici. Illorum enim theoremata acci-
pientes in suum characterem doctrinæ transfulerunt:
esse autem principem illorum *ἀβράχας* & propter hoc
CCCLXV numerus habere in se.

¶ Quæ est Carpocratis doctrina, & quæ operatio-
nes eorum qui ab eo sunt. Cap. XXIII.

C Arpocrates autem & qui ab eo mundum, qui-
dē, & ea quæ in eo sunt, ab angelis multo in-
ferioribus ingenito patre factum esse dicunt.

forte comme
morata,
Al. à Deo

Al. ad eum

Iesum autem è Ioseph natum, & qui similis reliquis ho-
minibus fuerit, distasse à reliquis secundum id quod a-
nima eius firma & munda cum esset* commerata fuerit
quæ visa essent sibi in ea circulatione quæ fuisset in in-
genito deo: & propter hoc *ab eo missam esse ei virtutē
vt in mūdi fabricatoribus effugere posset, & per omnes
transgressa, & in omnibus liberata, ascenderet* ad Deū,
& ea quæ similia ei amplecteretur similiter. Iesu autem
dicunt animam in Iudæorum consuetudine nutritam,
contempsisse eos, & propter hoc virtutes accepisse, per
quas

quas euacuauit quæ fuerunt* in peius passiones quæ e- Al. in pœnis
 rant hominibus. Ea igitur quæ similiter, atque illa Iesu
 anima potest contemnere mundi fabricatores archon-
 tas, similiter accipere virtutes ad operandum similia.
 Quapropter & ad tantū elationis prouecti sunt, vt qui-
 dam quidem similes se esse dicant Iesu. Quidam autem
 adhuc secundum aliquid illo fortiores qui sunt distan-
 tes amplius quàm illius discipuli, vtputa quàm Petrus
 & Paulus & reliqui apostoli. Hos autem in nullo demi-
 norari à Iesu, animas enim ipsorum ex eadem circum-
 latione deuenientes, & ideo similiter contemntes mū-
 di fabricatores, eadē dignos habitos esse virtute, & rur-
 sus in idem abire. Si quis autem plus quàm ille contem-
 perit, ea quæ sunt hic, posse meliorem quàm illum esse.
 Artes enim magicas operantur & ipsi, & incantationes,
 philtrea quoque & charitesia & paredros oniroponpos
 & reliqua malignationes, dicentes se potestatem habe-
 re ad dominandū iam principibus & fabricatoribus mū-
 di huius. Non solum autem sed & hiis omnibus quæ in
 eo sunt facta. Qui & ipsi ad detractionem diuini nomi-
 nis & ecclesiæ, quemadmodum & gentes à satana præ-
 missi sunt, vti secundum alium modum quæ sunt illo-
 rum audientes homines, & putantes omnes nos tales es-
 se, auertant aures suas à præconio veritatis. Aut & vi-
 dentes quæ sunt illorum, omnes nos blasphemēt in nul-
 lo eis communicantes, neque in doctrina, neque in mo-
 ribus, neque in cotidiana cōuersatione. Sed vitam qui-
 dem luxuriosam, sententiam autem impiam ad velamē
 malitiæ ipsorum nomine abutuntur, quorum iudicium
 iustum est, recipientium dignam suis operibus à Deo re-
 tributionem: & in tantum insania effrenati sunt, vti &
 omnia quæcunque sunt irreligiosa & impia potestatem
 habere operandi se dicant. Sola enim humana opinione
 negotia mala & bona dicunt. Et vtique secundum trās-
 migrationes in corpora oportere in omni vita & in om-
 ni actu fieri animas, si non præoccupās quis in vno ad-
 uentu omni agat semel ac pariter: quæ non tantum di-
 cere & audire non est fas nobis, sed ne quidem in men-
 te cō

te conceptionem venire, nec credere si apud homines conuersantes in hiis quæ sunt secundum scripta eorum, dicunt in omni usu vitæ factæ animæ ipsorum, exeuntes in nihilo adhuc minus habeant, Ad operandum autem in eo ne forte propter eam quod deest liberati aliqua re cogantur iterum mitti in corpus, propter hoc dicunt Iesum hæc dixisse parabolam. Cum es cum aduersario tuo in via da operam, vt libereris ab eo, ne forte te det iudici, & iudex ministro, & minister mittat te in carcerem. Amen dico tibi nõ exies inde donec reddas nouissimũ quadrantem, Et aduersarium dicunt vnũ ex angelis, qui sunt in mundo, quem diabolus vocat, dicentes factum eum ad id vt ducat eas quæ perierunt, animas à mundo ad principem. Et hunc dicunt esse primum ex mundi fabricatoribus, & illum altero angelo qui ministrat ei tradere tales animas, vt in alia corpora includat. Corpus enim dicit esse carcerẽ, & id quod ait, Non exies inde quoad nouissimum quadrantem reddas, interpretantur quasi non exeat quis à potestate angelorum eorum, qui mundum fabricauerunt, sic transcorporatur semper quoadusque in omni omnino operatione, quæ in mudo est fiat: & quò nihil defuerit ei, tũ liberatã eius animam eliberari ad illum Deum, qui est supra angelos mundi fabricatores. Sic quoque saluari & omnes animas, siue ipsæ præoccupates in vno aduentu in omnibus misceantur operationibus, siue de corpore in corpus transmigrantes vel immisæ in vna quaque specie vitæ, adimplètes & reddètes debita liberari, vt iam nõ sãt in corpore. Etsi quidẽ sãt hæc apud eos quæ sunt irreligiosa & iniusta & vitiosa, ego nequaquã credo, In conscriptionibus autẽ illorum sic conscriptum est, & ipsi ita exponunt. Iesum dicentes in mysterio discipulis suis & apostolis seorsum locutũ, & illos expositu lasse vt dignis & assentientibus seorsum hæc traderent: per fidem enim & charitatẽ saluari, Reliqua verò indifferencia cum sint, secundum opinionẽ hominũ quædam quidẽ bona, quædam autẽ mala vocari, cũ nihil natura malum sit. Alij verò ex ipsis signãt cauteriãtes suos discipulos

scipulos in * superioribus partibus* extans dextræ au- Al. in poste-
 ris. Vnde & Marcellina quæ Romæ sub Anicero venit, rioribus
 cum esset huius doctrinæ, multos exterminavit. Gnosti Al. extantiæ
 cos se autem vocant, etiam imagines quasdam quidem
 depictas, quasdam autem & de reliqua materia fabrica-
 tas, habent, dicentes formam Christi factam à Pilato il-
 lo in tempore quo fuit Iesus cum hominibus, & has co-
 ronant & proponunt eas cum imaginibus mundi philo-
 sophorum, videlicet cum imagine Pythagoræ & Plato-
 nis & Aristotelis & reliquorum, & reliquã obseruatio-
 nem circa eas similiter vt gentes faciunt.

¶ Qualis est doctrina Cerinthi. Cap. XXV.

Erinthus autē quidā in Asia nō à primo Deo
 factū esse mundū docuit, sed à virtute quadā
 c valde separata & distante ab ea principalitate
 quæ est supervniuersa, & ignorāte eo, qui est super omnia
 Deo. Iesum autē subiecit nō ex virgine natū, impossibi-
 le enim hoc ei visum est, fuisse autē eum Ioseph & Ma-
 riæ filiū similiter vt reliqui omnes homines, & plus po-
 tuisse iustitia & prudentia & sapientia præ omnibus, &
 post baptismum descendisse in eum Christū ab ea prin-
 cipalitate quæ est super omnia figura columbæ, & tunc
 annunciaſſe incognitum patrem & virtutes perfecisse,
 in fine autem reuolasse iterum Christum de Iesu, & Ie-
 sum passum esse & resurrexisse, Christum autem impas-
 sibilem perseuerasse existentem spiritalem.

¶ Quæ est Ebionitarum doctrina. Cap. XXVI.

Vi autem dicuntur Ebionæi consentiunt qui-
 q dem mundum à Deo factum, ea autem quæ
 sunt erga Dominum non similiter vt Cerin-
 thus & Carpocrates opinantur. Solo autem eo quod est
 secundum Matthæum Euangelio vtuntur, & apostolū
 Paulum recusant, apostatam eum legis dicentes. Quæ
 autem sunt prophetica, curiosius exponere nituntur,
 & circunciduntur ac perseuerant in hiis consuetudini-
 bus quæ sunt secundum legem & Iudaico caractere vi-
 tæ vt, & Hierosolymam adorant, quasi domus sit Dei.

Quæ

¶ Quæ sint Nicolaitarum opera. Cap. XVII.

Nicolaitæ autem magistrū quidem habent Nicolaum vnum ex vij. qui primi ad Diaconium ab Apostolis ordinati sunt, qui indiscrete viuunt. Plenissime autem per Ioannis Apocalypsim manifestantur, qui sint, nullam differentiam esse docentes in morchando & Idolothytum edere, quapropter dixit & de iis sermo. Sed hoc habes quod odisti opera Nicolaitarum, quæ & ego odio.

¶ Quæ est Cerdonis sententia. Cap. XXVIII.

T Cerdon autem quidam ab iis qui sunt erga Simonem occasionem accipiens, cum venisset Romam sub hoc Hygino qui nonum locum Episcopatus per successionem ab Apostolis habuit, docuit eum qui à Lege & prophetis annuntiatus sit Deus, non esse patrem Domini nostri Christi Iesu. Huc enim cognosci, illum autem ignorari, & alterum quidem iustum, alterum autem bonum esse.

¶ Quæ sunt quæ Marcion docuerit. Cap. XXIX.

Vcedens autem ei Marcion Ponticus adimpleuit doctrinam impurate blasphematus eum, qui à lege & prophetis annuntiatus est Deus, malorum factorem & bellorum concupiscentem, & inconstantem quoque sententia & contrarium sibi ipsum dicens. *Iesum autem qui est à Deo patre super mundi fabricatorem Deum, venientem in Iudæam temporibus Pontij Pilati præsidis, qui fuit procurator Tiberij Cæsaris, in hominis forma manifestatum, hiis qui in Iudæa erant, dissoluentem prophetas & legem & omnia opera eius Dei, qui mundum fecit, quem & Cosmocratorem dicit: & super hæc, id quod est secundum Lucam Euangelium circuncidens, & omnia quæ sunt de generatione Domini conscripta auferens, & de doctrina sermonum Domini multa auferens, in quibus manifestissimo conditorem huius vniuersitatis suum patrem confitens Dominus conscriptus est, semetipsum esse veraciorum quam sunt hij, qui Euangelium tradiderunt Apostoli, suavit discipulis suis, non Euangelium, sed particulam.

Al. Iesum autem ab eo patre qui est super mundi

culam Euangelij tradens eis. Similiter autem & apostoli Pauli epistolas ascidit, auferens quæcunque manifeste dicta sunt ab Apostolo de eo Deo, qui mundum fecit, quoniã hic pater Domini nostri Iesu Christi, & quæcunq; ex prophetis memorans Apostolus docuit prænunciandis aduentum Dei. Salutem autem solum animarum esse futuram earum quæ eius doctrinam* didicissent. Corpus autem videlicet quoniã à terra sit sumptum, impossibile esse participare salutem. Super blasphemiam autem quæ est in Deum adiecit & hoc, vere diaboli os accipiens, & omnia contraria dicens veritati. Cain enim & eos qui similes sunt ei, & Sodomitas & Aegyptios & similes eis, & omnes omnino gentes quæ in omni permixtione malignitatis ambulauerunt, saluatam esse à Domino, cum descendisset ad inferos, & accurrissent ei, & in suum assumissee regnum. Abel autem & Enoch, & Noë & reliquos iustos, & eos qui sint erga Abraham patriarchas, cum omnibus prophetis, & hiis qui placuerunt Deo non participasse salutem, qui in Marcione fuit, serpens præconiauit. Quoniam enim sciebant, inquit. Deum suum semper tentantem eos, & tunc tentare eum suspicati non accurrerunt Iesum, neque crediderunt annunciationi eius & propterea remansisse animas eorum apud inferos dixit. Sed huic quidẽ quoniam & solus manifeste ausus est circuncidere scripturas, & impudorate super omnes obtrectare Deum, seorsum contradicemus, ex eius scriptis arguentes eum, & ex iis sermonibus qui apud eum obseruati sunt Domini & Apostoli quibus ipse vtitur, euerfionem eius faciemus præstante Deo.

¶ Quæ est continentum auersatio. Cap. XXX.

Nunc autem necessario meminimus eius, vt scires quoniam omnes qui quoquo modo adulterat veritatem & præconium ecclesię lædunt,

Simonis Samaritani magi discipuli & successores sunt. Quamuis non cõfiteantur nomen magistri sui ad seductionem reliquorum, attamen illius sententiam docet, Christi quidem Iesu nomen tanquam irritamentum præferentes

ferentes, Simonis autem impietatem varie introducētes mortificant multos per nomen bonum sententiam suam male disperdentes, & per dulcedinem & decorem nominis amarum & malignum principis apostasiæ serpentis venenum porrigētes eis. Ab hiis autem qui prædicti sunt iam multæ propagines multarum hæresum factæ sunt, eo quod multi ex ipsis, imò omnes volunt doctores esse, & abscedere quidem ab hæresi in qua fuerunt. Aliud autem dogma ab alia sententia, & deinceps alteram ab altera componentes, noua docere insistant, semetipsos adiuventores sententiæ quamcunque compererint, enarrantes. Vt exempli gratia dicamus, à Saturnino & Marcione qui vocantur continentes, abstinentiam à nuptiis annunciauerunt, frustrantes antiquam plasmationem Dei, & oblique accusantes eum, qui & masculinum & foeminam ad generationem hominum fecit: & eorum quæ dicuntur apud eos animalia abstinentiam induxerunt, ingrati existentes ei qui omnia fecit Deo: contradicunt quoque eius saluti qui primus plasmatus erat, & hoc nunc adiuuentum est apud eos.

¶ Qualis est Tatiani doctrina. Cap. XXXI.

Tatiano quodam primo hanc introducente blasphemiam, qui cum esset Iustini auditor, in quantum quidem apud eum erat, nihil enarrauit tale: post verò illius martyrium absistens ab ecclesia, & præsumptione magisterij elatus & inflatus, quasi præ cæteris esse proprium characterem, doctrina constituta, non quasdam inuisibiles, similiter atque hij qui à Valentino sunt velut fabulam enarrans: nuptiarum autem corruptelas, fornicationes similiter vt Marcion & Saturninus dicens, Adæ autem saluti ex se contradictionem faciens.

¶ Vnde ij qui differentias induxerunt, acceperunt occasiones. Cap. XXXII.

Alij autem rursus à Basilide & Carpocrate occasiones accipientes, indifferentes coitus, & multas nuptias induxerunt, & negligentiam ipsorum quæ sunt idolothyta ad māducādum, nō valde
hoc

hoc comparare dicentes Deum. Et quid enim nō est numerum dicere eorum qui secundum alterum & alterū modum exciderunt à veritate.

¶ Quibus temporibus fuerunt omnes qui prædicti sunt, & à quibus ininitia & doctrinas acceperunt. Cap. XXXII.

Vper hos autē ex hiis qui prædicti sunt Simōniani multitudo gnosticorum Barbelo exurrexit, & velut à terra fungi manifestati sunt quorum principales apud eos sententias enarramus. Quidam enim eorum æonem quandam nunquam senescentem in virginali spiritu subiiciunt, quem Barbelum nominant. Vbi esse patrem quandam innominabilem dicunt voluisse autem hunc manifestare*ca se ipsi Barbeloni: ennoeam autem hanc progressam stetisse in conspectu ei⁹, & postulasse prognosin. cū prodisset autē & prognosis his rursus petentibus prodiit incorruptela, post deinde vita æterna: in quibus gloriantem Barbelon, & prospicientem in magnitudine & conceptu, delectatam in hanc generasse simile ei lumen. Hanc initium & laminationis & generationis omnium dicunt: & videntem patrem lumen hoc, vnxisse illud sua benignitate vt perfectum fieret. Hunc autem dicūt esse Christum, qui rursus postulat quemadmodum dicunt adiutorium sibi dari Nun, & progressus est Nus. Super hæc autem emit pater Logon. Cōiugationes autē sient Ennoia & Logi, & Aphtharsias & Christi, & æonia autem Zoë thelemati coriuncta est, & Nus prognosi, & glorificabitur ei magnum lumen & Barbelon. Post deinde & de Ennoia, & de Logo autogenem emissum dicūt ad repræsentationem magni luminis, & valde honorificatum dicūt, & omnia huic subiecta. Coemissam autem ei Alethiam, & esse coniugationem Autogenus & Alethiæ. De lumine autem quod est Christus, & de incorruptela quatuor cœnifera luminaria ad circumstantiā Autogeni dicunt, & de Thelemate rursus & æonia Zoë quatuor luminaria, quas nominat, Charin, thelesin, synesin, phronesin, Et Charin quidem magno & primo luminario adiun-

Alias eī

Al. Dadud
forte legen-
dum Dadu-
chum

Etiam, hunc autem esse Sotera volunt, & vocant eum Harmogen. Thelesin autem secundo, quem & nominant R. uel. Synesin autem tertio luminario, quæ vocant* Dauid. Phronesin autem quarto quem nominant Elelet. Confirmatis igitur sic omnibus, super hæc emit tit Autogenes hominem perfectum & verum, quem adamãtem vocant, quoniam neque ipse domatus est, neque ij, ex quibus erat, qui & remotus est primo lumine ab Harmoge. Emissam autem cû homine ab Autogene agnitionem perfectam & coniunctam ei, vnde & hunc agnouisse eum, qui est super omnia, virtutè quoq; ei inuictam datam à virginali spiritu, & refrigerant in hoc omnia, hymnizare magnum æona. Hinc enim dicunt manifestatam matrem, patrem, filium. Ex Anthrope autem & Gnosin natû lignum quod & ipsum Gnosin vocant. Deinde ex primo angelo qui astat Monogeni emissum dicunt spiritum sanctum, quem & Sophiam & pronicum vocãt. Hunc igitur videntem reliqua omnia cõiugationem habentia, se autem sine coniugatione, quæfisse cui adunaretur: & cum non inueniret asseuerabat & extendebatur & prospiciebat ad inferiores partes, putans hic inuenire coniugem, & non inueniẽs exilijt tædiata quoque, quoniam sine bona voluntate patris impetum fecerat. Post deinde simplicitate & benignitate acta generauit opus, in quo erit ignorantia & audacia. Hoc autem opus eius esse proarchontem dicunt fabricatorem conditionis huius: virtutem autem magnam abstulisse eum à matre narrant, & abstulisse ab ea in inferiora, & fecisse firmamentum cæli, in quo & habitare dicunt eum. Et cum sit ignorantia, fecisse eas quæ sunt sub eo potestates, & angelos, & firmamenta, & terrena omnia. Deinde dicunt adunitum eum* Atabadia generasse kakian, zelum, & phthonon, & erinnyn, & epithymian. Generatis autem hiis mater Sophia contristata refugit, & in altiore secessit, & fit deorsum numerantibus octonatio. Illa igitur secedẽte se solum opinatû esse, & propter hoc dixisse: Ego sum Deus Zelotes, & præter me nemo est. Et hij quidem talia mentiuntur.

¶ Quæ

Al. Atabidiç
θεσδνορι, inuis
ciam
γρ. ννύς furia
ἰπιδυμία.
cõcupiscẽtia

¶ Quæ sint gnosticorum genera, & quæ secundum eos sententiæ. Cap. XXXIII.

Lij autem rursus portentuosè loquuntur, esse a quoddam primum lumen in virtute Bythi beatum & incorruptibile, & interminatum. Esse autem hoc patrem omnium, & vocare primum hominè. Enncæ autem eius progredientem filium dicunt emittentis, & esse hunc filium hominis secundum hominè. Sub hiis autem spiritum sanctum esse, & sub superiora spiritu segregata elementa aquam, tenebras, abyssum, Chaos, super quæ ferri spiritum dicunt primam fœminam eam vocantes. Postea dicunt exultante primo homine cum filio suo super formositate spiritus, hoc est fœminæ, & illuminantem eam generavit ex ea lumen incorruptibile tertium masculum, quem Christum vocant filium primi & secundi hominis, & spiritus sancti primæ fœminæ. Concumbentibus autè patre & filio fœminæ, quæ & matrè viuétium dicunt, cum autè non potuisset portare nec capere magnitudinem luminum, super repletam, & super ebullientem secundum inferiores partes dicunt, & sic quidem filium eorum solum Christum, quasi dextrum & in superiora alleuatitium arreptum statim cum matre in incorruptibilem æonè. Esse autem hanc & veram & sanctam ecclesiam, quæ fuerit appellatio, & conuentio, & adunatio patris omnium primi hominis, & filij secundi hominis, & Christi filij eorum, & predictæ fœminæ. Virtutem autè quæ super ebullit ex fœmina habente humectationem luminis, à patribus decidisse deorsum docent, sua autem voluntate habentem humectationem luminis, quem & sinistra, & Pronicon, & Sophian, & masculo fœminam vocant, & descendentes simpliciter in aquam, cum essent immobiles, & ne mouisse quoque eas petulanter agentem usque ad abyssos, & assumpsisse ex eis corpus. Humectationem enim luminis eius omnia accucurrisse & adhæsisse dicunt, & circumtenuisse eam, quam nisi habuisset, tota absorpta fortasse fuisset & demersa à materia. Deligatam igitur hanc à corpore quod erat à materia &

f iij valde

valde grauatam reppsisse aliquando & conatam esse fugere aquas, & ascédere ad matrem. Non potuisse autem, propter grauedinem circumpositi corporis. Valde auté male se habenté machinatam esse abscondere illud quod erat desuper lumen, timentem ne & ipsum læderetur ab inferioribus elementis quemadmodum & ipsa: & cū virtutem accepisset ab humectatione eius quod erat secundū eā lumen, resiliit & in sublimitatem elata est, & facta in alto dilatauit & cooperuit, & fecit, cælum hoc, quod apparet à corpore eius, & remansit sub cælo quod fecit, adhuc habens aquatilis corporis typum, cum accepisset concupiscentiam superioris luminis, & virtutem sumpisset per omnia deposuisset corpus & liberatam ab eo. Corpus autem hoc exuisse dicunt eam fœminam à fœmina nominant, & filium autem eius dicunt habuisse & ipsum aspirationem quandam in se incorruptelæ à matre relictam ei, per quam operatur, & potens factus emisit & ipse, vt dicunt, ab aquis filium sine matre, neque enim cognouisse matrem eum volunt, & filium eius secundum patris imitationem alterum emisisse filium. Hic quoque tertius quartum generauit, & quartus ipse generauit filium, de quinto sextum filiū generatum dicunt, & sextus septimum generauit: sic quoque hebdomada perfecta est apud eos, octauū matre habente locum. & quemadmodum generationibus, sic & dignitatibus, & virtutibus præcedere eos abinui-cem: & nomina autem mendacio suo talia posuerunt. Eum enim qui à matre primus sit Ialdaboth vocari, eū autem qui sit ab eo Iao, & qui ab eo sabaoth magnum, quartum autem adoneum, & quintum eloeum, & sextū horreum, septimum autem & nouissimum omnium a-chaphæum. Hos autem cælo & arotheas, & virtutes, & angelos, & conditores subiiciunt per ordinem sedentes in cælo secundum generationem ipsorum, apparentes regere quoque cœlestia & terrestria, primo ipsorum Ialdaboth contemnente matrem in eo quod filios & nepotes sine vllius permissu fecerit, adhuc etiam angelos, & virtutes, & potestates, & dominationes: quibus factis

ad

ad litem & iurgium aduersus eum conuersos esse filios eius de principatu: propter quæ cōtristatum Ialdaboth & desperatum conspexisse in subiacentem faciem materiam, & consolidasse concupiscentiam suam in eam, vnde natum filium dicunt. Hunc esse Nun in figura serpentis contortum, dehinc & spiritum & animam, & omnia mundalia inde generatam omnem obliuionē, & malitiam, & zelum, & inuidiam, & mortem. Hunc autem serpenti formem & contortum Nun eorum adhuc magis euertisse patrem dicunt tortuositate, cum esset cum patre ipso in cælo & in paradiso. Vnde exultante Ialdaboth in omnibus hijs quæ sub eo essent gloriatum & dixisse, Ego & pater, & deus, & super me nemo. Audientem autem matrem clamasse aduersus eum, noli mentiri Ialdaboth, est enim super te pater omniū primus Anthropus, & Anthropus filius Anthropi. Conturbatis autem omnibus ad nouam vocem & inopinabili nuncupatione, & querentibus vnde clamor, & aduocandos eos, & adesse se ducendum dixisse Ialdaboth dicunt: venite, faciamus hominem ad imaginem nostram. Senex autem virtutes audientes hæc, matre dante illis excogitationem hominis, vti per eum euacuet eos à principali virtute, conuenientes formauerunt hominem immensum latitudine & longitudine. scarizante autem eo tantum adduxerunt eum patri suorum, & hoc sophia operante vti & illum euacuet ab humectatione luminis, vti nõ posset erigi aduersus eum qui sursum est, habens virtutem. Illo autem insufflantem in hominem spiritum vitæ, latenter euacuatum eum à virtute dicunt: hominem autē inde habuisse Nun & Enthymesi, & hæc esse quæ saluantur, vt dicunt: & statim gratias agere eum primo homini relictis fabricatoribus. Zelantē autē Ialdaboth voluisse excogitare euacuare hominem per fœminā, & de sua Enthymesi eduxisse fœminam, quam illa prunicos suscipiens inuisibiliter euacuauit à virtute. Reliquos autem venientes & mirantes formositatem eius vocasse eam Euam, & concupiscentes eam hanc, generasse ex ea sibi filios, quos angelos esse dicunt. Mater

f iij autem

autem
re Eua
Eua au
& Adā
non in
& per
latum
incor
titus e

corpus circumdatum est eis : & escas quoque inuenisse
 eos præunte eos Sophia, & fatiatos coisse inuicem car-
 naliter & generasse Cain, quem delectibilis serpens cum
 filijs statim suscipiens vertit, & ad impleuit mundiali
 obliuione stultitia & audacia, immittens ita vt & dum
 fratrem suum Abel occideret, primum zelū & mortem
 ostenderit: post quos secundum prouidentiam prunici
 dicūt generatum Seth, post Noreā, ex quibus reliquam
 multitudinem hominum generatam dicunt, & ab infe-
 riori hebdomade in omnem malitiam immissam, & apo-
 stasiam superiori sanctæ hebdomadæ & idololatriam, &
 & reliquam vniuersam contemptionem, cum contraria
 eis esset semper mater inuisibiliter, & proprium salua-
 ret, hoc est, humectationem luminis. Sanctam autē heb-
 domadem, septem stellas quas dicunt planctas esse vo-
 lunt, & proiectibilem serpētem duo habere nomina, Mi-
 chael & Samuel dicunt. Iratum autem Ialdaboth homi-
 nibus, quoniam eum nō colebant, neque honorificabāt,
 quasi patrem & deum, diluuium eis immisisse, vt omnes
 simul perderet. Contra stante autem & hic Sophia sal-
 uatos eos esse qui circa Noē erāt in arca, ppter humecta-
 tionem illius luminis quod ab eo erat, per quam iterum
 adimpletum esse mundum hominibus: ex quibus quen-
 dam Abraham elegisse & ipsum Ialdaboth, & testamen-
 tum posuisse ad eum, si perseuerauerit semen eius ser-
 uiens ei, dare ei hæreditatē terræ. Post per Moysen edu-
 xisse eos ex Aegypto, qui ab Abraham essent, & dedisse
 eis legē, & fecisse eos Iudæos, ex quibus elegisse septem
 dies, quos & sanctam hebdomadam vocāt, & vnusquisq;
 eorum suum præconem ad semet gloriandum, & deum
 annunciandum, vt & reliqui audientes glorias, serui-
 rēt & ipsi hijs qui à prophetis annuntiātur Dij. Sic autē
 prophetas distribuūt: huius quidem Ialdaboth Moysen
 fuisse, & Iesum Naue, & Amos, & Abacuc. Illius au-
 tem Iao, Samuel & Nathan, & Ionam & Micheam. Il-
 lius autem Sabaoth Helian, & Ioel, & Zacharian. Il-
 lius autem Adonai, Esaiam, & Ezechiel, & Ieremiam,
 & Daniel. Illius autem Eloy, Tobiam & Aggeum. Il-
 lius

Alias, loquutum.

lius autem Orei Micheam & Naum. Illius autem Astæfei Hefdrum & Sophoniam. Horum igitur vnusquisque glorificans suum patrem & deum Sophiam, & ipsam per eos multa* loquatam esse, de primo homine & incorruptibili æone, & de illo Christo, qui sit sursum dicitur præmonentem, & rememorantem homines in incorruptibile lumen, & in primum hominem, & in descensione Christi, in quibus conterritis principibus & admirantibus nouitatem in hijs quæ à prophetis annunciabatur, operatam esse pronicum per Ialdaboth nescientem quid faciat duorum hominum factas esse emissiones. Alterum quidem de sterili Elizabeth, alterum autem ex Maria virgine. & quoniam non haberet eadem ipsa requiem, neque in cælo, neque in terra, contristatam inuocasse in adiutorium matrem. Mater autem eius prior fœmina miserata est super pœnitentia filia, & postulauit à primo homine adiutorium ei mitti Christum, qui & descendit emissus ad sororem suam, & ad humectationem luminis. Cognoscentem autem eam quæ deorsum est Sophiam descendere ad fratrem eius, & annunciasse eius aduentum per Ioannem, & præparasse baptismum pœnitentiæ, & ante adaptasse Iesum, uti descendens Christus inueniat vas mundum, & uti per filium eius Ialdaboth fœmina à Christo annuncietur. Descendisse autem eum per septem cælos, assimilatam filijs eorum dicunt, & sensim eos euacuasse virtutem. Ad ipsum enim vniuersam humectationem luminis concurrisse dicunt, & descendentem Christum in hunc mundum, induisse primum sororem suam Sophiam, & exultasse utrosque refrigerantes super inuicem, & hoc esse sponsum & spõsam definiunt. Omnia autem quippe ex virgine per operationem dei generatum sapientio rem & mundio rem, & iustio rem hominibus omnibus fuisse in Christum perplexum Sophiæ descendisse, & sic factum esse Iesum Christum. Multos igitur ex discipulis eius non cognouisse Christi descensionem in eum dicunt. descendente autem Christo in Iesum, tunc cœpisse virtutes perficere, & curare, & annunciare incognitum patrem,

patrem, & se manifeste filium primi hominis confiteri. In quibus irascentes principes & patrem Iesu operatos ad occidendum eum : & in eo cum adduceretur ipsum quidem cum Sophia abstulisse in incorruptibilem æonem dicunt . Iesum autem crucifixum , non autem oblitum suum Christum , sed misisse desuper virtutem quandam in eum , quæ excitavit eum in corpore , quod & corpus animale & spirituale vocant , mundialia enim remisisse eum in mundo . Videntes autem discipuli resurrexisse eum , nō eum cognouerūt , sed ne ipsum quidē Iesum , cuius gratia à mortuis resurrexit . Et hunc maximum errorem inter discipulos fuisse dicunt , quoniam putarent eum in corpore mundiali resurrexisse , ignorantes quoniam caro & sanguis regnum dei non apprehendunt . Confirmare autem volunt descensionē Christi ad ascensionem ex eo , quod neque post baptismū , neque post resurrectionē à mortuis aliquid magni fecisse Iesum dicant discipuli , ignorantes adunitum esse Iesum Christo , & incorruptibilem æonem hebdomadi , & mundiale corpus animale dicunt . Remoratum autē eu post resurrectionē xvij . mensibus , & sensibilitatem in eum descendentem didicisse quod liquidem est , & paucos ex discipulis suis , quos sciebat capaces tantorum mysteriorum docuit hæc , & sic receptus est in cælum , Christo sedente ad dexteram patris Ialdaboth , vt animas eorum qui cognouerunt eos post de passione mundialis carnis recipiat in se . ditans semetipsum patre eius ignorante , sed ne vidente quidem eum , vt in quantum Iesus semetipsum ditat in sanctis animabus , in tantum pater eius in detrimētis factus diminoretur euacuatus à virtute sua per animas . Iam enim non habiturum eum animas sanctas , vt rursus demittat eas in seculū , sed tātū eas quæ sunt ex substātia eius , id est , quæ sunt ex insufflatione . Consummationem autem futuram quando tota humectatio spiritus luminis colligatur , & abripiatur in æonem incorruptibilitatis . Tales quidem secūdū eos sententiæ sunt , à quibus velut *Lerna hydra multiplex capitib. fera* , de Valētini schola generata

nerata est. Quidam etiam ipsam Sophiam serpentem factam dicunt, quapropter & contrariam extitisse factori Adæ, & agnitionem hominibus immisisse, & propter hoc dictum serpentem omnium sapientiozem. Sed & propter positionem intestinorum nostrorum per quas esca inferitur, eo quod talem figuram habeant, ostendentem absconsam generatricem serpentis figuræ substantiam in nobis.

Ophite à serpente nomé habét, quem colunt pro Christo: Caini Cain & Iudam Iscariotem venerantur.

Isra
vulua.

Cósentiebāt vestigia codicū nec quicquam adhuc potuit elici.

alias, iam nõ abstrahãtur.

¶ Quæ est Ophitarum & Cainorum inreligiositas, etiam impudétia, & vnde cóscripta ipsorum. Cap. XXXV.

Lij autem rursus Cain à superiori principalitate dicunt & Esau & Core & Sodomitas, & omnes tales cognatos suos confitentur, & propter hoc à factore impugnatos neminem ex eis male acceptos. Sophia enim illud quod proprium ex ea erat abripiebat ex eis ad semetipsam, & hæc Iudam proditoré diligenter cognouisse dicunt, & solum præ cæteris cognoscentem veritaté perfecisse prodicionis mysterium, per quem & terrena & cælestia omnia dissoluta dicunt, & confinctionem afferunt huiusmodi, Iudæ Euāgelium illud vocantes. Iam autem & colligi eorum conscriptio nes, in quibus dissoluere opera hystereq̄ adhortantur, Hysteram autem fabricatoré cæli & terræ vocant: nec enim aliter saluari eos nisi per omnia eant, quemadmodū & Carpocrates dixit, & in vnoquoque peccatorum & turpium operationum angelum assistere, & operantem accidere audaciam & immunditiam inferre, id quod inest ei operationi angeli nomen edicere. O tu angele ab. a. te. or. opere tuo fatua illa potestas, perficio tuam operationem: & hoc esse scientiam perfectam, sine tremore in tales abire operationes, quas ne nominare quidem fas est. A talibus matribus, & patribus, & proavis eos qui à Valentino sint, sicut ipsæ sententiæ & regulæ ostendunt eos, necessariū fuit manifeste arguere, & in medié afferre dogmata ipsorum, si qui forte ex hijs pœnitentiã agentes, & conuertentes ad vnum solum cõditorem & deum factoré vniuersitatis, saluari possint. Reliqui auté v̄ nisi abstrabantur

abstrahantur à praua quasi verisimili suasionem eorū, putantes maius & aliquid altius ab hijs scituros se mysterium. Sed à nobis bene discentes, quoniam ab illis male docentur, derideant quidem doctrinam eorum. Illorum autem miserentur, qui adhuc tam miserrimis & instabilibus fabulis tantam elationem assumpserunt, ut meliores semetipsos reliquis propter talem magnitudinem, imò ignorantiam arbitrentur. Delectatio autē eorum hæc est, siue aduersus eos victoria est sententiæ eorum manifestatio. Quapropter conati sum⁹ vniuersum male compositum vulpeculæ huius corpusculum in medium producere, & apertum facere manifestum. Iam enim non multis opus erit sermonibus ad euertendum doctrinam eorum, manifestam omnib⁹ factam. Quemadmodum bestię alicuius in sylua absconditæ, & inde impetum facientis, & multos vastantis, qui segregat & denudat syluam, & ad visionem adduxit ipsam feram, iam non elaborauit ad capiendam videntes, quoniam ea fera fera est: ipsis enim adest videre & cauere impetus eius, & iaculari vndique, & vulnerare & interficere vastatricem illam bestiam. Sic & nobis cum in manifestum redegerimus eorum abscondita, & apud se tacita mysteria, iam non erit necessarium multis destruere eorum sententiam. Adest enim & tibi & omnibus qui tecum sunt ad hæc quæ prædicta sunt exerceri & * excutere nequam ipsorum doctrinas & inconditas, & apta veritati ostendere dogmata. Cum igitur hæc sic se habeant, quatenus promisi secundum nostram virtutem inferemus euersionem ipsorum, omnibus eis contradicentes in sequenti libro: Enarratio enim in longum pergit, ut vides: & viatica quoque dabimus ad euersionem ipsorū, occurrentes omnibus sententijs secundum narrationis ordinem, ut sumus non tantum ostendentes, sed & vulnerantes vndique bestiam.

alias euertere.

CIRENEAI LVGDVNENSIS EPI-
SCOPI CONTRA HAERETICOS

Liber primus explicit.

Incipiunt

INCIPIVNT CAPITA LIBRI
secundi.



MEc insunt in secundo libro redargutionis & euerfionis falso cognomine agnitionis.

Ostensio quod neque extra pleromafit vniuersorū deus, neque extra plenitudinē eius esse aliquid, neque quidem duos esse deos immēso interval-

lo ab inuicē distātes, neque virtutē aliquā mūdi fabricatricē immēsum separatā à patre ignorante eā. 1

Neque interim in ijs quæ continentur à patre alium quendam fabricasse hunc mundum, neque patrem per alia adminicula eam quæ secundū nos est fecisse cōditionem, sed tantum per verbum suum: esse autem conditorē eum, qui est super omnia deus, & ipsum patrem esse domini nostri Iesu Christi. 2

Quoniam inuisibilis quidem est pater, sed non incognitus, neque ignorare eum quidem poterant angeli licet plurimum deorsum deiecti essent ab eo. 3

Quoniam subbilis est pleroma Valētini discipulorū. 4
Ostensio non esse eam quæ est secundum nos creaturā imaginē pleromatis eorū neq; Demiurgū vnigeniti. 5

Quomodo immēsus excidit de imaginib⁹ eorū sermo. 6
Quoniam nō est verisimile ea quæ sunt hic vmbra pleromatis eorum esse. 7

Quām falsa vmbra & vacua eorum ostenditur. 8
Ostensio quoniam est & subsistit mūdi fabricator deus, nō cōstat autē qui super hūc adinuenitur pater. 9

De quæstionibus & parabolis quomodo oporteat soluerē ea quæ quærentur. 10

Quoniam substantiā materiæ labi adiungere non cōstat, volūtate autē & virtute dei cōstat & fidē habet. 11
Contradictiones hijs qui sunt à Valentino. 12

Quomodo is sermo qui est de triacōtade illorū concidit in vtroque, & secundum id quod plus est, & secundum id quod minus. 13

Quoniam impossibile est separatas esse ab inuicem

- eas quæ infra plenitudinem dicuntur cōiugationes, adu-
nitis autem hijs impossibile est Sophiam sine cōiuge
assumpsisse labem, aut etiam generasse aliquid. 14
- Quoniam in eodem pleromate nō poterat verbum & si-
lentium esse. 15
- Quoniam nullius momenti ostenditur primus ordo
emissionum ipsorum, 16
- Quoniam sensus non potuisset emitti, quia ipse emit-
tebat reliqua. 17
- Quid est emissio, & quoniam hæ quæ ab hijs dicun-
tur emissiones hominib⁹ cōgruāt magis quam deo. 18
- De quæstionibus quomodo & hinc ethnici verisimi-
lius de vniuersorum generatione responderunt & gra-
tius, & quomodo ab ipsis quæ sunt à Valentino initia
sumpserunt eiusque sunt secundum eos regulæ. 19
- Quæstio de omni specie emissionis & de pleromatis in
consequentiā. 20
- Quoniam quæ nobis qui sumus ab ecclesia imputant ij
qui sunt à Valentino, illis rursus imputant hij qui
sunt à Basilide, & illis iterum alij. 21
- Quoniam si quis transmotos fuerit à Demiurgo, in mul-
tos deos & infinitos mūdōs excidere eū necesse est. 22
- Ostēsiō quoniā Logos in diminutiōe nō est prolat⁹. 23
- Quoniam secundum hæreticos voluntas patris inueni-
tur fecisse ignorantiam & labem. 24
- Quoniam Sophia nunquam ignorantia & in deminora-
tione est. 25
- Ostēsiō quomodo neq; enthymesis sine æone propriā
habuerit substātiā, neq; passio sine enthymesi. 26
- Quoniam neq; dissolui neq; pati æon poterat cum esset
spiritalis & his quæ similia erant conuersans. 27
- Quoniam patris exquisitio & inuestigatio magnitudi-
nis eius neque passionem neque labem sed tantum
perfectiones faciebat in æone. 28
- Quoniam non capit æonem infra pleroma desiderium
passionis percepisse. 29
- Quomodo de semine ipsorum sermo vniuersus instabi-
lis ostenditur. 30
- Quoniam

	Quoniam non ignorauit Demiurgus in eum seminis depositionem.	31
	Et quoniã si in eum depositũ fuisset semen , nõ ptuisset ignorare ea quæ sunt super eum.	32
	Quomodo contraria de matre & labe eius consilia decreuerunt.	33
	Ostensio quod neque conceptio neque generatio feminis fuerit.	34
	Quoniam ex solutione parabolarum impropriam & inconuenientem fictionem suam faciunt.	35
Alia sed omnem.	Ostensio quod vno anno non præconiauerit dominus post baptismum* sermonem ipse eam ætatem.	36
	Quomodo destruetur qui est de numeris ipsorum & nominibus sermo.	37
	Quoniam secundum Legem neque imagines neque figure existunt plenitudinis ipsorum , sed neque figure esse possunt.	38
	Quoniam omnis numerus cõstare potest ex scripturis, & typus dici omnis argumenti.	39
	De diebus & horis & mensibus & vocabulis & syllabis , de amē, & de nonagintanouē ouibus ex quibus vnape rijt & inuenta est.	40
	Ostensio quoniam neque secundum formam pleromatis eorum facta sint quæ facta sunt, neque rursus vane & prout euenit.	41
	Quoniam non possit stare per numeros veritas.	42
	Quæ sunt quæ à nobis possunt exolui & quæ sunt quæ remittuntur deo fabricatori.	43
	Ostensio quoniam Demiurgus non sit supergressibilis mente, neque super eum alteram diuinitatē esse.	44
	Quid sit quod à Paulo dictum est, scientia inflat , dilectio autem ædificat.	45
	Quomodo oportet parabolas exolui.	46
	Quoniam omnem agnitionem non possumus habere in hac vita.	47
	Quomodo de emissionibus eorum sermo compositus ostendit patrem & non simplicem, nec vniformem.	48
	Quoniam non est verisimile verbum tertiam habere	re

re à patre emissionem.	49
Ostensio quoniam Nus & Logos Nus, & Nus ipse est pater omnium.	50
Quomodo dominus quædam cõcedit patri, & quæ causa est propter quam diem & horam à nemine altero cognosci ait nisi à solo patre.	51
De natura animæ, quoniam secundum illorum sermonem, cum animæ seruetur, necesse est & corpora participare salutem.	52
Quoniam nullo potest interior illorum homo supergredi Demiurgum,	53
Quoniam non est verisimile hos quidem spirituales esse, Demiurgum autem animale.	54
Ostensio quod non sit animalis Demiurgus.	55
De assumptione Apostoli vsque ad tertium cælum, & cur dixit, siue in corpore, siue extra corpus.	56
Quomodo ea quæ aduersus Valentinum dicuntur omnem euertunt hæresim.	57
Conuersio hæreticorum omnium in hijs quibus nõ comunicant cum Valentino.	58
Ostensio quod non transeat animæ in alia corpora.	59
Ostensio quod non bibant secundum Platonem obliuionis poculum.	60
Ostensio quoniam corpus non est obliuio.	61
Quoniã in corporis communione non amittit suas vires anima.	62
Ostensio quod vnusquisque nostrum suam habeat animam sicut & suum corpus.	63
Quomodo perseverant animæ corporis habentes figuram.	64
Quomodo animæ cum sint generales in futurum incorruptibiles perseverant.	65
Euersio Basilidis cætorum fabricationis.	66
Ostensio quoniam prophetæ non à varijs dijs fecerint prophetationes, sed ab vno & eodem.	67
Expositio hæreticorum nominum eorum quæ in prophetis posita sunt.	68

¶ Expliciunt capitula libri secundi.

§

A R G V M.

ARGVMENTVM ERASMI ROTE-
rodami in secundum librum Irenæi.



IN primo libro recésuit ac detexit Valétini & aliorū qui hūc sequuti sunt, opiniones, quæ ferè tales sunt, vt in lucè protraxisse sit cōfutasse. Hic cū singulorū dogmatib⁹ cōgreditur, indicās quid à quib⁹ philosophis sint suffurati ad deceptionē simpliciū hæretici. Sic autè cū illis pugnat, vt ex ipsorum doctrina sumat tela, quib⁹ illos cōficiat. Vix enim sibi cōstare potest qui multa cōminiscitur. Est vn⁹ aut alter loc⁹ in hoc libro qui requirit cādidū interpretē, Vn⁹ est ca. xlix. Vbi videtur sentire quod sol⁹ pater sciuerit diē & horā, ignorāte filio. Verba S. Irenæi subscribā, Quādoquidē & domin⁹ ipse fili⁹ dei ipsum iudicij diē & horā cōcessit scire solū patrē, manifeste dicēs, De die autem illa & hora nemo scit, neq; fili⁹, nisi pater sol⁹. Si igitur sciētia diei illi⁹, fili⁹ nō erubuit referre ad patrē, sed dixit quod verū est, neq; nos erubescim⁹ &c. Dubitādū autē nō est quin pio sensu hæc scripserit Irenæus. Sed pulchre nobis exemplū ingessit, quos pudet quicquā nescire, etiā in reb⁹ diuinis. Alter est in capitib⁹ xxxix. & xl. Vbi refert dominū nō fuisse passum anno trigésimo, aut trigésimo primo, sed vltra quadragésimū annū docuisse Euāgelium, Hæc opinionē cōfirmat ratione & autoritate duplici. Rationē hæc affert, quod quēadmodū domin⁹ pueris, adolescentibus, viris & senibus seruādis venerat, ita conueniebat vt omnium ætates susciperet, post annū autē quadragésimū homo vergit ad seniū. Autoritatē profert ex Euāgelio Ioānis, Quinquaginta ānos nōdū habes & Abrahamā vidisti, ex hoc colligit dominū id tēporis prætergressum annū quadragésimū, nōdū autē ad quinquagésimū peruenisse. Confirmat hoc testimonio discipulorum qui cum Ioanne Euangelista vixerāt in Asia, qui se prædicarent hæc audisse, non solum ab ipso Ioanne, verum etiam ab alijs Apostolis. Hæc opinio plurimum discrepat ab ea, quam nūc sequitur ecclesia. Cōsideret lector.

INCIPIT

INCIPIT PRAEFATIO

secundi Libri.

N primo quidem libro qui ante hunc est arguentes falsi nominis agnitione, ostendimus tibi dilectissime, omne ab hijs qui sunt à Valentino per multos & contrarios modos adinuentum esse

I
falsiloquium, & sentétias exposuimus eorum, qui priores extiterunt, discrepantes eos sibimetipsis ostbidentes, multo autem prius ipsi veritati. Et Marci quoque magi sententiam, cum sit ex hijs, cum operibus eius omni diligentia exposuimus, & quanta ex scripturis eligentes, adaptare conantur fíctioni suæ, diligéter retulimus, ijdem quodammodo per numeros & per vigintiquatuor elementa alphabetæ veritatem affirmare conatur & audent, minutatim perexiuimus. Et quemadmodum conditionem secundum imaginem inuisibilis apud eos ple romatis factam dicunt, & quãta de Demiurgo sentiunt ac docent renunciauimus, & progenitoris ipsorum doctrinam Simonis Magi Samaritani & omnium eorum qui successerunt ei manifestauimus. Diximus quoq; multitudinè eorũ qui sunt ab eo gnostici, & differétias ipsorũ, & doctrinas & successiones adnotauimus, quæq; ab eis hæreses, institutæ sunt, omnes exposuim°. Et quoniã omnes à Simone hæretici initia sumétes, impia & inreligiosa dogmata induxerunt in hãc vitã ostédim°, & redéptione ipsorũ, & quomodo initiãt eos qui perficiuntur, & factiones eorũ & mysteria manifestauim°: & quia vnus de° cõditor, & quia nõ postremitatis fruct°, & quia neq; super illũ, neq; post eũ est aliquid. In hoc auté libro instruemus, quæ nobis apta sunt, & quæ permittit temp°, & euertemus per magna capitula omnè ipsorum regulam, quapropter quod sit detectio & euersio sententiæ ipsorum, operis huius conscriptionem ita titulauimus. Oportet enim absconditas ipsorum coniugationes per manifestarum coniugationum indicium & euerfionem Bythum dissoluere, & quoniam neque fuerit aliquando, neque sit accipere ostensionem.

g ij

Ostélio

OSTENSIO QVOD

NEQVE EXTRA PLEROMA SIT

*uniuersorum deus, neque extra plenitudinē eius
esse aliquid, neque quidem duos esse deos im-
menso interuallo ab inuicem distātes, ne-
que uirtutem aliquam mundi fabri-
catricem, immensum separatā
à patre ignorāte eum.*

CAPVT PRIMVM.



BENE igitur habet à primo & proximo capitulo inchoare nos à Demiurgo deo qui fecit cælū & terrā & omnia quę in eis sunt, quem ij blasphemantes extremitatis fructum dicunt: & ostendere, quod neque super eum, neque post eum est aliquid neque ab aliquo motus, sed sua sententia & libere fecit omnia, cum sit solus Deus & solus dominus, & solus cōditor, & solus pater, & solus continēs omnia, & omnibus vt sint, ipse prestans. Quęadmodum enim poterit super hunc alia plenitudo, aut initium, aut potestas, aut alius Deus esse? cum oporteat Deum horum omnium pleroma in immenso omnia circumcontinere, & circumcontineri à nemine. Si autem extra illum aliquid, iam non omnium est pleroma, neque continet omnia, Deērit enim pleromati aut ei qui sit super omnia Deo, hoc quod extra eum dicunt, Quod autem deest & delibatum est ab aliquo, non est omnium pleroma. & terminum autem & medietatem & finē habebit, ad eos qui sunt extra eum. Si autem finis est in ea quę sunt deorsum, initium est ad ea quę sunt sursum. Similiter autē & ex reliquis partib⁹ necessitas est omnis id ipsum experiri, & ab eis qui foris sunt contineri, & determinari, & includi. Is enim qui est deorsum finis necessario omni modo circūscribit

describit & circumdat eum qui firmatur in eum. Et iterum
 secundum eos, pater omnium, quem videlicet & procreata &
 proarche vocat cum pleromate ipsorum. Et Marcionis bo-
 nus Deus in aliquo conditus & reclusus & a foris circū-
 datus ab altera principalitate quam necesse est maiorem
 esse, quoniam id quod continet, eo quod continetur maius
 est, quod autem maius est, id & firmitus est & magis dominus,
 & quod maius est & firmitus, & magis dominus, hoc erit
 Deus, cum enim sit secundum eos & aliud quid, quod qui-
 dam extra pleroma esse dicunt, id quod est superiorē errati-
 cā virtutē descendisse opinantur, necesse est omni modo
 & continere id quod extra est, contineri autem pleroma, a-
 lioquin non erit extra pleroma. Si enim extra pleroma
 est aliquid, intra hoc ipsum quod extra pleroma dicunt,
 erit pleroma, & continebitur pleroma ab eo quod extra.
 Cum pleromate autem subaudiatur & primus Deus, aut rur-
 sus in immensum distare & separata esse ab inuicem, id est
 & pleroma, & quod est extra illud, si autem hæc dixerint,
 tertium quid erit, quod in immensum separat pleroma, &
 hoc quod extra illud, & hoc tertium circum definit & con-
 tinebitur * aquæ, & erit maius tertium hoc pleromate
 & eo quod extra illud, sicut in suo sinu continens utraq;
 & in infinitum de hijs quæ continentur, & de hijs quæ
 continentur incidet sermo. Si autem tertium hoc initium ha-
 bebit in superiora, & finem in inferiora, omnino neces-
 sitas est & a lateri. definiri illud, vel inchoas, vel definis
 ad alia quædam, & illa rursus & alia quæ sunt sursum &
 quæ deorsum, ad alia quædam habebunt initia, & hoc versus
 in infinitum, ut nunquam stet eorum cogitatio in uno deo,
 se per occasionem plusquam est querendi, in id quod non sit
 excidat, & absistat a vero Deo. Similiter autem hæc &
 aduersus eos qui sunt a Marcione aptata sunt. Contine-
 bantur enim & circumfiniebantur & duo Dei, ab im-
 menso interuallo, quod separat eos ab inuicem. Si autem id
 excogitandi est necessitas, secundum omnem partem multos
 deos immensa separatione distantes, ab inuicem quidem
 inchoantes, ad inuicem autem finientes, & illa ratione,
 qua nitentur docere super fabricatorem cæli & terræ esse

ali. finiat
 r p o d n,
 id est qui
 prius fuit.

ali. aquæ.

aliquod pleroma aut Deū, eadē ratione vtēs quisq; ad-
 struet super pleroma, alterū esse pleroma, & super illud
 rursus aliud, & super Bythū aliud pelagus Dei, Et à late-
 ribus autē similiter eadē esse, & sic in immēsum excitā-
 te sententia & semper necessitas erit excogitare altera
 pleromata, & alteros Bythos, & nūquā aliquātos cōsi-
 stere, semper querētes alios præter dictos. Et erit autem
 incertū utrū nā hæc sint deorsum quæ sunt secūdū nos,
 an hæc ipsa superiora sint, & quæ dicūtur ab eis sursum,
 utrū nā sursum aut deorsum sint: & nullus stat^o, neq; fir-
 mitas cōtinebit sensum nostrū, sed in immēsos mundos
 & indeterminatos Deos excedere necessitas erit. Et cū
 hæc sic se habeāt, vnusquisq; De^o suis cōtētus erit, & nō
 curiose aget de alienis: si quo minus, iniustus erit & auā-
 rus & cessans esse quod Deus est. & vnaquæq; conditio
 suū fabricatorē glorificabit, & ipso sufficiens erit, & al-
 terū nō cognoscat: si quo minus, apostata iustissime ab
 omnibus iudicatus, dignissimā cōcipiet pœnā. Oportet
 enim aut vnum esse qui omnia continet, & in suis fecit
 vnūquodq; eorū quæ facta sunt, quēadmodū ipse voluit:
 aut multos rursus & indeterminatos factores & Deos,
 ab inuicem quidem incipientes, ad inuicem autem desū-
 nētes per omnē partē: & alios omnes à foris ab alteru-
 tro quodāmodo recōtineri, & vel inclusos & manētes in
 suis vnūquenq; eorū confiteri necessitas erit, neminem
 autē horū omniū esse Deū. Deerit enim vniciq; eorum
 partem minimam habēti, ad cōparationem omnium re-
 liquorum, & soluetur omnipotētis appellatio, & neces-
 sitas erit in impietatē cadere tale sensum. Qui autē ab
 angelis mundū dicunt fabricatum, vel ab alio quodam
 mundi fabricatore, præter sententiā eius qui super om-
 nia pater est, primo quidem ex hoc ipso peccant, præter
 voluntatem primi Dei, talem & tantā cōditionem ange-
 los fecisse dicentes: quasi efficaciores sint angeli quā
 Deus, aut rursus quasi ille negligens sit, aut minor exi-
 stens aut nullam curam habens eorum, quæ in propriis
 ipsius fiant, vtrumnam male an bene fiant, vt illud qui-
 sē dissipet & prohibeat, alterū autē laudet & gaudeat:
 hoc

hoc autē ne homini quidem solerti aplicet quis, quāto magis Deo? Post deinde dicāt nobis, Vtrum nā in hijs quæ ab illo cōtinentur, & in proprijs ei⁹ fabricata sunt hæc, an in alienis & extra eū positis, Sed si quidē dicāt extra eū, similiter omnia prædicta inconuenientia occurrent eis, & includetur primus Deus ab eo qui extra eū est, in quo & desinere eū necesse erit.

¶ Neque iterū in hijs quæ cōtinentur à patre, alium quendā fabricasse hunc mundū, neq; patrē per alia adminicula eā quæ secūdem nos est fecisse conditionē, sed tātum per verbū suū, esse autē cōditorē eū, qui est super omnia De⁹, & ipsum patrē esse domini nostri Iesu Christi. Cap. I I.

I autē valde vanum erit præter sententiā eius, Al. si autem
S in eius proprijs ab angelis & ipsis qui sunt po illius.
testatis eius, aut ab alio quodā dicere fabrica

tum esse mundū, aut quasi nō omnia respiciat ipse quæ sint in suis, aut nō sciat quæ ab āgelis futura sunt. Si autē nō præter volūtātē eius, sed volente & sciēte, quemadmodū quidā opinātur, nō angeli vel mundi fabricator causæ erant fabricationis istius, sed volūtas Dei. Si enim mundi fabricator est, angelos ipse fecit, aut etiam causa creationis eorū ipse fuit: & mundū ipse videbitur fecisse, qui causas fabricationis eius præparauit: licet per longā successiōē deorsum angelos dicāt factos, vel mūdi fabricatores à primo patre, quēadmodū Basilides ait, nihilomin⁹ id quod est causa eorū quæ facta sunt, in illum qui prolator fuit talis successiōis recurret: quēadmodum in regē correctio belli refertur, qui præparauit ea quæ sunt causa victoriæ, & cōditio hui⁹ ciuitatis, aut hui⁹ operis, in eū qui præparauit causas ad perfectiōē eorū quæ deorsum facta sunt. Quapropter nō iā securim dicimus indicere ligna, vel ferrā secare. sed hominē cōcidere & secare rectissime quis dicat eum, qui ipsam securim & ferram ad hoc fecit, & multos prius armamēta omnia, per quæ fabricata sunt securis & ferra. Sic igitur iuste secundum illorū rationē pater omnium di-

cetor fabricator huius mundi, & nõ angeli, neque alius quis müdi fabricator, præter illum qui fuit prolator, & prius causa factionis huiusmodi præparationis existēs. Sit fortasse hic sermo suasorius siue seductori⁹ apud eos qui ignorāt deū, & hominibus qui afsimilāt eū in operibus, & hijs qui nõ possunt statim aliquid ex parato fabricare, sed indigētibus multis organis ad eorū fabricationē: nõ autē verisimilis in totum apud eos, qui sciūt, quoniã nullius indigens omniu Deus, verbo condidit omnia & fecit, neq; angelis indigēs adiutoribus ad ea quæ fiūt, neq; virtute aliqua valde inferiori ab illo, & ignorante patre, Neq; aliqua labe, neq; ignorātia, vt is qui inciperet eū cognoscere homo fieret: sed ipse in semetipso, secundum id quod est inenarrabile & inexcogitabile nobis omnia prædestinans fecit quæ admodū voluit, omnibus consonantiam & ordinē suum & initium creationis donans. Spiritualibus quidem spiritalē & inuisibilē, & supercælestibus cælestem, & angelis angelicam, & animalibus animalem, & natātibus aquatilem, & terrigenis terrigenam, omnibus aptam æqualitatis substantiā: omnia autē quæ facta sunt, infatigabili verbo fecit. Proprium est enim hoc Dei supereminentiæ, non indigere alijs organis ad conditionem eorum quæ fiunt, & idoneus est & sufficiens ad formationem omnium proprium eius verbum, quæ admodum & Ioannes domini discipul⁹ ait de eo. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, In omnibus autē est & hic qui est secundum nos mundus. Et hic ergo à verbo eius fact⁹ est, sicut scriptura geneleos dicit, omnia quæ sunt, secundum nos fecisse Deum per verbum suum. Similiter autē & Dauid exequitur. Quoniam ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Cui igitur magis credemus de müdi fabricatione, hijs ne qui prædicti sunt, hæreticis, sic fatua & inconstantia garrientibus, an discipulis domini, & fideli famulo Dei Moyfi & prophætæ: qui primo genesim mundi narrauit, dicens. In principio fecit Deus cælum & terram, & deinceps reliqua omnia, sed non dij, neque angeli.

¶ Quoniam

¶ Quoniam inuisibilis quidem est pater, sed nō incognitus, neque ignorare eū quidē poterant angeli, licet plurimū deorsum deiecti essent ab eo.

Cap. III.

Voniam autem hic Deus est pater Domini nostri Iesu Christi, & de hoc Paulus apostolus dixit, Vnus Deus pater qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nouis, iam quidem ostendimus vnum esse Deum: ex ipsis autem apostolis, & ex Domini sermonibus adhuc ostendemus. Quale enim est, prophetarū & Domini & apostolorum relinquentes nos voces, attendere hiis nihil sanē dicentibus? Instabilis igitur qui est secundum eos Bythus, & id quod est huius pleroma, & Marcionis Deus. Siquidem, quemadmodū dicunt, extra se habet subiacens aliquid, quod vacuum & vmbra vocant, & vacuū hoc maius pleromate ipsorum ostenditur instabile. Est autem & hoc dicere, infra se omnia continente eo ab altero quodam fabricatā esse conditionem: oportet enim illos necessarie vacuum aliquid & informe confiteri, in quo fabricatum est hoc, quod est vniuersum, infra spiritale pleroma, & informe hoc, vtrum sciente & propatore quæ in eo futura erant ex studio sic reliquisse, an ignorante. Et si quidem ignorante, iam nō omnium erit præsciens Deus. Sed nec quidem causam reddere habebunt, propter quam rem locū hunc temporibus tantis otiosum sic reliquit. Si autem præsciens est & mente contemplatus est eam conditionē, quæ in loco futura esset, ipse fecit eam, qui & præformauit eam in semetipso. Quiescant igitur dicere, ab alio factum esse mundum: simul enim ac mente cœpit Deus, & factum est hoc, quod mente conceperat. Nec enim possibile erat alium quidem mente concipere, alium verò facere quæ ab illo mente concepta fuerant: Sed aut æternum mundum mente concepit secundum eos hereticos Deus, aut temporalē, quæ vtraque incredibilia. Sed si quidem æternum eum mente concepit, & spiritalem & visibilem, talis & factus fuisset. Si autem talis qualis est,

est, & ipse fecit eum talem, qui talem quidem mente cõceperat, aut in præsentia patris voluit esse eum secundũ mentis conceptionem talem, & compositum & mutabilem & transeuntem. Cum autem sit talis, qualem pater deformauerat apud semetipsum, dignum esse patris fabricatione. Quod autem à patre vniuersorum mente cõceptum est, & præformatum, sic quemadmodum & factum est, labis esse dicere fructum & ignorantie prolationem, magnæ blasphemie est. Erit enim secundum illos, pater omnium secundum suam mentis conceptionem in pectore suo, labis emissionis & ignorantie fructus generans: quæ enim mente conceperat, hæc facta sunt.

¶ Quoniam subbilis est pleroma Valentini discipulorum. Cap. III.

Videtur reddidisse Græcam vocem

καὶ ὁμοῦ

Causa igitur quærenda est huiusmodi dispositionis Dei, sed non fabricatio mundi altero ascribenda: & ante præparata omnia dicenda sunt à Deo vt fierent, quemadmodum & facta sunt. Sed non vmbra & vacuitas quæretur, vtrum ab omnium patre & prolatore, secundum eos & ipsum prolatum, & est æqualis honore & cognatum reliquis æonibus, forte autem & antiquius ipsis. Si autem ab eodem emissum est, simile est ei qui emisit, & hiis cum quibus emissum est. Necessitas ergo erit omni modo & Bythum ipsorum cum Sige vacuo similem esse, hoc est vacuũ esse: & reliquos æonas, cum sint vacui fratres, vacuum & substantiam habere. Si autem non est emissum, à se natum est, & à se generatum est, & æquiparans in tempore ei qui est secundum eos Bytho omnium patri: & sic eiusdem naturæ & eiusdem honoris erit vacuum ei, qui est secundum eos, omnium patri. Oportet enim illum emissum esse ab aliquo, aut à se generatum, & à se natũ esse. Sed si quidem emissum est vacuum, vacuus & prolator est Valentinus, vacui & sectatores eius. Si autem non prolatum est, sed à se generatum est, & simile est & fraternum & eiusdem honoris id quod est vacuum ei patri qui prædictus

dictus est á Valentino : antiquius autem & multo ante existens & honorificentius reliquis conibus ipsius Ptolemei & Heracleonis, & reliquis omnibus qui eadem opinantur. Si autem & aporiati in his confiteantur continere omnia patrem omnium, & extra pleroma esse nihil. Nam necessitas est omni modo definire eum & circumscribi ab aliquo maiore, & id quod extra & quod intus, dicere eos secundum agnitionem & ignorantiam sed non secundum localem sententiam. In pleromate autem vel in his quæ continentur à patre facta & Demiurgo aut ab angelis quæcunque & facta scimus, contineri ab inenarrabili magnitudine, velut in circulo ceterum, aut velut in tunica maculâ : Primo quidem qualis Bythus erit subsistens in sinu suo maculam fieri, & permittens in suis alterum quendam condere vel proferre, præter suã mentem, quod quidem imbecillitatem uniuerso pleromati afferre inciperet, cum posset ab initio abcidere labem, & eas quæ ab eo initium acceperunt emissiones, neque ignorãtia, neque in passione, neque in labe cõstitutionem creationis permittere accipere. Qui enim postea emenda labet & velut maculã emendat labem; multo prius poterat obseruare ne quidẽ initio in suis fieri talẽ maculã. Vel si initio quidẽ cõcessit, quoniam aliter fieri nõ poterant, quæ facta sunt, oportet & semper sic fieri illa. Quæ enim initio nõ possunt emendationẽ perficere, quemadmodũ hæc postea percipient; aut quemadmodũ homines aduocari, aut quem factum dicunt causã ex quibus facti sunt homines vel ipse Demiurgus vel angeli in labe dicantur esse: & si ideo quod benignus sit in nouissimis temporibus misertus est hominum, & perfectum eis dat, illorum primo misereri debuit qui fuerunt hominis factores, & dare eis perfectum. Sic utique & homines miserationẽ percepissent, de perfecto perfecti facti. Si enim operis ipsorum misertus est, multo prius illorum misereri debuit, & non sinere in tantum cæcitatũ venire eos. Soluetur autem eorum & ille qui est de umbra & vacuo sermo, in quibus eam quæ est secundum nos factam dicunt cõditionem,

Vterque fuit imitator Valentini.

nem, si in hijs quæ continentur à patre facta sunt hæretici si enim paternum illorum lumen opinantur, vt omnia adimplere possit quæ intra eum sunt, & omnia illuminare, quemadmodum vacuum & umbra in hijs quæ à pleromate & à paterno lumine continentur poterat esse. Oportet enim eos & locum ostendere intra propatorum aut intra pleroma non illuminatum nec retentum ab aliquo, in quo aut angeli aut Demiurgus fecit quæcunque voluit. Nec enim modicus locus est, in quo tanta & talis conditio facta est. Necessitas erit itaque vniuersa intra pleroma, aut intra patrem ipsorum localiter vacuum aliquid & informe & tenebrosus fieri eos, in quo fabricata sunt quæ fabricata sunt: in cussationem quoque recipiet paternum ipsorum lumē, quasi nõ possit ea quæ intra ipsum sunt illuminare & implere. Adhuc autem labis fructum dicentes ea, & erroris operam, habet & errorē adducunt intra pleroma & in sinu patris.

¶ Ostensio non esse eam quæ est secundum nos creaturam, imaginem pleromatis eorum neque Demiurgum vnguenti. Cap. V.

A Duerfus eos igitur qui dicunt extra pleroma vel sub bono Deo hunc mundum factum, ea quæ pauloante dicta sunt à nobis apta sunt, & concluduntur tales cum patre suo ab eo qui extra, in quo etiam & desinere eos necesse est. Aduersus eos autem qui dicunt in hijs quæ continentur à patre, ab alijs quibusdam factum hunc mundum, omnia quæ nunc dicta sunt absurda & inconuenientia occurrunt, & coguntur aut omnia lucida & plena & operosa ea quæ sunt intra patrem confiteri, aut paternum lumen accusare, quasi qui nõ possit omnia luminare: aut sicut pars, sic & vniuersum pleroma ipsorum vacuum & indispositum & tenebrosus confitendum. Et reliqua omnia quæcunque sunt conditionis accusant, quasi temporalia sint, & æterna choica, aut inaccusabilia esse oportet, cum sint intra pleroma & in sinu patris: aut etiam in vniuersum pleroma similiter venient in cussationes, & causa ignoran-

tia inuenietur, Christus eorum. Sic enim dicunt eum
 formasse secundum substantiam, matrem ipsorum foras
 piecit extra pleroma, id est separauit ab agnitione. Ipse
 igitur in ea ignorantia fecit, qui separauit eam ab agnitione.
 Quomodo igitur idem ipse reliquis quidem conibus iis
 qui eo anteriores erant prestare agnitionem poterat,
 matri autem eius causa esse ignorantiae: extra agnitionem
 enim fecit eam, extra pleroma eam proiciens. Adhuc
 quoque si secundum agnitionem & ignorantiam, intra
 pleroma & extra pleroma dicent sicut quidam ex ipsis
 dicunt, quoniam qui ignorantiae est intra, id est quod
 agnoscit Saluatorem, quem omnia esse dicunt in igno-
 rantia fuisse consentire eos necesse est. Dicunt enim eum
 cum foras extra pleroma venisset formasse matrem ipso-
 rum: sic igitur id quod est extra ignorantiam dicunt vni-
 uersorum: exiit autem Saluator ad formationem ma-
 tris ipsorum, extra agnitionem vniuersorum factus est,
 hoc est in ignorantia. Quomodo igitur illi agnitionem
 prestare poterat, cum & ipse extra agnitionem esset: &
 nos enim extra agnitionem cum simus ipsorum, extra
 pleroma esse dicunt. Et iterum. Si igitur Saluator exiit
 extra pleroma ad inuestigationem perditae ovis, plero-
 ma autem est agnitio, extra agnitionem factus est, quod
 est ignorantia. Aut enim localiter quod est extra plero-
 ma consentire eos necesse est, & omnia quae predicta sunt
 contraria occurrent eis, Vel si secundum agnitionem di-
 cunt, quod est intus, & ignorantiam quod est extra, Sal-
 uator illorum & multo ante Christus ignorantia facti
 erunt extra pleroma, egressi ad formationem matris ipso-
 rum, quod est extra agnitionem. Haec autem aduersus
 omnes qui quolibet modo vel ab angelis, vel ab alio
 quodam praeter verbum Dei mundum factum esse di-
 cunt, similiter adaptabuntur. Quam enim incusationem
 faciunt de Demiurgo & de hiis quae facta sunt materia-
 lia & temporalia, recurreret in patrem. Si quidem quae
 admodum in ventre pleromatis facta sunt, quae inciperent
 mox damnum dissolui secundum concessionem &
 ad placitum patris. Iam igitur non est fabricator causa
 huius

huius operatiõis, valde bene putās semetipsum fabrica-
re, sed qui in suis concedit & probat labis prolationis &
erroris opera fieri, & in æternis téporalia, & in incorru-
ptibilibus corruptibilia, & in hiis quæ veritatis sunt, ea
quæ sunt erroris. Si autem nõ concedente neque appro-
bante patre vniuersorum facta sunt hæc, potétior & for-
tior & dominatior is qui fecit in hiis quæ propria illius
sunt, quæcûque ille nõ cõcessit, Si auté non approbans
cõcessit pater ipsorum, quemadmodum quidè dicunt,
autem potens prohibere cõcessit per necessitatem quã-
dam, aut nõ potens. Sed si quidem non poterat, inuali-
dus & infirmus est. Si autem potens, seductor & hypo-
crita & necessitatis seruus, non consentiens quidem, cõ-
cedens autem quasi consentiens, & initio concedens si-
stere errorem & crescere illum conatur, quando iã mul-
ti male perierunt per labem. Non decet autem eum qui
super omnia sit Deus, cû sit liber & suę potestatis, neces-
sitati seruisse dicere, vt sit aliquid secûdum concessioné
præter sententiã eius. Alioquin necessitaté maiorem
& dominationem facient. quã deum, quando id quod
magis potest antiquius sit omnibus. Et statim in prin-
cipio causas abcidere necessitatis debuit, & non conclu-
dere semetipsum ad habendam necessitatem, cõceden-
do aliquid præterquam deceat eum. Multo enim meli-
us & consequentiur & magis deficum erat, vt in princi-
pio initium excederet huiusmodi necessitatis, quã po-
stea quasi de pœnitentia conaretur tantum fructifica-
tionem necessitatis eradicare. Et si necessitati seruiens
erit mater vniuersorum, & sub fatum cadet modeste fe-
rens in hijs quæ fiunt, præter necessitatem autem & fa-
tum nihil agere possit, Similiter atque Homericus Iup-
piter qui per necessitatem dicit. Et ego enim tibi dedi
velut volens nolente animo. Secundum igitur hanc ra-
tionem necessitatis & fati inuenitur seruus Bythus ip-
sorum. Quomodo autem & ignorabant vel angeli aut
mundi fabricator primum Deum, quando in eis pro-
priis essent & creaturæ existerent eius & continentur
ab ipso. Inuisibilis quidem poterat eis esse propter emi-
nentiam,

Iliados. A

ἡνείκα ἔρρηξεν

ὁ θεὸς ἰκὼν

ἄκρον ἰγυθιμῶ

mentiam, ignotus autem nequaquam, propter providentiam. Etenim licet valde per descensionem multum separati essent ab eo, quoquo modo autem, sed tamen Dominio in omnes extenso, oportuit cognoscere dominantem ipsorum, & hoc ipsum scire, quoniam qui creavit eos est Dominus omnium, Inuisibile enim eius cum sit potens magnam mentis intuitionem & sensibilitatem omnibus præstat potentissimam & omnipotentis eminentiam. Unde etiam si nemo cognoscit patrem nisi filius, neque filium nisi pater, & quibus filius reuelauerit, tamen hoc ipsum omnia cognoscunt, quando ratio mentibus infixata moueat ea & reuelet eis, quoniam est vnus Deus omnium Dominus, & propter hoc altissimi & omnipotentis appellationi omnia subiecta sunt, & huius inuocatione etiam ante aduentum Domini nostri saluabantur homines & à spiritibus nequissimis & à dæmoniis vniuersis, & ab vniuersa apostasia. Non quasi vidissent eum terreni spiritus aut dæmones, sed cum scirent quoniam est super omnia Deus, cuius & inuocationem tredebant & tremunt vniuersa creatura & principatus & potentia, & omnis subiecta virtus. Aut nunquid hi qui sub Romanorum imperio sunt quamuis nunquam viderint imperatorem, sed valde & per terram & per mare separati ab eo, cognoscent propter dominium eum, qui maximam potestatem habet principatus? Qui autem super nos erant angeli, vel ille quem mundi fabricatorem dicunt non cognoscent omnipotentem? quando iam & muta animalia tremant & credant, tali inuocationi, & utique non viderunt eum, tamen Domini nostri nomini subiecta sunt omnia, sic & vnus qui omnia fecit & condidit vocabulo, cum alter non sit quam ipse qui mundum fecit. Et propter hoc Iudæi vsque nunc hac ipsa aduocatione dæmonas effugant, quando omnia timeant inuocationem eius qui fecit ea. Si itaque mutis animalibus irrationaliores voluerint angelos esse, inueniet quoniam oportebat, licet non vidissent hunc eum qui super omnia Deus est, uti cognoscerent potentatum & dominium eius. Ridiculum enim vere apparebit, si se quidem qui su-

Alias, cedant

per



per terram sunt cognoscere dicunt, eum qui super omnia est Deus, quem nunquã viderunt: ei autem qui eos fecit & vniuersum mundum secundum eos nõ permittant, cum sit in summis & super cœlos, cognoscere ea quæ ipsi quum sint in humilibus sciunt: nisi si forte sub terra in tartaro esse Bythum suum dicunt, Quapropter & primos se cognouisse eum quàm hiis qui in altitudine habitant angeli, in tantam amentiam venientes, vt dementem pronuncient mundi fabricatorem: quorum quidem vere est misereri, cum in tãta dementia dicant neque matrem agnouisse eum neque semen eius, neque pleroma æonum, neque propatorem, neque quid essent quæ fabricauit.

¶ Quomodo immensus accidit de imaginibus eorum sermo. Cap. VI.

E Sse autem imagines eorum quæ intra pleroma sunt, latèter Saluatore operato sic fieri in honorem eorum qui sursum sunt, ignoranteque Demiurgo vniuersa saluatorem dicunt honorasse pleroma in conditione per matrè, similitudines & imagines eorum quæ sursum sunt emittentem. Sed quoniam quidem impossibile erat extra pleroma esse aliquid, in quo imagines dicunt factas esse eorum, qui sunt intra pleroma, ab alio quodam præter primum deum fabricari hunc mundum ostendimus. Si autem suaue est undique euertere eos, & mēdaces arguere. dicemus aduersus eos, quoniam si in honorem eorum quæ sursum sunt, facta sunt hæc secundum illorum imaginem à saluatore semper ea oportet perseuerare, vt & semper sint in honore quæ sunt inhonorata. Si autem transeūt. quæ utilitas huius breuissimi temporis honoris, qui aliquãdo quidem non fuit, rursus autem non erit? Vanæ igitur gloriæ appetitor magis erit Saluator, quàm honorans quæ sunt sursum arguitur à nobis. Quis enim honor est æternorum eorum quæ semper sunt, ea quæ sunt temporalia, corū quæ stant, ea quæ prætereunt, incorruptilium corruptibilia? Quandoquidem & apud homines



nes qui sunt temporales nulla gratia est eius honoris qui celeriter præteriit, sed eius qui plurimum quatum potest perseverat. Quæ autem statim vt facta sunt exterminantur, in contumeliam magis eorum qui putantur honorari, facta esse iuste dicentur, & contumeliose tractari id quod est æternum, corrupta eius & soluta imagine. Quid autem non plorasset & aporiata esset mater ipsorum non habuisse Saluatore per quæ honoraret plenitudinem extremæ confusionis, non habentis propriam substantiam, per quæ honoret propatoré. O vanæ gloriæ honor, qui statim præterit & iam non apparet, Erit aliquis non in quo in totum talis honor fuisse nõ reputabitur, & inhonorata erunt tunc quæ sunt sursum, aut aliam iterum necesse erit matrem emittere plorantem & aporiatam in honorem pleromatis. O iudisimilis simul autem & blasphemæ imaginis, imaginé mihi dicitis emissam à mundi fabricatore vnigeniti, quem & Nun vulgatis esse patris vniuersorum, & imaginem hanc ignorare quidem semetipsam, ignorare autem & conditionem, ignorare autem & matrem, & omne quodcunque est ipsorum quæ sunt, & eorum quæ ab eo facta sunt, & non erubescitis aduersus vos ipsos ignorantiam inducentes vsque ad ipsum Monogenen. Si enim secundum similitudiné eorum quæ sunt sursum, à Saluatore facta sunt hæc, ignorante eo qui secundum similitudinem factus est, necesse est & circa eum & secundum eum ad cuius similitudinem factus est is qui ignorat huiusmodi ignorantiam nõ extiterit spiritualiter. Non enim possibile est cum sint vtrique spiritualiter emissi, neque plasmati, neque compositi. in quibusdam quidem similitudiné seruasse, in quibusdã verò deprauasse imaginem similitudinis, quæ in hoc sit emissa, vt sit secundum similitudiné eius, quæ sursum est emissa: quod si nõ est similis Saluatoris erit inculatio, qui dissimilé emisit imaginé, quasi reprobabilis artifex. Nec enim dicere possunt quasi nõ haberet potestaté emissionis Saluator, quæ omnia esse dicunt. Si igitur dissimilis est imago, malus est artifex est culpa Saluatoris secundum eos. Si auté similis est, ea-

h

dem



dem ignorãtia inuenietur circa Nun propatoris ipso-
rum, hoc est, Monogené : & ignorabit quidem semetip-
sum Nus patris, ignorauit autem & patrem, ignorauit
autem & ea quæ ab eo facta sunt. Si auté cognoscit ille
& eum qui ad similitudinem eius factus est à Saluatore,
necesse est cognoscere quæ sunt similia, & soluta est ip-
sorum secundum suam regulam maxima blasphemia.
Et sine hoc autem, quoniam modo ea quæ sunt creatu-
ræ sic varia & multa & innumerabilia, eorum æonũ qui
sunt intra pleroma xxx. imagines esse possunt, quorum
& nomina quæ sunt & secundum quod dicunt, in eo qui
est ante hunc libro posuimus? Et non tantum vniuersæ
creaturæ varietatem, sed ne quidem partis alicuius aut
cælestium, aut superterrestrium, aut aquatiliũ pote-
runt adaptare pleromatis ipsorum paruitati. Quoniam
enim pleroma ipsorum xxx. A Eones sunt ipsi testantur,
quoniam autem in vna parte ipsorum quæ dicta sunt
non xxx. sed multa milia specierum esse adnumerant,
eos ostendere omnis quicumque confitebitur. Quomo-
do igitur ea quæ tam multa sunt conditionis, & con-
trariis subsistentia, & repugnantia inuicem, & interfi-
cientia alia, imagines & similitudines esse possunt. xxx.
A Eonum pleromati, si quidem vnius naturæ, quemad-
modum dicunt ex æquali & simili existant, & nullam ha-
beant differentiam. Oportebat autem si hæc illorum i-
magines sunt, quemadmodum natura nequam homi-
nes dicunt quosdam, & natura rursus bonos, & A Eo-
num ipsorum ostendere tales differentias, & quosdam
quidem ex ipsis natura bonos dicere emissos, quos-
dam autem & natura malos, vt imaginis illorum adin-
uentio congruens esset A Eonibus. Adhuc autem quo-
niam in mundo altera quidem sunt mansucta, altera
verò fera, & quædam quidem innocentia, quædam a-
quatilia, quædam volatilia, quædam cælestia, simili-
ter A Eonas ostendere debent tale habere affectiones, si
quidem hæc illorum imagines sunt. Et ignis autem æ-
ternus, quem præparauit pater diabolo & angelis eius,
cuius eorum qui sunt sursum A Eones imago sit, inter-
pretari



pretari debent, & ipse enim in conditione numeratur. Si autem excogitationis eius qui passus est AEonis dicent imagines hæc esse, primū quidem impie agent aduersus matrem suam, malorum & corruptibilium imaginum initiatricem esse eam dicentes, Deinde autem ea quæ sunt multa & dissimilia, & contraria natura, quomodo vnus & eiusdem imaginis erunt? Et si pleromatis angelos multos esse dicent, & horū, illa quæ sunt multa imagines esse, nec sic constat ratio. Primo enim differentias pleromatis angelorum contrarias inuicem debent ostendere, quemadmodum & subiacentes imagines contrariæ naturæ inuicem sunt. Deinde autem cū sint multi & innumerabiles circa factorem angeli, quæadmodum omnes confitentur prophetæ, denamilia denum milium assistere ei, & multa milia milium ministrare ei, & secundum eos pleromatis angeli angelos factoris imagines habebunt, & manet conditio integra in imagine pleromatis, iam non consequētibus xxx. AEonis in multiformem conditionis varietatem. Adhuc etiam, si secundum similitudinem hæc illorum facta sunt, illa rursus, ad quorum similitudinem erant facta? Si enim mundi fabricator non à semetipso fecit hæc, sed quemadmodum nullius momenti artifex, & quasi primum discens puer de alienis archetypis transtulit Bythus ipsorum, vnde habuit speciem eius, quam primum emisit dispositionis? consequens est igitur illum ab altero quodam qui super eum est exemplum accepisse, & illum rursus ab altero. Et nihilominus in immensum excidet de imaginibus sermo, quemadmodum & de his, si non fixerimus sensum in vnum artificem, vt in vnum Deum, qui à semetipso fecit ea quæ facta sunt. Aut de hominibus quidem aliquis permittit à semetipsis vtiliter aliquid ad vitam adinuenisse. Ei autem Deo qui mundum consummauit. nõ permittit à semetipso fecisse speciem eorum quæ facta sunt, & adinventionem ornatae dispositionis. Vnde autem & hæc illorum imagines, cum sint illis contrariæ, & in nullo possint eis communicare. Quæ cum sint contraria, eorum quorum sint contrariæ

esse quidem possunt exitiosa, imagines verò nullo modo, quemadmodum aqua igni, & rursus lumé tenebris, & alia tanta nequaquam erunt inuicem imagines. Sic nec ea quæ sunt corruptibilia & terrena, & composita, & prætereuntia, eorum quæ secundum eos sunt spiritualium imagines erunt nisi si & ipsa composita, & in circumscriptione, & in figuratione confiteantur esse, & nõ iam spiritualia, & effusa, & locupletia, & incomprehensibilia. Necessè est enim ea in figuratione esse & circumscriptione, vt sint imagines veræ, & absolutum esse ea nõ esse spiritualia. Si autem illa spiritualia, & effusa, & incomprehensibilia dicunt, quomodo possunt quæ sunt in figura & circumscriptione, imagines illorum esse quæ sunt sine figuracione & incomprehensibilia. Si autem secundum figuracionem, nec secundum formationem, sed secundum numerum & ordinem emissionis imagines ea dicent esse, primo quidem non sunt imagines dicenda hæc & similitudines eorù, qui sursum sunt æonù. Quæ enim nec habitum, nec figurã illorum habet, quæ admodum imagines sunt ipsorù? Post deinde & numeros, & emissiones superiorum æonum eisdem & similes ad eos qui sunt conditionis adaptent. Nunc autem xxx. ostendentes æones, & tantam multitudinem eorum quæ sunt in conditione, imagines eorum quæ sunt xxx dicentes, iuste vt insensati arguentur à nobis.

¶ Quomodo non est verisimile ea quæ sunt hic vmbra pleromatis eorum esse.

Cap. VII.

I autem hæc illorum vmbra dicet esse, quæ admodum quidam ipsorum audet dicere, aut secundum hoc imagines esse, necesse erit & corpora ipsos ea quæ sunt sursum confiteri. Ea enim quæ sursum sunt corpora vmbra faciunt, non autem iam spiritualia, quandoquidem nulli obscurare possunt. Si autem & demus: illis, quod quidem est impossibile, eorum quæ sunt spiritualia, & lucida vmbra esse, in quâ matrem suam descendisse dicunt: tamen cum illa sint æterna,

æterna, & ea quæ ex ipsis efficitur umbra sempiterna
 perseuerat cum hiis quæ se adumbrant. Si autem hæc
 transeunt, & illa necesse est, quorum hæc sunt umbræ,
 transire: illis autem perseuerantibus, perseuerant & um-
 bræ ipsorum. Si autem non secundum id quod ob um-
 bretur dicentes eam umbram esse, sed secundum id quod
 multo ab illi separata sunt, paternis luminis ipsorum
 pusillitatem & infirmitatem accusabunt, quasi non at-
 tingat vsque ad hæc, sed deficiat adimplere id quod est
 vacuum, & dissoluere umbram, & hoc quando nemo sit
 impedimento: in caliginem enim conuertetur secun-
 dum eos, & obcæcabitur paternum lumen eorum, &
 deficiet in hiis quæ sunt vacuitatis locis, cum minime
 possit adimplere omnia. Non igitur iam dicant plero-
 ma esse omnium Bythum ipsorum, qui id quod est va-
 cuum & umbra, neque adimpleuit, neque illumina-
 uit, vt iterum umbram & vacuum permittant: si qui-
 dem adimplet omnia paternum ipsorum lumē. Neque
 igitur extra primum patrem, id est, qui super omnia est
 Deus, aut pleroma aliquid esse potest, in quod enthy-
 mesin passus A Eonis descendisse dicunt, vt non * diffi-
 niatur & circumscriptura ab eo qui est extra, & conti-
 neatur ipsum pleroma, vel primus Deus: neque vacuum
 esse aut umbram capiet cum iam ante sit pater, vti ne
 deficiat lumen eius & * definiatur in vacuū. Irrationa-
 le est autem & impium adinuenire locum, in quo ces-
 sat, & finem habet qui est secundum eos propator & pro-
 arche, & omnium pater, & huius pleromatis: nec rur-
 sus in patris sinu alterum* quoddam dicere tantam fa-
 bricasse conditionem fas est, vel consentiente, vel non
 consentiente, & propter prædictas causas. impium est
 enim similiter & demens dicere tantam cōditionem ab
 angelis aut ab emissionem quadam ignorāte verum Deū
 in hiis quæ sunt ipsius fabricasse. neque infra pleroma
 ipsorum, cum sit vniuersum spiritale, ea quæ sunt ter-
 rena & choica possibile facta esse: sed ne quidem secun-
 dum illorum imaginem, cum dicitur pauci & similis
 formationis & vnum esse, possibile est, & quæ multæ
 conditionis,

h iij

conditionis,

Alias, defi-
 niatur.

al. definiatur
 Videtur & a-
 liās vsurpas-
 se definire
 iuxta quartā
 coniugatio-
 nē, quod præ-
 teriti habeat
 desui

* Al. quēdam

conditionis, & contraria inuicem facta esse.

¶ Quam falsa umbra, & vacua eorum ostenditur. Cap. VII I.

Κερωμα

F Alsus autem apparuit, & qui est de umbra Cœnomaticis, id est, vacui ipsorum sermo, secundum omnia. Itaque vacuum ostensum est figmentum eorum, & inconstans doctrina, vacui autem & hij qui attendunt eis, vere in profundum perditionis descendentes. Quandoquidem est mundi fabricator Deus, constat & ipsis qui multis modis cōtradidunt ei & cōstitūt eum, fabricatorē eum vocātes, & angelum dicentes, vt nō dicamus quoniam omnes clamant scripturæ, & Dominus hunc patrem qui est in cœlis docet, & non alium, quē admodum ostendemus procedente sermone.

¶ Ostensio, quoniam est, & subsistit mundi fabricator Deus, non constat autem qui super hunc adinuenitur pater. Cap. I X.

N Vnc autem sufficit id quod est ab eis qui contraria nobis dicunt testimonia, hominibus ad hoc demum sentiētibus, veteribus quidem & in primis à primoplasti traditione hanc suadelam custodientibus, & vnum Deum fabricator cœli & terræ hymnizantibus. Reliquis autem post eos à prophetis Dei huius rei cōmemorationem accipiētibus, ethnicis verò ab ipsa cōditione discentibus. Ipsa enim conditio ostendit eum, qui condidit eam, & ipsa factura suggerit eum qui eam fecit, & mundus manifestat eum qui se disposuit. Ecclesia autem omnis per vniuersum orbē hanc accepit ab Apostolis traditionē. Cōstante igitur hoc Deo, quē admodum diximus, & testimoniū ab omnibus accipiente, quoniā est ille sine dubio, qui secundum eos adinuenitur pater, incōstans & sine teste est, Simone mago primo dicente semetipsum esse super omnia Deum, & mundum ab angelis eius factum: post deinde hiis qui successerunt ei secundum quod ostendimus in primo libro variis sententiis impias & inreligiosas aduersus fabricatorem circumducentibus doctrinas, quorum discipuli cum

cum sint hij, & ethnicis peiores efficiunt eos qui assentiunt eis. Illi enim creaturæ potius quàm creatori seruiantes, & hiis qui non sunt dij, verum tamen primum deitatis locum attribuant fabricatori huius vniuersitatis Deo, Hij autem hunc quidem labis fructum dicentes & animale eum vocantes, & non cognoscentem eam quæ super eum est virtutem, dicentem quoque, Ego sum, & præter me non est alius Deus, mentiri eum dicentes, ipsi mentientes, omnem malitiam copulantes ei, eum qui nõ est super hunc quod sit fingentes, secundum sententiã suam detegunt eum quidem qui est Deus blasphemantes, eum autem qui nõ est, Deum fingentes, in suam ipsorum condemnationem.

¶ De quæstionibus & parabolis, quomodo oporteat soluere ea quæ quærentur. Cap. X.

T qui dicunt semetipsos perfectos, & vniuersorum habere agnitionem, Ethnicis peiores, & magis blasphemii sensu, etiã aduersum sum factorem inueniuntur. perquam itaque irrationale est, prætermittentes eum, qui vere est Deus, & qui ab omnibus habet testimonium, quærere si est super eum is qui non est, & qui à nemine vnquam adnunciatus est. Quoniam enim manifestum est, dictum est de eo, & ipsi testimonium perhibent. Quia autem parabolæ, quæ quærentur & ipsæ quomodo dictæ sint, male ad eum qui adinuentus est ab ipsis trãshgurãtes, alium nunc qui ante nunquam quæsitus est generant, manifestum est. Per hoc enim quod velint ambiguas exoluere scripturas, ambiguas autem nõ quasi ad alterum Deum, sed quasi ad dispositiones Dei, alterum Deum prædicauerunt, quemadmodum prædiximus de harena resticulas necentes, & quæstioni minori quæstionem maiorem adgenerantes. Omnis autem quæstio non per aliud quod quæritur habebit resolutionem, nec ambiguitas per aliam ambiguitatem soluetur, apud eos qui sensum habent, aut ænigmata per aliud maius ænigma, sed ea quæ sunt facta ex manifestis & consonantibus, & claris accipiunt absolutiones.

Proverb.

ἐκ τῆς φάμης
σχοινοῦ ὡς
κῆρ

h iij * Hi}

Al. his autē
querētibus.

*Hij autem bis quærentes exoluere scripturas & parabolâs, alteram maiorem & impiam quæstionem introducunt, siquidem super mundi fabricatorē Deum, quod alius sit Deus, non exoluentes quæstiones (vnde enim?) sed minori quæstioni magnam quæstionem adnectentes, & nodum insolubilem inferentes. Vt enim sciât hoc ipsum scire, quod vtique xxx. annorum Dominus venit ad baptismum veritatis, hoc non discêtes, ipsum Deum fabricatorem qui misit eum ad salutem hominum, imple cõtemnunt: & vt putentur posse enarrare vnde substantia materiæ, non credentes quoniam Deus ex hiis quæ nõ erant, quemadmodum voluit, ea quæ facta sunt, vt essent omnia, fecit sua voluntate & virtute substantiâ vsus, sermones varios collegerunt, vere ostendentes suâ infirmitatem. Quoniam quidem hiis quæ sunt non credunt, in id quod non est ceciderunt. Quo enim dicunt ex lachrymis Achamoth humectam prodisse substãtiã, à risu autem lucidam, à tristitia autem solidam, & à timore mobilem, & in hiis altum sapere, & inflatum esse, quomodo hæc nõ digna risione, & vere ridicula, qui nõ credunt quidem, quoniam ipsam materiam, cum sit potens & diues in omnibus Deus, creauit, nescientes quãtum potest spiritalis & diuina substantia, credentes autem quoniam mater ipsorum, quam fœminam à fœmina vocant, à prædictis pãssionibus emisit tantam conditionis materiã: exquirentes quidem vnde suppeditauit fabricatori conditionis substantia, non quæretes autem vnde matri ipsorum quã Enthymesin & impetum æonis errantis dicunt, lachrymas tãtas aut sudores, aut tristitias, aut reliqua materiæ emissio.

¶ Quoniam substantia materiæ labi adiungere non constat, volûtate autem & virtute Dei constat & fidem hebet.

Cap. XI.

A Tribuere enim substantiam eorum quæ facta sunt virtuti & voluntati eius qui est omnium deus, & credibile & acceptabile, & constans, & in

& in hoc bene diceretur . Quoniam quæ impossibilia sunt apud homines possibilia sunt apud Deum. Quoniam homines quidem de nihilo non possunt aliquid facere , sed de materia subiacenti . Deus autem quàm homines melior , eo quod materiam fabricationis suæ cum ante non esset, ipse adinuenit. Dicere autem de Enthymesi æonis errantis prolatam materiã, & longe quidem æonem ab Enthymesi eius separatam, & huius rursus passionem & affectionem extra ipsam quidem eius esse materiam, & incredibile, & fatuum, & impossibile, & inconstans. & non credentes quidẽ, quoniam hic qui est super omnia Deº, in hijs quę sunt eius varia & dissimilia verbo fabricauit, quę admodũ ipse voluit, cũ sit omnium fabricator, vt sapiens Architectus & maximº rex.

¶ Contradictiones his qui suut à Valentino. Cap. XII.

C Redentes autem quoniam angeli aut virtus aliqua separata à Deo & ignorans eum, fecit hanc vniuersitatem. Sic igitur & veritati non credentes, in mendacio autem voluntatis perdiderunt panem vitæ veræ , in vacuum & in profundum vmbre incidentes, similes AEsopi cani , ei qui panem quidem reliqui, in vmbra autem eius impetum fecit, & perdidit escam . Et ex ipsius autem domini verbis facile est ostendere contentis vnum patrem & factorem mundi, & plasmatorem hominis, qui à lege & prophetis annuntiatus sit, & alterum nesciētis, & hunc esse super omnia Deum, docentis autem & per se eam quæ est ad patrem adoptio filiorum, quæ est æterna vita omnibus iustis attribuentis. Sed quoniam amant inculcare & ea quæ sunt sine calumnia, & calumniōsi cõcutiunt , multitudinem parabolarum & quæstionum inferentes nobis, bene hæc arbitrati sumus primo interrogare eos è contrario de suis dogmatibus, & quod non est verisimile ipsorũ ostendere, & temeritatem ipsorum excidere, post deinde domini sermones inferere , vt non sint tantum ad proponendum vacantes: sed propter hoc quod non possint ad

Ali. veritatē.

ea quæ interrogantur ratione respondere, dissolutam suam videntes argumentationem, aut reuertentes ad * vnitatē, & semetipsos humiliantes, & cessantes à mul-
 rifaria sua phantasia, placātes de hijs quæ aduersus eum
 blasphemauerunt, saluentur, aut si perseuerauerint in
 ea, quæ præoccupauit animum ipforum vana gloria, ar-
 gumentationem suam immutent.

¶ Quomodo is sermo qui est de triacontade il-
 lorū cōcidit in vtroq; , & secundū id quod plus
 est, & secundam id quod minus. Cap. X I I I.

P Rimo quidem de triacontade ipforum sic di-
 camus, vniuersam eamvtrinque concidere, &
 secundum id quod minus habet, & secundum
 id quod plus, propter quod dicunt xxx. annorum domi-
 num ad baptismum venisse. Hæc autem dicentes mani-
 festa erit vniuersæ argumentationis ipforum euersio: &
 secundum deminorationē quidem sic: primo quidem,
 quoniam annumerant reliquis æonibus propatorē. Pa-
 ter enim omnium annumerari non debet cum reliqua
 emissione, qui non est emissus, cum ea quæ emissa est, &
 innatus cum ea quæ nata est, & quem nemo capit, cum
 ea quæ ab eo capitur, & propter hoc incapabilis, qui fi-
 guratus est cum ea quæ figurata est: secundum enim id
 quod melior quàm reliqui non debet cum eis annume-
 rari, & hoc cum æone passibili & in errore constituto,
 qui est impassibilis, & non errans.

¶ Quoniā impossibile est separatas esse ad in-
 uicem eas, quæ infra plenitudinē dicuntur con-
 iugationes: ad unitis autē his impossibile est So-
 phian sine coniuge assumpsisse Labem, aut etiā
 generasse aliquid. Cap. X I I I I.

¶ Quoniā enim à Bytho inchoātes triacōtada e-
 numerāt vsq; ad Sophiā, quā æonē errantē di-
 cunt, ostēdimus in eo libro, qui est ante hunc
 librū, & quæ dicūt nomina ipforū posuimus: hoc autem
 nō annumerato iā nō sunt xxx. secundū eos emissiones
 æonum,

æonū, sed xx & viij. sūt. Post deinde primā emissionem Ennoiā, quam Sigé vocātes, ex qua rursus & Alethian emissos dicūt in vtriusque exorbitent. Impossibile est enim ennoean alicuius aut silētium separatim intelligi, & extra eū emissum propriā habere figurationē. Si autē nō dicēt emissam esse illā extra, sed adunatā propatori, vt quid cū reliquis æonibus annumerāt eā hijs qui nō sunt adunati, & propter hoc ignorāt magnitudinem eius. Si autē & vnita est, cōsideremus & hoc. necessitas est omnis adunita cōiugatione & inseparabili, & vna exi stēte, indiscretā & vnitā eā quæ ex ea est emissionē fieri, vt nō dissimilis sit ab eo qui emisit. hoc autē se sic habēte vnū & idē fiet, quemadmodū Bythus & Sige, sic & Nus & Alethia semper adhærentes inuicē, & quod non possit alterū sine altero intelligi, quēadmodum neque aqua sine humectatione, neque ignis sine calore, neque lapis sine duritia: vnita sunt enim inuicē hęc, alterū ab altero separari nō potest, sed semper coexistere ei. Sic & Bythum cum Ennoea adunitū esse oportet, & Nun cum Alethia, eodem modo, rursus & Logos & Zoë ab vnitis emissi vnitos esse, & vnum esse debēt. Secundū hęc autē & homo & ecclesia, & vniuersa reliquorū æorum coniugationis emissio, vnita esse debet, & semper coexistere alterum ab altero. Fœminā enim æonum pariter esse oportet cū masculo secundū eos, cum sit velut affectio eius: & hęc cum ita se habeant, & cū hęc dicātur ab ipsis, impudorate audent docere iuniorē duodecadis æonē, quē & Sophiā appellant, sine permixtione coniugis, quē teletum vocāt passam esse passionē, & separatim sine eo fructum generasse, quē & fœminā à fœmina nomināt, in tantum demētix progressi, ita vt manifestissime duas contrarias de eodē sententias censcāt. Si enim Byth⁹ adunitus est cū Sige, Nus cum Alethia, & Logos cū Zoë, & reliqui deinceps, quēadmodū poterat Sophia sine coniugis perplexione pati aliquid, vel generare? Si autē hęc sine vilo passa est, necesse est & reliquas coniugationes abcessione & separationē à semetipsis accipere: quod est impossibile, sicut prædiximus. Impossibile est

est ergo & Sophian passam esse sine telecto, & soluta est ipsorum rursus omnis argumentatio.

¶ Quoniam in eodem pleromate non poterat verbum & silentium esse. Cap. X V.

D E passione enim quam sine complexione coniugis passam eam dicunt, iterum derelinquam vniuersam velut tragœdiæ compositionem affixerunt: Si autem impudorate & reliquis coniugationes disiunctas ab inuicé dixerint esse separatas propter nouissimam coniugationem, vti non solvatur illorum vaniloquium, primo quidem impossibili insistant rei. Quemadmodum enim separabunt propatorem ab ennoea eius, aut Nun ab Alethia, aut Logon à Zoe, & reliquos similiter: quemadmodum autem & ipsi ad vnitatem recurrere dicunt, & omnes vnum esse, siquidē hæc quæ sunt intra pleroma coniugationes vnitatem non custodiunt, sed distantes sunt ab inuicem, in tantum vti & patiantur & generent sine alterius complexu, quemadmodum gallina sine caponibus. Post demum & sic soluetur illorum rursus prima & Archeogonos Ogdoas: erunt enim specialiter in eodem pleromate Bythus & Sige, Nus & Alethia, Logos & Zoë, Anthropos & ecclesia. Impossibile est autem Logo præsentem Sigen esse, aut iterum Sige præsentem Logon ostendi. Hæc enim consumptibilia sunt inuicem, quemadmodum lumen & tenebræ in eodem nequaquam erunt, sed siquidem lumen sit, non sunt tenebræ, vbi autem tenebræ sunt, non erit lumen, veniente enim lumine solutæ sunt tenebræ. Sic vbi est Sige, non erit Logos, & vbi Logos, non vtiq; est Sige. Si autem Endiatheton Logos dixerint, Endiathetos erit & Sige, & nihilominus soluetur ab Endiatheto Logo. Quoniam autem non est Endiathetos, ipsa hæc ordinatio ipsorum emissionis significat, iam igitur non dicant primam & principalem Ogdoadé ex Logo & Sige constare, sed aut Sigen aut Logon refutent, & soluta est illorum Ogdoas. Si enim vnitatis coniugationes dixerint, soluta est eorum vniuersa argumentatio. Quomodo enim vnitatis

vnitis eis Sophia sine coniuge Labem generavit! Si autem sicut in emissione vnumquemque ex æonibus propriam substantiam habere dicent, quæadmodum in eodem ostendi potest Sige & Logos! Et hæc quidem secundum diminutionem, secundum autem id quod plus est, rursus soluitur triacontas ipsorum sic, Emissum enim à Monogene dicunt, sicut & reliquos æonas Horó, quem plurimis nominibus vocât, sicut prædiximus in eo, qui ante hunc est liber. Hunc autem Horon quidã quidem à Monogene emissum dicunt, alij vero ab ipso propatore in similitudine sua, adhuc etiam emissionem dicunt factam à Monogene Christo & spiritu sancto, & hos nõ annumerant ad numerum pleromatis, sed neque saluatorem, quem etiam totum esse dicunt. Hoc enim manifestum est & cæco, quoniam non solum triginta emissiones secundum illos emissæ sunt, sed & quatuor cum istis xxx. Ipsum enim propatorem annumerant in pleroma, & eos qui ex successione ab inuicem emissi sunt, quod isti nõ annumerabuntur illis in eodem pleromate existentes, qui adepti sunt eandem emissionem. Quam enim & dicere possunt iustam causam, ob quam nõ annumerant cum reliquis æonibus, neque Christum quem volente patre à Monogene dicunt esse emissum, neque spiritum sanctum, neque Horon, quem & soteria dicit, sed neque ipsum saluatorem qui venit ad auxilium & formationem matris ipsorum: vtrum quasi sint isti infiores illorum, & ideo indignos esse æonum appellatione & numero, aut quasi meliores sint & differentes: Sed infimi quidem quomodo fient, qui etiam in fixationem & emendationem reliquorum emissi sunt: meliores autem rursus prima & principali tetrade esse non possunt, à qua & emissi sunt, & illa enim annumeratur in prædictum numerum. Oportuerat autem & istos annumerari in pleromate æonum, aut & illorum æonum honorem huiusmodi appellationis auferri. Cum ergo soluta illorum triacontas sicut ostendimus, & secundum id quod minus est, & secundum id quod plus est, in tali enim numero ipsius fuerit, aut minus reprobabilem faceret

ciet numerū, quāto magis tāta . Instabilis igitur ea quæ de Ogdoade ipforū, & de duodecade fabula . Instabilis autē & vniuersa illorū regula, ipso firmamēto ipforum dissipato, & in Bythū, hoc est, in id quod nō est, dissoluto. Quærat igitur iā amodo alias causas ostēdere, quare xxx. annorū domin⁹ ad baptismū venerit, & duodecadis Apostolorum, & eius quæ est sanguinis profluuii passa, & reliquorū quæcunq; vane laborantes delirant.

¶ Quomodo nullius momenti ostenditur primus ordo emissionis ipforum. Cap. X V I.

E T ipsum quidem primum ordinem emissionis ipforum reprobabilē esse sic ostendimus. emissum enim dicunt de Bytho & huius Ennoia, Nun & Alethian, quod quidē cōtrarium ostenditur. Nus enim est ipsum quod est principale & summū, & velut principiū & fons vniuersis. Ennoia autē quæ ab hoc est, qualis libet & de quo libet facta motio. Non capit igitur ex Bytho & Ennoia emissum esse Nun: verifimilius enim erat dicere eos, de propatore & de hoc Nus emissam esse filiam Ennoian. Non enim Ennoia mater est Noos, sicut dicunt, & Nus pater fit Ennoia. Quemadmodum autem & emissus est Nus à propatore, qui principalem, & primum eius qui est intus absconditæ & inuisibilis affectionis locum continet, à qua sensus generatur & Ennoia. & Enthymesis, & alia quæ non alia sunt præter Nun, sed illius ipsius, quemadmodum prædiximus de aliquo incogitate disposite qualislibet motionis secundum perseverationem, & augmentum, non secundum immutationem vocabula accipientis, & in cognitionem conterminatæ, & in verbum coemissæ sensum à mente intus & condente, & administrante, & gubernante libere, & ex sua potestate, quemadmodum & vult, quæ prædicta sunt: prima enim motio eius de aliquo Ennoia appellatur, perseverans autem & actam, & vniuersam apprehendens animam Enthymesis vocatur. Hæc autem Enthymesis multum temporis faciens in eodem, & velut probata nominatur: hæc autem sensatio

factio in multum dilatata consilium facta est, augmentum autem & motus in multum dilatatus consilij, cogitationis examinatio quæ etiam in mente perseverans verbu rectissime appellabitur, ex quo emissibilis emititur verbum. Vnum autem & idem & omnia quæ prædicta sunt, à Noque initium accipientia & secum augmentum assumentia appellationis. Quemadmodum & corpus hominis aliquando quidem nouellum, aliquando quidem virile, aliquando autem senile, secundum augmentum & perseverantiam accepit appellationes, sed non secundum substantiæ demutatione, nec secundum corporis amissionem, sic & illa. De quo enim quis contemplatur, de eo cogitat, & de quo cogitat, de hoc & sapit, de hoc & consiliatur, & quod consiliatur, hoc & animo tractat, & quod animo tractat, hoc & loquitur. Hæc autem omnia quemadmodum diximus, Nus gubernat, cum sit ipse inuisibilis, & à semetipso, per ea quæ prædicta sunt, sicut per radium emittens verbum, sed non ipse ab alio emittitur. Et hæc quidem in hominibus capit dici compositi natura, & ex corpore, & anima subsistentis: qui autem dicunt ex Deo emissam esse Ennoeã, & ex Ennoeã Nun, deinceps ex ijs Logon, primo quidem arguendi sunt improprie emissionibus vsi, post deinde hominum affectiones, & passiones, & intentiones mentis describentes. Deinde autem ignorantes quidem ea quæ obueniunt hominibus ad loquendum eis applicant, omnium patrem, quem etiam ignotum omnibus dicunt, negantes quidem ipsum mundum fecisse, vt ne quidem pusillus putetur, hominum autem affectiones & passiones donantes. Si autem scripturas cognouissent, & à veritate docti essent, sciēt vtique, quoniam nō sit Deus quemadmodum homines, & nō sic cogitationes eius, quomodo cogitationes hominum, Multum enim distat omnium pater ab hijs quæ proueniunt hominibus affectionibus & passionibus, & simplex, & non compositus, & similibrius, & totus ipse sibimetipsi similis, & æqualis est totus, cum sit sensus & totus spiritus, & tot' sensu habitas, & totus Ennoeã, & tot' ratio,

&

& totus auditus, & totus oculus, & totus lumen, & totus fons omnium bonorum, quemadmodum adest religio-
 sis ac pijs dicere de Deo. Est autem & super hæc, & pro-
 pter hæc inenarrabilis, sensus enim capax omnium be-
 ne & recte dicitur, sed non similis hominum sensui, &
 lumen rectissime dicitur, sed nihil simile ei, quod est se-
 cundum nos lumini. Si autem in reliquis hominibus,
 nulli similis erit omnium pater hominum pusillitati: &
 dicitur quidem secundum hæc propter dilectionem, sen-
 titur autem super hæc secundum magnitudinem. Si igitur
 & in hominibus ipse quidem sensus non emittitur,
 neque separatur amnois qui emittit reliqua, ammoni-
 tiones autem eius & effectus perueniunt ad manifestum,
 multo magis Dei, qui totus sensus est, ipse à semetipso ne-
 quaquam separabitur, neque quasi ab alio aliud emittitur.

¶ Quoniam sensus non potuisset emitti, qui
 ipse emittebat reliqua. Cap. XVII.

I enim sensum emisit ipse qui emisit sensum
 S secundum eos compositus & corporalis intel-
 ligitur, ut sit separatim quidem qui emisit
 Deus, separatim autem qui emissus est sensus. Si autem
 de sensu sensum dicant emissum, præcidunt sensum Dei
 & partiuntur. Quò autem & unde emissus est? quod enim
 ab aliquo emittitur, in aliquod subiectum emittitur?
 Qui autem subiacebat quam sensus Dei, in quo emissum
 dicunt eum, quantus autem & erat locus ut susciperet
 & caperet Dei sensum? Si autem quemadmodum à sole
 radium dicunt, sicut subiacet aer hic susceptor, & anti-
 quior erit quam ipse radius, & illic ostendant subiacés
 aliquid in quo emissus est sensus Dei, capabile eius &
 antiquius: post oportebit quemadmodum solem mino-
 rem esse quem omnia videmus longe à semetipso emit-
 tente radios, sic & propatorem dicere extra longe & à se-
 metipso emisisse radium * quidam autem extra aut lon-
 ge sentiri à Deo potest in quod radium emisit: si autem
 non emissum extra patrem illum dicent, sed in ipso pa-
 tre, primo quidem superfluum erit etiã dicere emissum
 esse

forte, quid
 nam.

esse eū. Quemadmodum enim est eius quod emittitur extra emittentē manifestatio, post deinde hæc emissio, & is qui est ab eo Logos erit intra patrē, similiter autē & reliquæ Logi emissiones. Iam igitur nō ignorabunt patrem, cum intra eum sint, nec secundum descensionem emissionum quis cognoscet eum, vndique omnes patre æqualiter circumdati: sed & imparsibiles omnes similiter perseverabunt, cū sint in paternis visceribus, & deminoratione nemo ipso erit. Non enim est deminoratio pater, nisi forte velut in círculo minor cōtinetur circulus, & intra hunc rursus alter minor: aut velut spherę similitudinē, aut tetragoni patrē dicāt, intra se vndique cōtinere spherę similitudinem vel quadratam reliquam æonum emissionem, vnoquoque illorum circumdato, ab eo qui est super eum maior, & circumdante eum qui post se est minorē, & propter hoc minorē & vltimū omnium in medio cōstitutum, & multum à patre separatum, ignorasse propatorem. Si autem hæc dixerint, in figura & circumscriptione cōcludent Bythum ipso eum circumdantem & circumdatum: cogentur enim & extra illum confiteri esse aliquid, quod circumdet eum. Et nihilominus in immensum, de hijs qui continent & continentur incidit sermo, & corpora inclusa esse, & omnes manifeste apparebunt: adhuc etiam aut vacuum esse eum cōfitebuntur, aut omne quod est intra eum omnes similiter participabunt de patre.

¶ Quid est emissio, & quoniam hæc quæ ab hijs dicuntur emissiones hominibus cōgruant magis quàm Deo. Cap. XVIII.

¶ Quemadmodū in aqua circulos si quis faciat, vel rotundas, vel quadratas figuras, omnia hæc similiter participabunt de aqua. Quæadmodū & quæ in aëre fabricabuntur necesse est participare de aëre, & quæ in lumine, de lumine. Sic & qui sunt intra eum omnes similiter participabunt de patre, ignorantia apud eos locum non habente. Vbi enim participatio patris adimplentis: si autem adimpleuit illic & ignorantia

rantia nõ erit. soluetur igitur ipforum deminorationis opera, & materię emissio, & reliqua mundi fabricatio, quæ ex passione & ignorantia volunt substãtiã habuisse. si autẽ vacuum illũ cõfitebuntur, in maximã incidentes blasphemiam, denegabunt id quod est spiritale eius. Quemadmodum enim est spiritualis is, qui ne quidẽ ea quæ intra eum sunt adimplere potest. Hæc autẽ quæ dicta sunt de sensu emissionis, similiter & aduersus eos, qui à Basilide sunt, aptata sunt & aduersus reliquos gnosticos, à quibus hij initia emissionum accipiẽtes, cõiuncti sunt in primo. Sed quoniam quidem reprobabilis & impossibilis prima Noos, id est, sensus ipforum emissio est, manifeste ostendimus. Videamus autem & de reliquis. ab hoc enim Logon & Zoen fabricatoris huius pleomati dicunt emissos, & Logi, id est, verbi quidẽ emissionẽ ab hominum affectione accipiẽtes, & addiuantes aduersus deum quasi aliquid magnũ adinuenientes in eo quod dicunt à Nu esse emissum Logon, quod quidẽ omnes videlicet sciũt, quoniã in hominibus quidem consequenter dicatur, in eo autẽ qui sit super omnes Deus, totus Nus & totus Logos cum sit, quemadmodũ prædiximus, & nec aliud antiquius nec posterius, aut aliud anterius habente in se, sed toto æquali & simili, & vno perseverante, iam nõ talis huius ordinationis sequetur emissio: quẽadmodum qui dicit eum totum visionem, & totum auditum, quo autẽ videt in ipso & audit, & in quo audit, in ipso & videt, nõ peccat: sic & qui ait, totum illũ sensum, & totũ verbũ, in quo sensus est, in hoc & verbum esse, & verbum esse eius hũc Nun, minus quidẽ adhuc de patre omnium sentiet: decentiora autẽ magis quàm hij, qui lationem prolatiui hominum verbi transferunt in Dei & æternum verbum, & prolationis initium donantes & Genesim, quemadmodum & suum verbũ: & in quo distabit Dei verbũ, imò magis ipse Deus, cum sit verbũ, à verbo hominum, si eandẽ habuerit ordinationem & emissionem generationis. Peccauerunt autem & circa Zoën, dicentes eam sexto loco emissam, quã oportebat omnibus præparare, quoniam
Deus

Deus vita est, & incorruptela & veritas: & non secundum
 descensionem, & quæ sunt alia acceperunt emissiones,
 sed earum virtutum quæ semper sunt cum Deo appella
 tiones sunt, quemadmodum possibile est & dignum ho
 minibus audire & dicere de Deo. Appellatione enim
 Dei eo obaudient sensus, & verbum, & vita, & incorru
 ptela, & veritas, & sapientia, & bonitas, & omnia talia:
 & neque sensum vita antiquiorem aliquis potest dice
 re, ipse enim sensus vita est, nec vitam posteriorem à sen
 su, vti non fiat aliquando sine vita is, qui est omnium sen
 sus, id est Deus. Si autem dixerint in patre quidem fuisse
 vitam, sexto autem loco prolata, vt viuat verbu, mul
 to ante eum quidem oportebat quarto loco emitti, vt
 viuat Bythus ipsorum: cum propatore ipsorum adnu
 merare quidem Sigen, & hanc coniugem ei donare, non
 connumerare autem Zoen; quomodo non super om
 nem est insipientiam? De ea autem quæ est ex hijs secun
 da emissionem hominis & ecclesie ipsi patres eorum fal
 so cognominati gnostici, impugnant aduersus inuicem
 sua propria indicantes, & malos fures semetipsos con
 uincentes, aptabiles esse magis emissiones dicentes vti
 verisimile ex homine verbum, sed non ex verbo ho
 minem emissum, & esse hominem verbo anteriorem, &
 hunc esse qui est super omnia Deus. Et vsq; hoc qui
 dem, quemadmodum prædiximus omnes hominum affe
 ctiones & monitiones metis & generationis verborum
 conuincientes verisimiliter, non verisimiliter metiti sunt
 aduersus Deum. Ea enim quæ accidunt hominibus, &
 quæcunque patientes ipsi recognoscunt, ad diuinam ra
 tionem adducunt, apta dicere videntur apud eos qui
 ignorant Deum, & per humanas has passiones transdu
 centes eorum passiones, sensum, Genesim & probolen
 quinto loco verbo Dei enarrantes mirabilia mysteria &
 inenarrabilia & alta à nullo alio cogitata dicunt se doce
 re, de quibus & dixerit dominus, quærite & inuenietis,
 vt quærant scilicet, qui de Bytho & Sige & Nu & Ale
 thia processerunt, si sunt ex eis rursus & Logos & Zoë,
 dehinc ex Logo & Zoë, anthropos & ecclesia.

ali. vindicantes

20 p 0 50 7 1/2

¶ De speciēbus, quomodo & hinc Ethnici verisimilius de vniuersorum generatione responderunt & gratius, & quomodo ab ipsis qui sunt à Valentino initia sumpserunt eiusūque sunt secundum eos regulæ.

Cap. XIX.

Antiphanis
Theogonia

M Vltro verisimilius & gratius de vniuersorum Genesi dixit vn^o de veteribus comicis Antiphanes in Theogonia. Ille enim de nocte & silentio Chaos emissum dicit, dehinc de Chao & nocte cupidinem, & hoc lumen, dehinc reliquam secundum eum primam Genesim. Post quod rursus secundam deorum generationem induxit & mundi fabricationem, dehinc de secundis dijs narrat hominum plasmatōem: vnde ipsi assumptes sibi fabulam, quasi naturali disputatione commenti sunt, solummodo demutantes eorum nomina, id ipsum autem vniuersorum generationis initium & emissionem ostendentes, pro nocte & silentio Bythum & Sigen nominantes, pro Chao autem Nun, & pro cupidine per quem ait Comicus reliqua omnia disposita, hi verbum attraxerunt, & pro primis ac maximis dijs AE onas formauerunt, & pro secundis dijs eam quæ est extra pleromatis ipsorum enarrant dispositionem, secundam Ogdoadem vocantes eam, ex qua mundi fabricationem, & plasmatōem hominum similiter atque ille annunciant, inenarrabilia & incognita mysteria solos se dicentes scire, quæ vbique in theatris ab hypocritis splendidissimis vocibus comædifantur, transferentes in suum argumentum, imò vero his de argumentis docentes, tantum immutantes nomina: & non solum quæ apud comicos posita sunt arguuntur, quasi propria proferentes, sed etiam quæ apud omnes qui Deum ignorant, & qui dicuntur philosophi, sunt dicta, hæc congregant, & quasi centonem ex multis & pessimis pāniculis cōsartientes* superficiē subtili eloquio sibi ipsi preparauerunt, nouam quidē introducētes doctrinā, propterea quod nūc noua arte substituta sit, veterem autē

ali. fictum su-
perficiū.

autem & inutilē, quoniā quidē de veterib⁹ dogmatibus ignorantia & irreligiositate volentibus hæc eadē subsecuti sunt. Thales quidē Milesius vniuersorū generationē & initium id aquā dixisse, Idē autē est dicere aquam Bythum. Homerus autē poëta Oceanum deorum genesim, & matrē Thetin dogmatizauit, quę quidē hij in Bythū & Sigen transtulerūt. Anaximander autē hoc quod immensum est omniū initiū subiecit seminaliter habēs in semetipso omniū genesim, in quo immēsos mūdōs cōstare ait, & hoc autem in Bythū & in AEonas ipsorum transfigurauerunt. Anaxagoras autem qui & Atheus cognominatus est, dogmatizauit facta animalia, decidentibus ē cælo in terram seminibus, quod & hij ipsi in maris suę transtulerunt semina, & esse hoc semen seipso statim cōstitētes apud eos qui sensum habēt & ipsos esse quę sunt Anaxagorę irreligiosi semina. Vmbrā autem & vacuum ipsorum à Democrito & Epicuro fumentes sibimetipsis aptauerunt, cum illi primum multum sermonem fecerint de vacuo & Atomis, quorum alterum quidem quid esse vocauerunt, alterum vero hoc quod nō est appellauerūt, & quēadmodum & hij esse quidem illa quę sunt intra pleroma vocant, quemadmodum illi Atomos, nō esse autem hæc quę sunt extra pleroma, quēadmodum illi vacuū: semetipsos ergo in hoc mundo cum sint extra pleroma in locum qui non est deputauerunt. Quod autem dicunt imagines esse hæc eorum quę sunt, rursus manifestissime Democriti & Platonis sententiā edisserunt. Democritus enim primus ait multas & varias ab vniuersitate figuras expressas descēdisse in hunc mūdū. Plato vero rursus materiam dicit & exemplum & Deum, quos isti sequentes, figuras illius & exemplum imagines eorum quę sunt sursum vocauerunt, per demutationem nominis semetipsos inuētores & factores huius mundi imaginarię fictionis gloriantes. Hoc autē quod ex subiecta materia dicūt fabricatorem fecisse mūdum, & Anaxagoras, & Empedocles, & Plato primi ante hos dixerunt, vt videlicet datur intelligi & ipsi matre sua inspirati. Quod autem ex necessitate

Thales

Homerus

Anaxagoras

✱✱✱

Democritus

Epicurus

Plato

Empedocles

i iij vnum

Hesiodi
Pandora

vnumquodque in illa secedit ex quibus & factum esse dicit, & huius necessitatis seruū esse Deum, ita vt non possit mortali immortalitatem addere, vel corruptibili incorruptelam donare, sed secedere vnumquemque in similem naturā suæ substantiam, & hij qui ex porticu Stoici appellantur, & vniuersi quotquot Deum ignorāt Poetæ & conscriptores affirmant: qui eandem habentes infidelitatem, spiritualibus quidem suam regionem attribuerunt, eam quæ est intra pleroma, animalib⁹ autem Choicum, & præter hæc nihil posse Deum, sed vnūquemque prædictorum ad ea quæ sunt eiusdem substantiæ secedere affirmant. Quod autem saluatorem ex omnibus factum esse AEonibus dicant, omnibus in eū deponentibus velut florem suum, non extra Hesiodi Pandoram nouum aliquid afferunt. Quæ enim ille ait de illes eum, quasi vnusquisque AEonum quod haberet optimum, donauerit ei. Ipsam autem edulium & reliquarum operationum indifferentem sententiā, & quod putent à nemine in totum posse coinquinari propter generositatem, licet quodq; manducent vel operentur, à Cyonicis possederunt cum sint cum eis eiusdē testamenti. Et minutiloquium autem & sublimitatem circa quæstiones, cum sit Aristotelicum, inferre si dei conantur. Quod autem velint in numeros transferre vniuersum hoc, à Pythagoricis acceperūt. Primū enim hij initium omnium numeros substituerūt, & initiū ipsorū parē, & imparē, ex quibus & ea quæ sensibilia & insensata sunt subiecerūt. Et altera quidē substitutionis initia esse, altera autem sensationis & substantiæ, ex quibus prima omnia perfecta dicunt, quæadmodum statuam de ærameto & de formatione. Hoc autem hij hijs qui sunt extra pleroma aptauerunt, sensationis autem initia dixerunt, in quem sensus intelligens est eius, quod primū assumptū est, quærit quoadusq; defatigata ad vnū & indiuisibile cōcurrat, & esse omnium initium, & substantiam vniuersæ generationis Hen, id est, vnum, ex hoc autē Dyadem & tetradem & pentadem & reliquorum multifariam generationem,

nerationē . Hæc hij ad verbū de plenitudine suorum & Bytho dicunt, vnde etiā & eas quæ sunt de vno coniugationes * admittuntur introducere , quæ Marcus velut sua iactans, velut nouius aliquid visus est præter reliquos adinuenisse, Pythagoræ quaternationē, velut Genesim & patrem omnium enarrās. Dicemus autem aduersus eos, vtrū ne hij omnes qui prædicti sunt , cū quibus eadem dicentes arguimini cognouerūt veritatē, aut nō cognouerunt. Et si quidem cognouerunt , superflua est Saluatoris in hunc mundū descensio , vt quid enim descēdebat? nunquid vt eam quæ cognoscebatur veritas in agnitionem adduceret his, qui cognoscunt eam in omnibus hominibus? Si autē nō cognouerunt, quemadmodum eadem cum hijs qui veritatem nō cognoscebāt dicentes, solos vosmetipsos eam quæ est super omnia cognitio habere gloriamini, quam etiā qui ignorāt Deum habent. secundum antiphrasin ergo veritatis ignorantiam agnitionem vocant, & bene Paulus ait vocum nouitates falsæ agnitionis. Vere enim falsa agnitio ipsorum inuenta est. Si autem impudenter agentes super hæc dicent, homines quidē nō cognouisse veritatem, matrem autē ipsorum semen paternale per tales homines , quæ admodum & per prophetas enunciaffe mysteria veritatis, ignorāte Demiurgo, Primo quidē nō talia enarrāt, quæ sunt prædicta, vt nō & à quolibet intelligantur. Etenim ipsi homines sciebant quæ dicebant, & discipuli ipsorum, & horū successores . Post deinde vel mater vel semen sic cognoscebant & enarrabāt ea, quæ erant veritatis, veritas autem pater. Saluator ergo secundum eos erit mentitus dicēs, Nemo cognouit patrem nisi filius. Si enim cognitus est vel à matre, vel à semine eius, solum est illud, quod nemo cognouit patrem nisi filius, nisi si semen ipsorum, vel matrem neminem esse dicūt . & vsq; hoc quidē per humanas affectiones, & per id quod similia dicant multis ignorantibus Deum verisimiliter visi sunt abstrahere quosdā , attrahentes per ea quæ affueti sunt , in eum qui est de omnibus sermonem verbi Dei, Genesim exponētes & veritatis & vitæ, adhuc etiam

forte, adnoscuntur nisi reddidit
ὁμοιωτας

sensus & Dei emissiones obsterricâtes . Quæ autem ex hijs nõverisimiliter & sine ostensione omnia ex omnibus mēiti sunt . Quæadmodũ qui assuetas escas & vt illiciãt præmittũt, vt capiãt aliquod animal, sensim blandiẽtes eis per assueta pabula, quousq; accipiãt, sumẽtes autẽ ea captiua, alligant amarissime & ducũt per vim abstrãhẽtes quocũq; ipsi voluerint . Sic autẽ & hij paulatim mansueti disuadẽtes per pithanologiã assumere prædictã emissionẽ, inferũt neq; cõgruẽtia neque opinatas reliquorũ emissionũ species, ex Logo quidẽ & Zoẽ dicẽtes æonas emissos, de Antropo autẽ & ecclesia duodecim, & horũ nec ostensionẽ, nec testimonia, nec verisimilitudinẽ, nec in totũ aliquid taliũ habẽtes, frustra autem & prout euenit credi volunt, ex Logo & Zoẽ AEonis existẽtibũ emissum esse Bythũ & mixin, innascibilẽ & vnĩtionẽ, naturalẽ & delectamentũ, immobilem & contemptamentũ, & monogenen & Macariam . De anthropo autem & ecclesia similiter AEonis existẽtibũ emissum esse paracletum & pistin, patricon & elpida, metricon & agapen, AEonõ & synesin, Ecclesiasticũ & Macarioteta, teleton & Sophiam . Huius autẽ Sophiæ passionem & errorem, & quemadmodum periclitata est perire propter inquisitionem patris, quemadmodũ dicunt, & extra pleroma operositatẽ, & ex qua labe mundi fabricatorẽ emissum docẽt, in eo qui est ante hunc liber, sententias hæreticorum enarrantes, cum omni diligentia exposuimus . Christum autem quem post genitum his omnibus emissum esse dicunt, & Sotera autem ex hijs qui in labe facti sunt AEonibus habuisse substantiam . Necessarie autem nunc nominũ istorum meminimus, vt ex istis sit manifestum absurdum eorum mēdaciũ & confusio fictæ nominationis . Ipsi autem detrahunt AEonibus suis huiusmodi appellationibus, multis Ethnicis verisimilia & credibilia apponentib⁹ nomina hijs qui vocãtur duodecim dij ipsorum, quos & ipsos imagines duodecim AEonibus esse volunt, imaginibus multo decentiora & magis potentia per Etymologiã ad inuentionem diuinitatis adducere nomina habentibus .

Quæstio

¶ Quæstio de omni specie emissionis & de
pleromatis inconsequentia.

Cap. X X.

R Euertamur autem nos ad prædictam emissionum quæstionem. Et primo quidē dicant nobis causam huiusmodi emissionis AEonum, ut nihil tangant eorum quæ sunt conditionis. Non enim propter cōditionem dicunt facta, sed conditionem propter illa, & non illa eorum imagines, Sed hæc illorū esse dicunt. Quemadmodum igitur imaginum causam reddunt dicentes, mensē quidem triginta habere dies, propter triginta æonas quæ sunt intra pleroma, & quæcunque talia delirant, Nunc dicant nobis causam istā AEonum emissionis quid quia facta est talis, propter quid autem prima & Archegonos omnium octonatio emissa est, & non quinio, vel trinitas, aut septenatio aut aliquid eorum quæ in alterum numerum confiniuntur. Et quid qui à Logo & Zoë decem emissi sunt eones & non plures aut minus, & rursus ex Anthrope & ecclesia duodecim, cum possent & hæc aut plura aut minus fieri: vniuersum quoque pleroma quod utique tripartitum est in octonationem & decadē & duodecadē, & non alterum quendam præter hos numerum. Et diuisio autem ipsa, quæ utique in tres, & non in quatuor vel quinque, vel sex, vel in alterum quendam facta est numerum, nihil tāgentes eorum numerorum, qui sunt cōditionis: antiquiora enim illa his habere dicunt, & oportet cum ea propriam habere rationem, eam quæ est ante constitutionem, sed non eam quæ est secundum constitutionem consentientes ad consonationem, quā quidem nos de conditione enunciantes aptabilia dicimus. Aptā est enim hæc rhythmizatio hiis quæ facta sunt huic rhythmizationi. Illos autem propriam causam de hiis quæ anteriora sunt, & à semetipsis perfecta non habentes enunciare, & in summam aporiam incidere necesse est: quæ enim nos de constitutione velut ignorantes interrogant, ipsi de pleromate è contrario interrogati vel
humanas

humanas affectiones enarrarent, vel in eum descenderent sermonem, qui est extra consonantiam quæ est in creatura, improprie respondentes de secundis & nõ secundum eos de primis. Non enim de ea quæ est secundum creaturam consonantia, nec de humanis affectionibus interrogamus eos, sed quia utique pleroma ipsorum cuius imaginé creaturâ esse dicunt, octiforme, & deciforme & duodeciforme est, vane & improvide pleroma eiusmodi figura effecisse patrem ipsorum fatebuntur: & deformitatem circumdabunt patri si irrationabiter aliquid fecit: aut rursus si secundum prouidentiam patris dicent sic emissum pleroma, propter creaturam uti bene rhythmisari ipsam essentiam, non propter se factum erit pleroma, sed propter eam quæ secundum similitudinem ipsius futura esset imago. Quemadmodum quæ deluto est, non propter semetipsum figuratur statua, sed propter eam quæ est ex æramento, vel auro, vel argento habet fieri: & honoratior creatura erit quàm pleroma, si propter illud illa emissa est.

¶ Quoniam quæ nobis qui sumus ab ecclesia imputant hij qui sunt à Valétino, illis rursus imputant hij qui sunt à Basilide, & illis item alij.

Cap. XXI.

S I autem nulli eorum assentire voluerint, quoniam conuincuntur à nobis nõ habentes reddere causam talis emissionis pleromatis ipsorum, cogentur cõcludi uti confiteantur super pleroma alteram quandã esse dispositionem magis spiritalem & magis dominãtem, secundum quam deformatũ est pleroma. Ipsorum enim Demiurgus non à semetipso figuracionem creaturę fabricauit talem, sed secundum illorum quæ sursum erant figurã. Bythus ipsorum qui utique huiusmodi figuracionis perfecisse pleroma, vel à quo figuram eorum quæ ante ipsum facta sunt accepit. Oportet enim vel in eo Deo qui fecerit mundũ perseverare sententiam, quoniã sua potestate & à semetipso accepit exemplum mundi fabricacionis: vel si motus quis ab hoc fuerit,

rit, semper quærendi necessitas erit, unde ei qui super eum est figuratio eorum quæ facta sunt, quis & numerus emissionum & substantia ipsius exempli. Si autem licuit Bytho à semetipso talem figurationem pleromatis perficere, utique Demiurgo non licuit à semetipso mundum fecisse. Rursum igitur si illorum imago conditio est, quid prohibet illa eorum quæ super ea sunt imagines esse dicere, & quæ super ea sunt, rursus aliorum, & in immensas imagines imaginum excedere. Sicut passus est Basilides, cum minime attigisset veritatē, & putans per immensam successione eorum quæ ex inuicem facta sunt effugere talem aporiam. Quoniã cccxv. cælos per successione & similitudinem ab inuicem factos enunciauit, & horum ostensionem esse numerum anni dierum, quæadmodum prædiximus, & horum virtutē quam & innominabilem vocat, & huius dispositionem, & nec sic quidem effugit talem aporiam. Interrogatus enim unde cælo ei qui est super omnes ex quo reliquos per successione factos vult, figurationis imago, ab ea dispositione dicet, quæ est secundum innominabile: & aut innominabilem à semetipso fecisse dicet eam, vel alteram quandam super hanc potestatem esse consentire necesse habebit, ex qua accepit innominabilis eius tantam eorum quæ sunt secundum eum figurationem. Quanto igitur tutius & diligentius, quod est verum statim initio cõfiteri, quoniam fabricator Deus hic qui mundum fecit, solus est Deus, & non est alius præter eum, ipse à semetipso exemplum & figuratione eorum quæ facta sunt, accipiens: quàm post tantam irreligiositatē & circuitum defessos, cogi aliquando in aliquo vno statuere sensu, & ex eo figuratione factorē cõfiteri.

¶ Quoniã si quis transmotos fuerit à Demiurgo, in multos deos & infinitos modos excedere eum necesse est. Cap. X X I I.

¶ Tenim hij qui imputant nobis qui sunt à Valentino, in ea quæ est deorsum hebdomade dicentes nos remanere, quasi non attollentes in altum

altum mentem, neque quæ sursum sunt sentiētes, quoniam portentiloquium ipsorum non recipimus, hoc idē ipsum quia à Basilide sunt hiis imputant, quasi hiis adhuc circa ea quæ deorsum sunt volutantibus vsque ad primam & secundam octonationē, & post triginta AEonas indocte putare eos statim inuenisse eum qui supra omnia est patrem, nō inuestigantes sensu in id quod est super cccxv. cælos pleroma, quæ est supra quadraginta quinque Ogdoades. Et illis iterum iuste quis imputabit fingēs quatuor milia & ccc. & lxxx. cælos vel AEonas, quoniam hiis dies anni tantas horas habent. Si autem quis & noctium apponat duplicās prædictas horas, magnam multitudinem octonationum & innumerabilem quandam AEonum operositatem putans adinuenisse, aduersus eum qui est super omnia pater omnium semetipsum perfectiorem suspicans, eadem omnibus imputabit: quoniā non sufficiant in altitudinem eius quæ ab ipso dicebatur multitudo cælorum vel AEonum, sed deficientes vel in ea quæ sunt deorsum, vel in medietate perseuerant eius. Igitur quæ sunt secundum pleroma ipsorum dispositionis & maxime eius quæ est secundum primam Ogdoadem, tantas contradictiones & aporias habentes inspiciamus & reliqua propter illorū insensationem, & nos de hiis quæ nō sunt quærentes, necessarie autem & hoc facientes: quoniam huius credita est nobis procuratio, & qui vellem⁹ omnes homines ad agnitionem veritatis venire: & quoniam tu ipse hoc postulaueris accipere à nobis multas & vniuersas euerisionis eorum occasiones. Quæritur igitur quemadmodum emissi sunt reliqui AEones, vtrum vniti ei qui emisit, quemadmodum à sole radij, an efficaciliter & pariter vti sit vnusquisque eorum separatim & suam figurationem habens, quemadmodum ab homine homo, & à pecude pecus, aut secundum germinationem, quemadmodum ab arbore rami: & vtrum eiusdem substantiæ existebant his qui se emisit, an ex altera quadā substantia substantiam habentes: & vtrum in eodem emisissunt, vt eiusdem temporis essent sibi, an secundum ordinē

Ordinem quēdam, ita vt antiquiores quidam ipſorum, alij verò iuniores eſſent: & vtrum ſimplices quidam & vniformes, & vndique ſibi æquales & ſimiles, quemadmodum Spiritus & lumina emiſſa ſunt, an cōpoſiti & differentes diſſimiles membrīs ſuis. ſed ſi quidem eſſicabiliter & ſecundum ſuam Geſeſim vnusquique illorum emiſſus eſt ſecundum hominum ſimilitudinē, vel generationes patris erunt ei uſdem ſubſtantiæ ei & ſimiles generatori, vel ſi diſſimiles parebunt, ex altera quadam ſubſtantiā cōſiteri eos eſſe necēſe eſt. & ſi quidem patris generationes ſimiles emiſſori, impaſſibiliā perſeuerabunt ea quæ emiſſa ſunt, quemadmodum & is qui emiſit illa: ſi autem ex altera quadam ſubſtantiā quæ eſt capax paſſionum, vnde hæc diſſimilis ſubſtantiā intra illud quod eſt incorruptelæ pleroma? Adhuc etiam ſecundum hanc rationem vnusquique eorum ſeparatim diuiſus ab altero intelligeretur, quemadmodum homines, non admixtus, nec vnitus alter altero, ſed in ſi- guratione diſcreta & circumscriptione diſſinita & magnitudinis quantitate vnusquique ipſorum deformatus, quæ propria corporis ſunt, & non ſpiritus. Iam igitur non ſpiritale pleroma eſſe dicant, nec ſemetipſos ſpiritales, ſiquidem velut homines AEones ipſorum e- pulantes ſedent apud patrem, & ipſum tali ſi- guratione exiſtentem, quemadmodum detegunt eum qui ab eo miſi ſunt.

¶ Oſtenſio quoniam Logos in diminutione non eſt prolatus. Cap. XXIII.

I autem velut à lumine lumina accenſa ſunt,
 S AEones à Logo, Logos autem à Nu & Nus à
 Bytho, velut verbi gratia à facula faculæ, gene-
 ratione quidē & magnitudine fortalſe diſtabunt ab in-
 nicem, ei uſdē autem ſubſtantiæ cū ſint cum principe e-
 miſſionis ipſorum, aut omnes impaſſibiles perſeuerāt,
 aut & pater ipſorum participauit paſſiones: neq; enim
 quæ poſtea accenſa eſt facula, alterum lumen habebit
 quàm illud quod ante eā fuit. Quapropter & lumina ab
 ipſo

ipſo cõpoſita in vnum in principalẽ vnitionẽ recurrũt, cum fiat vnũ lumen quod fuit & à principio: quod autẽ iuuenius eſt & antiquius, neq; in ipſo lumine intelligi poteſt: vnum enim lumen eſt totũ, nec in ipſis quæ perceperunt lumen faculis, & enim ipſæ ſecundum ſubſtantiã materiæ id temporis habent, vna enim & eadem eſt facularum materia: ſed tantum ſecundum accenſionẽ, quoniam altera quidem ante tempus illud, altera autẽ nunc accenſa eſt.

¶ Quomodo ſecundum hæreticos voluntas patris inuenitur feciſſe ignorantiam & labem. Cap. XXIIII.

L Abes igitur eius quæ eſt ſecundum ignorantiam paſſionis, aut vniuerſo ſimiliter pleromati ipſorum proueniet, cum ſint eiufdẽ ſubſtantiæ, & erit in ignorantiæ labe, id eſt, ſemetipſum ignorans propator, aut ſimiliter omnia impaſſibilia perſeuerabũt, ea quæ ſunt intra pleroma lumina. Vnde igitur circa iuniorẽ AEonem paſſio, ſi paternum lumẽ eſt ex quo omnia cõſtituta ſunt lumina, quod naturaliter impaſſibile eſt. Quomodo autem & iuuenior aliquis aut ſenior in ipſis AEon dici poteſt, cũ ſit vnum lumẽ totius pleromatis: & ſi quas ſtellas dicant, eã nihilominus eadem vniuerſi apparebunt natura participãtes. Etenim ſi ſtella in claritate differt, ſed non ſecundum qualitãtẽ, nec ſecundum ſubſtantiã, ſecundum quam paſſibile aliquid vel impaſſibile eſt: ſed aut vniuerſos ex lumine cũ ſint paterno, naturaliter impaſſibiles & immutabiles eſſe oportet: aut vniuerſi cũ paterno lumine & paſſibiles, & commutationum corruptionis capaces ſunt. Hæc autem eadem ratio ſequetur, & ſi velut ab arbore ramos dicant à Logo natam eſſe emiſſionem AEonum, cum Logos à patre ipſorum generationem habeat: eiufdem enim ſubſtantiæ omnes inueniuntur cum patre, tantum ſecundum magnitudinem, ſed non ſecundum naturam differentes ab inuicem, & magnitudinem cõplentes patris, quemadmodum digiti complent manũ.

Sꝫ

Si igitur pater in passione & ignorantia, & hij utique qui ex eo generati sunt AEones. Si autem impium est patri omnium, ignorantiam & passionem affingere, quomodo ab eo emissum dicunt AEonem passibilem, & hoc ipsi Sophiæ Dei eandem impietatem affigentes, semetipsos religiosos esse dicent. Si autem quo modo à sole radios AEonas ipsorum emissiones habuisse dicent, eiusdem substantiæ & de eodem omnes cum sint, aut omnes capaces passionis erunt cum eo qui ipsos emisit, aut omnes impassibiles perseverabunt. Non enim iam quosdam impassibiles, quosdam autem passibiles possunt ex tali emissionem confiteri. Si igitur omnes impassibiles dicunt, ipsi suum argumentum dissolunt: quomodo enim passus est minor æon, si omnes erunt impassibiles? Si autem omnes dicunt participasse passionis huius, quemadmodum quidam audent dicere, quia à Logo quidem cœpit, deriuatio autem in Sophiam, in Logum huius Nun propatoris passionem reuocantes arguentur, & Nun propatoris & ipsum patrem in passione fuisse confitentes. Non enim ut compositum animal quiddam est omnium pater præter Nun quemadmodum præostendimus, sed Nus pater, & pater Nus. Necessè est itaque & eum qui ex eo est Logos, imò magis autem ipsum Nun, cum sit Logos, perfectum & impassibile esse, & eas quæ ex eo sunt emissiones eiusdem substantiæ cum sint, cuius & ipse, perfectas & impassibiles & semper similes cum eo perseverare, qui eas emisit. Non igitur iam Logos quasi tertium ordinem generationis habens ignorauit patrem, quemadmodum docent hij: hoc enim in hominum quidem generatione fortasse putabitur verisimilius esse, eo quod sæpe ignorant suos parentes, in Logo autem patris omni modo impassibile est. Si enim existens in patre cognoscit hunc in quo est, hoc est semetipsum, non ignorat & quæ ab hoc sunt emissiones virtutes eius existentes & semper ei assistentes, ignorabunt eum qui se emisit, quemadmodum nec radij solem. Non capit igitur Dei Sophiam eam intraplurima est cum sit, at illi emissionem sub passione cecidisse &

disse & talem ignorantiam concepisse. Possibile est autē quæ est à Valentino sapientiā, cum sit de diaboli emissionē, in omni passione fieri, & profundum ignorantie fructificare. Vbi enim ipsi testimoniū perhibent de matre sua, dicentes eam à Eonis errantis generationem esse, iam non quærere oportet causam propter quam filij huiusmodi matris ignorantie semper nati sunt profundum. Præter has autem emissiones ego quidem iam non intelligo alteram posse eos dicere, sed ne ipsi quidem alteram quandam proprietatem emissam reddentes aliquando, cogniti sunt nobis, licet valde multam de huiusmodi speciebus quæstionē habuerimus cum eis: hoc autem solum dicunt quoniam emissi sunt vnusquisque illorum, & illum tantum cognouisse qui se emisit, ignorans autem eum qui ante illum est. Iam non autem cū ostensione progrediuntur quemadmodum emissi sunt, aut quomodo capit tale quid spitalibus fieri. quando cunque enim progressi fuerint obligabuntur, & à recta ratione cæcutientes circa veritatem, in tantum, vti eū qui est à Nu propator ipsorum emissus sermo in deminorationem eum emissum dicant: Nun enim perfectū à pefecto Bytho progeneratum iam non potuisse eam quæ ex eo est emissionem facere perfectam, sed obcæcatam circa agnitionem & magnitudinem patris, & Saluatorem symbolum mysterij huius ostendisse in eo qui à natiuitate cæcus fuit, quoniam sic cæcus emissus est à monogene AEon, id est ignorantia, ignorantiam & cæcitatem commentientes verbo Dei secundum eos à propatore emissionē habēti, admirabiles Sophistæ & altitudines inuestigantes incogniti patris, & supercælestia sacramenta enarrantes, in quem cupiunt angeli prospicere vti discant, quoniā à Nu eius patris, qui super omnia est emissum verbum, cæcum emissum, id est, ignorans patrem, qui se emisit. Et quemadmodum o vanissimi Sophistæ Nus patris imò etiam ipse pater cū sit Nus & perfectus in omnibus imperfectum & cæcum æonē emisit suum Logon, cum possit statim & agnitionem patris cum eo emittere, quemadmodum Christum post genitum

Genitum quidem reliquis, perfectum autē dicitis emis-
 sum: multo magis igitur qui est eo ætate prouectior Lo-
 gos, ab eodem Nu perfectus utique emitteretur & non
 cæcus, nec ille rursus plus cæcus, quàm si AEonas emit-
 teret, quoadusque Sophia vestra semper excæcata, tan-
 tam malorum enixa est substantiam? & huius malitiæ
 causa est pater vester: magnitudinem enim & virtutem
 patris causas ignorantia esse dicitis, Bytho assimilan-
 tes eum, & nomen hoc ei apponentes innominabili pa-
 tri. Si autem ignorantia malum, omnia autem mala ex
 ea fluxisse definitis, huius autem causam magnitudinē
 & virtutem patris dicentes, malorum factorem eū ostē-
 ditis. Id enim quod non potuerit contemplari magni-
 tudinem eius, causam dicitis mali. Sed si quidem impo-
 ssibile erat patri notum semetipsum ab initio, his quæ
 ab eo facta sunt, facere, inexcusabilis erat. quoniam po-
 terat ignorantiam auferre eorum, qui post se sunt. Si au-
 tem postea volens eam quæ secundum progressionem
 emissionum aucta fuerat ignorantiam, & infematam
 AEonibus auferre, potuit multo magis prius eam quæ
 nondum erat, ignorantiam volens nō permittere fieri.
 Quoniam igitur quādo voluit agnitus est non tantum
 AEonibus, sed & hiis qui in nouissimis temporibus, nō
 volens autē ab initio agnosci, ignoratus est, causa igno-
 rantia secundum vos est, voluntas patris. Si enim præ-
 sciebat hæc sic futura, quare utique priusquam fieret nō
 absceidit ignorantia ipsorum, quam postea, velut ex pœ-
 nitentia curat per missionem Christi. Qui enim per
 Christum agnitionem omnibus fecit, multo ante pote-
 rat facere per Logon, qui & primogenitus erat mono-
 genus. Vel si præsciens voluit fieri hæc, semper perseue-
 rant ignorantia opera, & nunquam prætereunt. Quæ
 enim ex voluntate propatoris vestri facta sunt, perseue-
 rare oportet cū voluntate eius, qui voluit, vel si præte-
 reunt hæc, cum his præteriet & voluntas eius, qui sub-
 stantiam eam habere voluit. Quid enim & discentes
 requieuerunt AEones, & perfectam agnitionem perce-
 perunt, quoniam incapabilis est & incomprehensibilis

k pater.

pater. Hanc autem agnitionem habere potuerunt priusquam in passionibus fierent: non enim deminorabatur magnitudo patris ab initio, scientibus hiis quia incapabilis & incomprehensibilis est pater. Si enim propter immensam magnitudinem ignorabatur, & propter immensam dilectionem impossibiles debebat conseruare eos qui ex se nati erant, quoniã nihil prohibebat, sed magis vtile erat ab initio cognouisse eos, quoniam incapabilis & incomprehensibilis est pater.

¶ Quoniam Sophia nunquam in ignorantia & deminoratione est. Cap. XXV.

¶ **Q**uomodo autem non vanum est, quod etiam Sophiam eius dicunt ignorantia & in deminoratione & in passione fuisse: hæc enim aliena sunt à Sophia & cõtraria, sed nec affectiones eius sunt. Vbi enim est improuidentia, & ignorantia vtilitatis, ibi Sophia non est. non iam igitur Sophiam passam A Eone vocet, sed aut vocabulum eius, aut passionem prætermittant: & plenitudinem autem vniuersam non dicant spiritalem, si intra ipsam A Eon hic cum esset in passionibus tantis conuersatus est. Hæc enim ne anima quidem fortis, non dicam spiritalis substantia, percipiet. Quomodo autem rursus Enthymesis eius cum passione procedens separatim poterat fieri. Enthymesis enim esse intelligitur aliquem, ipsum autem seorsum nunquam fecit. exterminatur enim & absorbetur mala à bona Enthymesi, quemadmodum ægrimonium ab incolumitate. quæ enim erat prior Enthymesis passionis exquirere patrem & magnitudinem eius considerare, qui autem suasa est postea & conualuit, quoniam incomprehensibilis, & qui inueniri non possit est pater: non igitur bonum erat quod vellet cognoscere patrem, & propter hoc est & passibile, sed quando suasa est quoniam inuestigabilis esset pater & conualescens, sed ille ipse Nus quærebat patrem, cessauit secundum eos adhuc quærebat dictus, quoniam incomprehensibilis est pater.

¶ Ostensio

Aliàs, fiet

¶ **O**stensio quoniam nec Enthymesis sine AEone propriam habuerit substantiam, nec passio sine Enthymesi est.

Cap. XXVI.

Quemadmodum igitur Enthymesis poterat separata concipere passiones, quæ & ipsæ affectiones eius erāt. Affectio enim erga aliquem fit. ipse autem seorsum non potest esse, nec constare. Nō solum autem instabile est hoc, sed etiam contrarium eī quod est à Domino nostro dictum, Quærite & inuenietis. Dominus enim quærendo & inueniendo patrem, perfectos consumat discipulos. Is autem qui sursum est Christus ipsorum per id quod præcepit AEonibus, non quærere patrem suadēs, quoniam etsi multum laborauerint perfectos eos consummauit. Et sic quidē perfectos aiunt in eo quod dicant inuenisse Bythum ipsorum, AEonas autem in eo quod ipsa sint, quoniam inuestigabilis est qui ab eis inquirebatur. Cum igitur ipsa Enthymesis non posset sine AEone separatim consistere, adhuc maius inferunt mendacium, de passione eius separatim, rursus diidentes eam, & hanc esse substantiā dicentes materiæ. quasi non esset lumen Deus, nec adesset sermo qui posset eos arguere, & euertere nequitiam ipsorum: utique enim quodcūque sentiebat AEon hoc & patiebatur. & quod sentiebatur, hoc & sentiebat, & non aliud erat apud eos Enthymesis eius nisi passio, incōprehensibilem cōprehēdere excogitatis, & passio Enthymesis, impossibilia enim sentiebat. Quēadmodū itaque poterat affectio & passio ab Enthymesi seorsum separari, & substantia tātæ materiæ fieri, quādo & ipsa Enthymesis passio erat, & passio Enthymesis. nec igitur Enthymesis sine AEone, nec affectiones sine Enthymesi separatim habere possunt substantiā, & soluta est & hic rursus regula ipsorū. Quēadmodum autem & soluebatur & patiebatur AEon, siquidem eiusdem substantiæ cuius & pleroma erat, pleroma autem vniuersum ex patre. quod enim simile est simili nō dissoluetur in nihilum, nec perire periclitabitur, sed magis perseverabit & augetur.

k ij ¶ **Q**uoniam

¶ Quoniam nec dissolui nec pati AEon poterat cum esset spiritalis & in quæ similia erunt conuersans.

Cap. XXVII.

¶ **Q**uemadmodum enim ignis in igne, & Spiritus in Spiritu, & aqua in aqua, quæ autè sunt contraria à contrariis patiuntur, & vertuntur & exterminantur, sic & si fuisset luminis emissio, nõ pateretur, nec periclitaretur in simili lumine, sed magis effulgesceret & aufereretur, quemadmodum dies à sole: etenim Bythum imaginem patris sui esse dicit. Quæcûque sunt peregrina & sibi extranea animalia atque contraria natura periclitantur & corrumpuntur: quæ autem sibi assumpta sunt, & cognata nullum patiuntur periculum in ea conuersantia, sed & salutem & vitam ex eo acquirunt. Si igitur eiusdem substantiæ, cuius & uniuersum pleroma ex eo emissum, fuisset hic AEon, nunquam demutationem perciperet, cum esset in similibus & assuetis conuersans, spiritalis in spiritalibus. timor enim & expauescentia & passio, & dissolutio, & alia in his quidè quæ sunt secundum nos & corporalibus fortassis fiât à contrariis: in spiritalibus autem & diffusum habentibus lumen, iam nõ tales consequuntur calamitates. sed mihi videtur eius passionem, qui est apud Comicum Menandrum valde amans & odibilis, AEoni suo circumdedisse. Magis enim infeliciter amantis cuiusdam hominis apprehensionem & mentis conceptionem habuerunt qui hæc finxerunt, quam spiritalis & diuinæ substantiæ.

¶ Quoniam pacis exquisitio & inuestigatio magnitudinis eius nec passionem nec Labem sed tantum perfectiones faciebat in AEone.

Cap. XXVIII.

¶ **S**uper hæc quoque & cogitare de quærendo perfectum patrem, & velle intra eum fieri, & habere eius comprehensionem, non ignorantiam, nec passionem poterat incidere & hoc AEoni spiritali, scd

sed magis perfectionem & impassibilitatem & veritatē. Nec enim ipsi cum sint homines, excogitantes de eo qui ante ipsos est, & velut iam comprehendentes perfectum, & intra eius constituti agnitionem, dicunt semetipsos in passione consternationis esse, sed magis in agnitione & apprehensione veritatis. Etenim Salvatorem quærite & inuenientis, discipulis propter hoc dixisse dicunt, ut eum qui ab ipsis per excogitationem fictus est, super fabricatorem omnium inenarrabilem, Bythum quærant, & semetipsos perfectos esse volunt, quoniam in quærentes inuenerunt perfectum, cum adhuc sint in terra: Eū autem qui intra pleroma sit AEonem totum spiritalem quærentem propatorem, & intra magnitudinem eius conantem fieri, & comprehensionem paternæ veritatis concupiscentem habere, in passionem dicunt recidisse, & passionem talem, ut nisi ei occurrisset virtuti quæ omnia firmat, dissolutus fuisset in vniuersam substantiam & exterminatus.

¶ Quoniā non capit AEonem infra pleroma desiderium passionis percepisse. Cap. X X I X.

AE sana est hæc præsumptio, & vere destitutorum à veritate sensus hominum. quoniam enim non hic melior est, quā ipsi & vetustior, ipsi quoque contentur secundum suam regulam, dicentes se esse cōceptum Enthymeseos eius AEonis qui passus est, ita ut sit hic AEon matris ipsorum pater, id est, auctus ipsorum. & posterioribus quidem nepotibus exquirito patris veritatem & perfectionem & cōfirmationē, & eliquationē à fluxibili materia facit, sicut dicunt & recōciliationē ad patrem, quo autem ipsorum hæc eadem inquisitio ignorantiam & passionem & expauescētiam & timorem, & consternationē infecit, ex quibus & substantiam materiæ factam dicunt. Exquirere ergo & inuestigare perfectum patrem, & concupiscentiam communicationis cum eo, & vnitatis, sibi quidem salutare fieri, AEoni autem à quo & genus habent, dissolutionis & perditionis causam fuisse dicentes, quomodo nō

per omnia incongruū & fatuum & irrationabile? & hij qui assentiunt vere cæci, cæcis ducatoribus vtentes, iuste & corruunt in subiacetem ignorantiaꝝ profundum,

¶ Quomodo de semine ipsorum sermo vniuersus instabilis ostenditur.

Cap. XXX.

¶ Valis est autem & de semine ipsorum sermo, conceptum quidem illum secundum figurationem eorum, qui sunt. Ergo Saluatorem angelorum à matre informem & sine specie, & imperfectum, depositum autem in Demiurgum nesciente eo, vt per eum in eā animam quæ erat ab eo seminatum, perfectionem & formationem percipiat. Primum quid est dicere, quoniam imperfecti & infigurati & informes hij sunt angeli, qui sunt erga Saluatorem ipsorum. Si quidem secundum illorum speciem conceptum tale quid generatum est, Post deinde quod dicant ignorasse fabricatorem eam quæ fuit seminis in eum demissio, & iterum ea quæ facta est per eum in hominem seminatio, futile verbum & vanum, quod nullo modo ostendi possit. Quemadmodum enim ignorauit illud, si substantiā aliquam & qualitatem propriam habuisset ipsum semē, si autem sine substantia & sine qualitate & nihil erat, consequenter ignorabat illud: quæ enim propriam quandā
 *monitionem & qualitatem vel caliditatis vel velocitatis, vel dulcedinis habent, vel claritatis cuiusdam differentiam, nec homines quidem lateant cum sint cum hominibus, in tantum ab est vt fabricatorem huius vniuersitatis Deum, apud quem iuste nō est agnitum semē ipsorum, cū sint sine qualitate vniuersæ vtilitatis & sine substantia omnis actionis, & in totum nihil existentes. Et propter hoc mihi videtur etiā Dominus dixisse, Omnis sermo otiosus, quem loquuti fuerint homines, reddent pro eo rationem in die iudicij. Omnes enim quicunque tales sunt, otiosos sermones in aures hominum immittentes, assistent in iudicio rationem reddenturi de hiis quæ vane cōiecerunt, & mentiti sunt aduersus

rationem
forte

fus Deum, in tantum ut semetipfos dicant propter seminis substantiam agnoscere spiritale pleroma, in eo homine qui est intus demonstrante eis verum patrem. Opus enim esse animali sensibilibus erudimentis.

¶ Quoniam non ignoravit Demiurgus seminis depositionem in eum. Cap. XXXI.

Demiurgum autem uniuersum semen hoc matre deponente suscipiētem in semetipsum, omnia omnino ignorasse, & nullū sensum eorū quæ erga pleroma sunt habuisse: & se quidem spiritales esse, quoniam particula quædam uniuersitatis patris in anima ipsorum deposita est, cum ex eadem substantia habeant animas, ex qua & Demiurgus, sicut dicitur: huc autem semel uniuersum suscipientem semē à matre, & habentem in se, animalem perseuerasse, & nihil in totum sensisse eorum quæ sunt superiora, quæ hij semetipfos intelligere dum adhuc sunt in terra gloriantur. Quomodo hoc non super omnem irrationabilitatem est? Etenim id ipsum semen horum quidem animæ agnitionem attribuisse & perfectionem, ei autē qui eos fecit Deus, ignorantiam attribuisse putare, vere vāsanorum est, & in totum mente destitutorum. Adhuc etiam vanissimū est, quod dicunt in hac depositione figurari illud & augescere, & paratum fieri ad susceptionem perfectæ rationis: erit enim ei materiæ admixtio, quam ex ignorantia labe voluit habuisse substantiam, aptior & vtilior, quàm fuit paternum lumen ipsorum. Siquidem secundum illius depositionem natum informe & in figuratū fuit: ex hac autem formatione speciem & augmentum & perfectionem assumpsit.

¶ Et quoniā si in eum depositum fuisset semen, non potuisset ignorare ea quæ super eum. Cap. XXXII.

S I enim quod est à pleromate lumen causa fuit spiritali, ut nec formam nec speciem, nec magnitudinem haberet propriā, quæ autē huc est
k iiij descensio.

Paulominus
pro propemo-
dum.

descensio, hæc vniuersa addidit ei, & ad perfectionē deduxit, multo optabilior & vtilior videbitur quæ est hic conuersatio, quam & tenebras dicunt, quam fuit paternum lumen ipsorum, Quomodo autem nō ridiculum, matrem quidem ipsorum in materiam periclitatam dicere, vti pene suffocaretur, & paulominus corrumpere-
tur, nisi vix tunc superextendisset & exilisset ex semetipsa adiuuētum percipiens à patre. Semen autem eius in hac eadem materia auferere & formari, & aptum ad susceptionem perfecti sermonis expediri, & hoc in dissimilibus, & in insuetis ebulliens, sicut ipsi dicunt, contrarium esse terrenum spiritali, & spirituale terreno. Quomodo igitur in contrariis & in insuetis paruum emissum, quemadmodum dicunt, & auferere & formari & ad perfectionem peruenire potuit?

¶ Quomodo contraria de matre & labis eius consilia decreuerunt. Cap. XXXIII.

forte, femine

forte qui

A Dhuc etiam & ad hæc quæ dicta sunt requiretur, vtrū ne semel enixa sit mater illorū semel, vt vidit angelos, an particulatim. Sed si quidē simul & semel quod exiit de conceptum, nunc iam non erit infantile? superflua est igitur in eos qui nunc sunt homines descensio eius. Si autem particulatim, iam nō secundum figuram eorum, quos vidit angelos fecit conceptionem, simul enim eos & semel vidēs & concipiēs, semel enixionem debebat fecisse, quorum de* semel conceperat figuras. Quid autem quod angelos cum Salvatore simul videns, illorum quidem imagines concepit, Saluatoris autem non* quod est decorior super illos, an nunquid non placuit ei hic, & propter hoc non concepit eum? Quomodo autem Demiurgus quem psychicu vocant, propriam secundum eos magnitudinem & figuram habens, emissus est secundum suam substantiam perfectus? Quod autem spiritale est, quod etiam operosius oportet esse quam animale, imperfectum emissum est, & opus ei fuit vt in animam descenderet, vt in ea formaretur, & ita perfectum existens, paratum

tum fiat ad suscipiendum * paratum verbum. Si igitur ali. perfectū, in terrenis hominibus, & in animalibus formatur, iam non secundum angelorum similitudinem est, quos dicunt lumina, sed secundum eorum qui sunt hic homines. Non enim angelorum habebit similitudinem & speciem, sed animarum, in quibus & formatur. Quomodo aqua in vas missa, ipsius vasis habebit formam, etiam si gelauerit, eam speciem habebit vasculi, in quo gelavit, quando ipsæ animæ corporis habebāt figuram, ipsi enim adaptatæ sunt vasi, quemadmodum prædiximus. Si igitur & illud semē hic coagulatur & formatur, hominis figura erit, sed non angelorum formam habēs. Quomodo igitur ad imagines angelorum illud semen est, quod secundum similitudinem hominum figuratur. Quid autem cum spiritale esset, opus ei fuit, vt in carnem descenderet: caro enim eget spiritali, si tamen incipiet saluari, vt in eo sanctificetur & clarificetur & absorbeatur mortale ab immortali: spiritali autem in totum non est opus eorum quæ sunt hic. non enim nos illud, sed illud nos meliores facit.

¶ Ostensio quod nec conceptio nec generatio feminis fuit. Cap. XXXIIII.

Dhuc autem manifestius qui est de semine ipso forū sermo arguitur falsus, & à quolibet perspici potest, in eo quod dicāt eas animas quæ habuerint à matre semen, meliores reliquis fieri. Quapropter & honoratas à Demiurgo, & principes & reges & sacerdotes ordinatos esse. Si enim erat hoc verum, primus utique Caiphas summus sacerdos & Anna & reliqui summi sacerdotes & legis doctores & principes populi credidissent domino, in eam cognationem concurrentes, & ante hos etiam Herodes rex. Quoniam autem nec hic, nec summi sacerdotes, nec qui præerant, neque clari de populo accurrerūt ei, sed è cōtrario qui erāt in viis mendicæ sedentes surdi & cæci, & à reliquis conculcabantur & contemnebantur, quemadmodū & Paulus ait: Videte enim vocationem vestram fratres, quoniam non

non multi sapientes apud vos, nec nobiles, neque fortes sed quæ fuerut contemptibilia mudi, elegit Deus. Non itaque erant meliores tales animæ propter feminis depositionem, neque propter hoc honorificabantur à Demiurgo. Et de eo quidem, quod sit regula ipsorum infirma & instabilis, adhuc etiam & vana, sufficiant quæ dicta sunt. Nec enim oportet, quod solet dici, vniuersum ebibere mare, eum qui velit discere, quoniam aqua eius falsa est. Sed quemadmodum statua de luto facta, colorata autem superficie, vt putetur aurea esse, quæ sit lutæa, & quicumque accipiet ex ea particulam qualemcunque, & exhauriens ostenderit lutum, liberabit eos, qui veritatem quærunt à falsa opinione.

¶ Quoniam exsolutionem parabolæ
improprie & inconuenientem fictioni
sue faciunt. Cap. XXXV.

Eodem modo & nos non modicam patrem,
sed ea quæ sunt maxima continentia regulæ
ipsorum resoluentes capitula, omnibus quot
quot non seduci scientes volut, quod est nequam & do-
losum & seductorium & perniciosum de schola eorum
qui sunt à Valentino, & à reliquis hæreticorum quot-
quot Demiurgum, id est, fabricatorem & factorem huius
vniuersitatis solum existentem Deum male tractant, o-
stendimus, dissolubilem eorum viam manifestantes.
Quis enim sensum habens & veritatis vel modicum attin-
gens, sustinebit dicentes, super Demiurgum Deum esse
alterum patrem, & alterum quidem esse monogenem, alte-
rum autem verbum Dei quæ & in deminoratione emis-
sum dicunt, alterum autem Christum, quem & postero-
rem reliquis AEonibus cum spiritu sancto factum esse di-
cunt, & alterum Saluatorem, quem ne à patre quidem
vniuersorum sed ab hijs qui in deminoratione facti sunt
AEonibus collatum, & congestum dicunt, & necessarie
propter deminorationem emissum, vt nisi in ignorantia
& deminoratione fuissent AEones secundum eos, nec
Christus emissus fuisset, nec spiritus sanctus, nec horos,
nec

nec foter, nec angeli aut mater ipsorum, nec semē eius, nec reliqua mundi fabricatio, sed fuissent omnia deserta ac destituta tot bonis. Nō solū itaq; in fabricatorem tantum irreligiosi sunt, labis eum dicentes fructum, sed & in Christum & in spiritum sanctum propter labē dicentes eos emissos, & saluatorem autem * finaliter post labem. Quis enim sustinebit reliquum eorum vaniloquium, quod astute parabolis adaptare conātes, & se & eos qui sibi credut in maximā conuertūt impietatem. Quoniam & parabolās & actus domini improprie & in consequenter inferunt figmento suo, ita ostendimus.

ali. similliter.

¶ Ostensio quoniam in vno anno nō præconiauerit dominus post baptismum, sed omnē ipse eam ætatem. Cap. XXXVI.

Illam enim quam erga duodecimū AEonem dicunt accidisse passionē, conantur ostēdere, quod Saluatoris passio à duodecimo Apostolorū facta sit, & in duodecimo mēse. Vno enim anno volūt eū post baptismū prædicasse. Sed & in illa quæ profluum sanguinis patiebatur manifeste dicunt ostensum: duodecim enim annis passa est mulier, & tangens simbriam Saluatoris, consequuta est sanitatem ab illa virtute, quæ egressa est à Saluatore, quam præesse dicunt: illa enim quæ passa est virtus, extensa & in immensum effluens, ita vt periclitaretur & omnē substantiā dissolui, cum tetigisset primam quaternationē, quæ per simbriam significatur, stetit, & à passione cessauit. Hoc ergo quod dicunt duodecimi AEonis passionem per Iudam demonstrari, quomodo potest in similitudinē comparari Iudæ, qui eiectus est de numero duodecimo, nec restitutus est in locū suū. AEon enim cui⁹ typū Iudā dicunt esse, separata eius Enthymesi restituta est, siue reuocata: Iudas autem abdicatus & eiectus, & in locum eius Matthias ordinatus est, secundum quod scriptum est, & episcopatum eius accipiat alius. Debuerunt itaque dicere, duodecimum AEonem eiectum esse

do

de pleromate, & in locū eius aliū prolatū siue emissum, si tamen in Iuda ostēditur. Adhuc autē ipse quidē AEon quod sit passus dicūt, Iudas autem quod sit proditor. Patiens autem Christus venit ad passionem, & nō Iudas, & ipsi cōfitebūt. Quomodo igitur Iudas traditor ei⁹, qui pro nostra salute pati habuit, typ⁹ & imago esse poterat AEonis, quæ Christi passio similis est passioni AEonis, ei quæ in inuisibilib⁹ facta. AEon enim passus est passionem dissolutionis & perditionis, vt periclitaretur ipse qui patiebatur & corrumpi: Dominus autem noster Christus passus est passionem validam, & quæ non cederet, nō solū ipse non periclitatus corrumpi, sed & corruptū hominē firmavit robore suo & in corruptionem reuocauit. & AEon quidem passus est passionem ipse requirens patrem, & non præualens inuenire: dominus autem passus est, vt eos qui errauerunt à patre, ad agnitionem, & iuxta eū adduceret: & illi quidem inquisitio magnitudinis patris fiebat passio perditionis, nobis autem dominus passus, agnitionem patris conferens, salutem donauit: & illius quidem passio fructificauit fructū scæmineum, sicut dicūt, inualidū & infirmū & informē & inefficacem, istius autem passio fructificauit fortitudinem & virtutem. Ascendens enim in altitudinem dominus per passionem, captiuam duxit captiuitatem, de dit dona hominibus, & contulit credentibus in se super serpentes & scorpiones calcare, & super omnem virtutē inimici, id est, principis Apostasiæ. Et dominus quidem per passionem mortem destruxit, & soluit errorem corruptionemque exterminauit, & ignorantiam destruxit, vitam autem manifestaui eis, ostēdit veritatem, & in corruptionem donauit.

¶ Quomodo destruetur, qui est de numeris ipsorum & nominibus sermo.

Caput XXXVII.

ali. sustinuit I Llorū autem AEon cū fuisset perpeffus, ignorantiam * substituit, substantiam informem peperit, ex qua omnia materialia opera prola

ta

ta sunt secundum eos, mors, corruptio, error, & hijs similia. Nō ergo Iudas duodecimus discipulus typ⁹ erat pass⁹ A Eonis, sed neque domini nostri passio: per omnia enim dissimile, & inconueniens inuicem sibi ostensum est, non solum in hijs quæ prædiximus, sed secundum ipsum numerum: proditor enim Iudas quod sit duodecimus denominatus Apostolus in Euangelio, hic autem A Eon non duodecimus, sed trigessimus est: non enim duodecim tantum A Eones voluntate patris prolati sunt, secūdu hęc, nec duodecim⁹ ordine emissus est, in trigesimo loco annumerantes eum emissum. Quo modo ergo duodecimus ordine Iudas, eius qui in trigesimo ordine est A Eon, potest esse typus & imago? si autem Iudas pereuntem imaginē Enthymescos eius esse dicunt, nec sic imago similis erit eius quæ secundū eum est veritatis. Enthymesis enim separata ab A Eone ipsa est veritatis. Enthymesis enim separata ab A Eone ipsa * propterea formata à Christo, dehinc prudens facta à Saluatore, & omnia quæ sunt extra pleroma operata, secundum imaginem eorum, qui sunt in pleromate in nouissimo in pleroma recepta dicitur ab hijs, & secundum coniugationes vnita Saluatori eius, qui ex omnibus factus est. Iudas autem semel eiectus nūquam reuertitur in discipulorum numerum, alioquin nūquam alius in locum eius annumeraretur. Et dominus autem dixit de eo: Væ homini, per quem filius hominis tradetur, & melius erat ei, si non natus fuisset, & filius perditionis dicitur est ab eo. Si autem non separatæ ab A Eone Enthymescos dicunt Iudam esse typum, sed perplexæ ei passionis, nec sic numerus xij. numero trium possunt esse typus. Hic enim Iudas eiectus est, & Matthias pro eo ordinatus. Illic autem A Eon periclitatus dissolui, & perisse dicitur, & Enthymesis & passio: separatim enim Enthymesim quoq; passione secernūt, & faciunt A Eonē quidem restitui, Enthymesim autē formari, passionem vero ab hijs separatam esse materiā. Tribus itaque existentibus his, A Eone & Enthymesi & passione, Iudas & Matthias duo existentes, non possunt typus esse. Si autē duodecim apostolos dicunt typum esse illius solium xij. A Eonū:

ali. postea

ali. minores.

A Eonum prolationis, quam homo cum ecclesia prolit, & reliquorum x. A Eonū, qui vt dicūt à verbo & vitæ prolati sunt, dent typum alios x. Apostolos. Inenarrabile est enim iuniores quidē A Eones, & propter hoc minores ostēdi à Saluatore per electionem Apostolorum: seniores autem horum, & ob hoc meliores, nō iam præ ostendi: cum possit Saluator, si tamē Apostolos ideo elegit, vt per eos ostendat A Eonas qui sunt in pleromate, & alios decē Apostolos eligere: & ante hos quoque alios octo, vt illam principalem & primā ostendat ogdoadē, per Apostolorum numerum typū factum possit ostendere, neq; secūda decade. post enim duodecim Apostolos lxx. alios dominus noster ante se misisse inuenitur, septuaginta autem nec octonario numero neque denario, nec trigenario typus esse possunt. Quæ igitur causa est* iuniores quidem sicut prædixi A Eones per Apostolos ostēdi, meliores autem, ex quibus & hij facti sunt: non iam præfigurari? & duodecim autē Apostoli, si propter hoc electi sunt, vt per eos numerus duodecim A Eonū significetur, & septuaginta in typum A Eonū septuaginta electi esse debuerunt, non iam triginta numero A Eonas, sed octoginta & duos factos dicant. Qui enim secūdam typum eorum qui in pleromate sunt A Eonum electionem facit Apostolorum, nunquam aliorum quidem faceret, aliorum vero non faceret, sed per omnes Apostolos tentasset seruare imaginem, & ostēdere typū eorum qui sunt in pleromate A Eonū. Sed neq; de Paulo quidem tacendū est, sed exigendum ab hijs in cuius A Eonis typum Apostolus nobis traditus est: nisi forte in Saluatoris cōpositi eorū qui & omniū collatio subsistit, quæ & omnia nuncupāt, eo quod sit ex omnibus: de quo & Hesiodus poëta splendide significauit, Pandorā, id est, omnium munus nominans eum, ob hoc quod ex omnibus optimum munus in eo sit collatum. In quibus ratio hæc est. Hermes, sicut Græco sermone exprimitur.

ἱρμῆς
i. Mercurius
nā illi datum
est hoc nego

Ἀιμυλίας τι λόγος λέει ἱπικλοπῆν ἡδὲ ἐς ἀυτοῦς
Κατ' ἐπιτο

Vt hoc ipso Latino sermone dicamus, fraudulentie siue
sedu-

seductionis verba & subinuolantes mores indidit eorū cium apud.
 sensibus, ad seducendum stultos hominū, vt credāt fig- Hesiodum.
 mentis eorum. mater enim hoc est Leto occulte commo- 745
 uit eos, vnde & Leto nūcupata est secundū Græci fermo-
 nis significantiam, quod occulte homines commoueret,
 nesciente Demiurgo enuntiare profunda & inenarrabi-
 lia mysteria prurientibus aures. & non solum per Hesio-
 dum hoc operata est mater eorum mysterium dici, sed
 & Pindari Lyrici sapienter valde, vt cælet Demiurgo in
 Pelope, cuius caro in partes à patre diuisa est, & ab om-
 nibus dijs collecta & allata & compacta, Pãdoram hoc
 modo significauit. ex qua & isti compuncti eadem secū-
 dū eos dicētes, eiusdē generis & spiritus sunt cum illis.

¶ Quoniã secundū leges nec imagines, nec fi-
 guræ existant plenitudinis ipsorum, sed nec fi-
 guræ esse possunt. Cap. XXXVII.

Q Via autem & trigenarius numerus corū om-
 nes excedit, secundum eos, aliquãdo quidem
 paucis, aliquando autem plurimis AEonibus
 statim in pleromate inuentis ostendimus. Non ergo trē-
 ginta AEones sunt, nec ob hoc Saluator triginta anno-
 rum existens venit ad baptismum, vt ostenderet tacitos
 AEones eorū triginta, alioquin ipsum primum erūt di-
 scernerētes & eijciētes de pleromate omniū. Duodecimo
 autem mense dicunt eum passum, vt sit anno vno post
 baptismum prædicās, & ex propheta tentant hoc ipsum
 confirmare: scriptum est enim, vocate annum domini
 acceptum & diem retributionis: vere cæcutientes, qui
 profunda Bythi adinuenisse se dicunt, & nō intelligen-
 tes ab Esaia dictum annum domino acceptabilem, nec
 diē retributionis: neque enim de die quæ duodecim ho-
 rarum habet spatium dictum est in propheta, nec de an-
 no duodecim mensium habente mensuram. Quia enim
 prophete in parabolis & allegorijs, & non secundum so-
 num ipsarum dictionum pleroma dixerunt, & ipsi con-
 sententur. Dies ergo retributionis dictus est, in qua retri-
 buet dominus vnicique secundum opera sua, hoc est
 iudiciū.

Iudicium . Annus autem domini acceptabilis , tempus hoc, in quo vocantur ab eo hij qui credunt ei, & acceptabiles fiunt Deo, hoc est, omne ab aduentu eius tempus, vsque ad consummationem , in quo vt fructus eos qui saluantur acquirit . Sequitur enim secundū dictionem prophetæ annū dies retributionis, & erit mentitus propheta, si anno tantūmodo dominus prædicauit, & de eo dicit. Vbi est enim dies retributionis? transiuit enim annus, & nondum dies retributionis est , sed adhuc solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: & persecutionem quidē patiuntur iusti, & affiguntur & occiduntur, in abundantia autem sunt peccatores, & cithara & psalterio bibunt, opera autē domini non intendunt: debent autē secundum dictionem copulari, & sequēs esse anno dies retributionis. Dictum est enim, vocate annum domini acceptum & diem retributionis. bene itaque intelligitur tēpus hoc, in quo vocantur & saluantur domino , annus domino acceptus: quem subsequitur dies retributionis , id est iudicium. & non solum autem annus tēpus hoc dicitur, sed & dies nominatur, & à propheta & à Paulo: in quibus & Apostolus memor scripturæ, in Epistola ad Romanos ait, sicut scriptum est, propter te morte afficimur tota die, extimati sumus vt oues occisionis. Nūc autē tota die pro omni hoc tēpore dictum est, in quo persecutionē patimur, & vt oues occidimur. Sicut ergo dies hæc nō illam quæ in xij. horis substitit, significat, sed omne tempus in quo patiūtur & interficiūtur propter Christū credentes ei. Ita & illic annus nō qui ex xij. mensibus dicitur, sed omne fidei tēpus, in quo audiētes prædicationē credunt homines, & acceptabiles Domino fiūt, qui se ei copulāt.

¶ Quomodo omnis numerus constare potest ex scripturis & typus dici omnis argumenti.

Caput XXXIX

E St autem valde admirari, quonam modo profunda Dei adinuenisse se dicentes, nō scrutati sunt in Euangeliis, quoties secundum tempus paschale

paschale dominus post baptismum ascenderit in Hierusalem, secundum quod moris erat Iudæis, ex omni regione, omni anno, tempore hoc conuenire Hierusalem, & illic diem festum paschæ celebrare. Et primū quidem fecit vinū ex aqua in Cana Galilææ, ascendit in diem festum paschæ. Quoniam & scriptum est, quia multi crediderūt in eū, vidētes signa quę faciebat, sicut Ioānes domini discipul⁹ meminit. Dehinc iterū subtrahēs se inuenitur in Samaria, quādo & cū Samaritana disputabat, & filium Centurionis absens verbo curauit, dicens, vade fili⁹ tuus viuit. Et post hæc iterū secunda vice ascendit in diem festum paschæ in Hierusalem, quando paralyticum qui iuxta natatoriam iacebat xxxviij annos, curauit iubens vt surgeret & auferret grabbatum suū, & iret: & inde secedens trans mare Tyberiadis, vbi & cum multa turba eum fuisset sequuta, de quinque panib⁹ satiavit omnē illam multitudinē, & superauerunt xij cophini fragmentorum. Deinde cum Lazarū suscitasset ex mortuis & insidiæ fierent à pharisæis, secedit in Effreniuitatem, & inde ante sex dies paschæ veniēs in Bethaniam scribitur, & de Bethania ascendens in Hierosolymam, & manducans pascha, & sequēti die passus. Quoniam autem tria hæc paschatis tempora non sunt vnus annus, omnis quilibet cōsuebitur. Et ipsum autem mēsem in quo pascha celebratur, in quo & passus est dominus, nō duodecimum sed primum esse, qui omnia se scribere iactant, si nesciunt, à Moyse possunt discere. Falsa ergo ostēsa est & anni & duodecimi mensis absolutio dierum, & debent aut ab solutionem suam, aut Euāgelium reprobare: alioquin modo vno anno tantum dominus prædicauit. triginta quidē annorum existēs cum veniret ad baptismum, deinde magistri ætatem perfectā habens, venit Hierusalem, ita vt ab omnibus iuste audiretur magister: nō enim aliud videbatur & aliud erat, sicut inquit qui putatiuū introducūt, sed quod erat hoc & videbatur. Magister ergo existēs, magistri quoque habebat ætatem. nō reprobans nec supergrediens hominem, neque soluens suam legem in se humani generis,

1

sed

sed omnem ætatem sanctificans per illam quæ apud ipsum erat similitudinem. Omnes enim venit per semetipsum saluare, omnes inquam qui per eum renascuntur in Deum, infantes, & paruulos, & pueros, & iuuenes, & seniores. Ideo per omnem venit ætatem, & infantibus infans factus, sanctificans infantes, in paruulis paruulus, sanctificans hanc ipsam habentes ætatem, simul & exemplum illis pietatis effectus, & iustitiæ & subiectionis. Iuuenibus iuuenis, exemplum iuuenibus fiens, & sanctificans domino. Sic & senior in senioribus, ut sit perfectus magister in omnibus, non solum secundum expositionem veritatis, sed secundum ætatem sanctificans simul & seniores, exemplum ipsis quoque fiens: deinde & usque ad mortem peruenit, ut sit primogenitus ex mortuis, ipse primatum tenens in omnibus, princeps vitæ, prior omnium, & præcedens omnes. Illi autem ut figmentum suum, de eo quod est scriptum, vocare annum domini acceptum, affirmant, dicunt vno anno eum prædicasse & duodecimo mense passum, contra semetipsos oblitum sunt soluetes eius omne negotium, & magis necessariam, & magis honorabilem ætatem eius auferentes, illam inquam prouectiorem, in qua edocens præerat vniuersis. Quomodo enim habuit discipulos, si non docebat, quomodo autem docebat, magistri ætatem non habens. ad baptismum enim venit nondum qui triginta annos superauerat, sed qui inciperet esse tanquam triginta annorum. Ita enim, qui eius annos significauit, Lucas posuit: Iesus autem erat quasi incipiens xxx. annorum cum veniret ad baptismum, & à baptisate vno tantum anno prædicauit, complens trigessimum annum passus est, adhuc iuuenis existens, & qui nec dum prouectionem haberet ætatem * Quæ autem triginta annorum ætas primæ indolis est iuuenis, & extenditur usque ad quadragessimum annum, omnis quilibet confitebitur, à quadragesimo aut quinquagesimo anno declinat iam in ætatem seniolem quam habens dominus noster docebat, siccut Euangelium & omnes seniores testantur, qui in Asia apud Ioannem discipulum domini conuenerunt, id ipsum

forte Cui.

Noua opinio
de ætate do-
mini.

ipsum tradidisse eis Ioannem : permansit autem cum eis vsque ad Traiani tempora . Quidam autem eorum non solum Ioannem, sed & alios Apostolos viderunt, & hæc eadem ab ipsis audierunt, & testantur de huiusmodi relatione.

¶ De diebus, & horis, & mensibus, & vocabulis, & syllabis, de amen, de xcix ouibus, ex quibus vna perijt & inuenta est. Cap. XL.

Q Vibus magis oportet credi? nec hijs talibus, an Ptolomæo, qui Apostolos nunquam vidit, vestigium autè apostoli ne in somnijs quidè assequutus est? Sed & ipsi autem qui tunc disputabant cum domino Iesu Christo Iudei apertissime hoc ipsum significauerunt. Quando enim eis dixit Dominus, Abraâ pater vester exultauit vt videret diem meum, & vidit & gâuisus est, responderunt ei. Quinquaginta annos nõdum habes, & Abraam vidisti? Hoc autem consequenter dicitur ei, qui iam xl annos excessit, quinquagesimum autè annum nondum attigit, non tamen multũ à quinquagesimo anno abstinit. Ei autè qui sit xxx. annorũ diceretur vtique, quadraginta annorũ nõdum es. Qui volebant eum mendacè ostendere, nõ vtique in multũ extenderet annos vltra ætatè, quam eum habere cõspiciebant, sed proxima ætatis dicebant, siue rescientes ex conscriptione census, siue conijcientes secundum ætatem, quam videbant habere eum super quadraginta, sed vt non qui esset triginta annorum. Irrationabile est enim omnino viginti annos mētiti eos, volentes eũ iuniorem ostèdere tēporibus Abrahæ. Quod autem videbant, hoc & loquebantur, qui autem videbatur non erat putatiuus, sed veritas. Non ergo multum aberat à quinquaginta annis, & ideo dicebant ei, quinquaginta annorum nondum es & Abraham vidisti? Nõ ergo annò vno prædicauit, nec duodecimo intense anni passus est. Tempus enim à trigesimo, vsq; quinquagesimam nunquam erit vnus annus, nisi sit apud AÆones eorum tam magni animi sunt deputati his, qui apud Bythum in pleromate ex

Eliados

ordine resident, de quibus & Homerus poëta dixit, & ipse inspiratus à matre eorum erroris: *δι δὲ θεοὶ πᾶρζυνεὶ καθήμεινοι κροφάωντο, κυαταὶ ἰρ δαπιδω.* Quod Latine interpretabitur. Dij autem apud Iouem cōsidētes, tractabāt in aureo loco. Sed & de illa muliere, quæ profluuiio sanguinis laborans, tetigit simbriarū vestimenti domini, & sanata est, aperta est eorum iignorantia. Dicunt enim per eam ostēdi passam illam duodecimam virtutē, & in infinitū defluxā, id est, duodecimum AEonem, primū quidē quia secundū sectam eorū duodecim^o nō est iste AEon, sicut ostēdimus, vt autē ex superfluo eis & hoc detur, xij. AEonibus existētibus, vndecim quidē impassibiles perseuerasse dicūtur, duodecimus autem passus. Mulier autē è cōtrario duodecimo anno sanata manifestū est, quoniā xij. quidē annis habuit perseuerātem passionē, duodecimo autē sanata est. Si quidē vndecim AEones in passione insanabili fuisse dicerētur, sanatus autem duodecimus, suaforiū erat dicere typum eorū esse mulierē, quia autē hæc vndecim quidē annis passa est, & nō est sanata, duodecimo autē anno sanata est, quomodo potest esse typus duodecimi AEonis, ex quibus vndecim omnino nihil passi sunt, solus autem duodecimus participatus est passionem. Typus enim & imago secundū materiā & secundū substātiā aliquoties à veritate diuersus est, secundū autē habitū & lineamentū debet seruare similitudinem, & similiter ostēdere præsentia, illa quæ nō sunt præsentia. Et nō solū in hac muliere anni infirmitatis descripti sunt, quos coaptari dicunt figmento suo, sed ecce & alia mulier similiter xvij annis infirmata sanata est, de qua domin^o ait. Hæc autem filiam Abrahæ quam alligauit sanatas decem & octo annis, nō oportebat solui in die sabbati: si ergo illa typus erat duodecimi AEonis passi, & hæc typ^o esse decimi octauī AEonis passi debet, sed nō habet ostēdere, alioquin prima & principalis eorum Ogdoas cōnumbrabitur cōpassis AEonibus. Sed & alius autē quidā sanatur à domino xxxvii annos habens in sua passione, & trigessimū & octauū passum AEonem dicāt. Sic enim
quæ

quæ à domino facta sunt typos esse dicunt eorum quæ sunt in pleromate, typos in omnibus debet seruari. Sed neque eam quæ post xviiij. annos curata est, nec eum qui post xxxviiij. annos curatus est, possunt adaptare suo figmento. Insuper autem & inconueniens est omnino dicere in quibusdam quidem seruasse typum Saluatorem, in quibusdam autem non seruasse. dissimilis ergo & mulieris typus, negatio A Eonum ostenditur. Adhuc autem & falsum demonstrat commentum eorum & instabile figmentum eorum etiam hoc ipsum, quod per numeros aliquando quidem, & per syllabas nominum, aliquando autem & per syllabarum litteras, aliquando vero & per numeros qui secundum Græcos in literis continentur, tentant inferre probationes, apertissime consternationem, siue confusionem, & instabilitatem scientiæ eorum & extortum demonstrat. Iesus enim nomen alterius linguæ existens, ad Græcorum numerum transferentes, aliquando quidem episcopus esse dicunt, sex habens litteras, aliquando autem plenitudinem Ogdoada dat lxxxviiij. numerum habens. Græcum autem nomen eius quod est soter, id est, Saluator, quia non conuenit figmento eorum, nec secundum numerum, nec secundum litteras, tacuerunt. Et quidem si ex propria patris dominica nomina accepissent, per numerum & per litteras significantia numerum in pleromate, Soter nomen Græcum existens, secundum Græcitatem, & per has litteras & per numeros pleromatis debuit ostendere mysterium: sed non ita habet quia quidem quinque inest litterarum numerus, aut ex quadringentis octo.

¶ **O**stensio quod nec secundum formam pleromatis eorum facta sint quæ facta sunt, nec rursus variè & prout euenit. Cap. XLI.

H **A**Ec autem in nullo communicant pleromati eorum, non ergo uera est illa, quæ ab eis in pleromate dicitur negotiatio. Iesus autem nomen secundum propriam Hebræorum linguam litterarum est duarum & dimidiæ, sicut periti eorum dicunt, significans dominum eum qui continet cælum & terram, quia Iesus

secundum antiquam Hebraicam linguã cælum est, terra autem iterum sicut vsser dicitur. Verbum ergo quod cælum & terra habet, ipse est Iesus. Falsa ergo & epifemi eorum redditio; & numerus eorum euersus est manifeste. Secundũ autẽ propriã eorum linguam quinque literarum est Græco vocabulo Soter, Iesus autẽ iterum secundum Hebraicam linguam duas & dimidiam habet literas Sion. Ruit ergo numerus calculi qui est Iudaice lxxxvij. per omnia autem Hebræorum literæ non conueniunt numero Græcorum, quæ maxime deberent antiquiores & firmitiores existẽtes, saluare supputationem nominum. Ipse enim antiquæ & primæ Hebræorum literæ & sacerdotales nuncupatæ, decem quidem sunt numeros, scribuntur autẽ quæque per quindecim nouissima litera copulata primæ. Et ideo quidem quædam secundum subsequentiã scribunt, sicuti & nos, quædam autẽ retrorsum à dextra parte in sinistram partẽ retorquentes literas. Christus autem supputationem nominis conuenientem A Eonis pleromatis eorũ habere debuit, qui ad stabilitatẽ & correctionẽ pleromatis eorum prolatus est, secundum quod dicunt. Et pater autem similiter literas & per numerum continere debuit numerum eorũ qui ab eo prolati sunt æonum, sed & Bythus similiter, nihilominus autem & vnigenitus, & maxime aut super omne* nomẽ quod dicitur deus, quod & ipsum Hebraice Barneth dicitur, & duas & dimidiã habet literas. Ex hoc ergo quod firmiora nomina secundũ Hebraicam & Græcitatẽ linguam, nec secundum numerum literarum, nec secundum supputationem conueniunt figmento eorum, manifesta est de reliquis impudenter extorta supputatio. Et enim ex lege eligentes quęcunq; concurrũt sectæ eorũ, numero tentant violenter probationes facere. Si autẽ erat propositũ matri eorum siue saluatori per Demiurgum typus eorum quæ sunt in pleromate ostẽdere, in verioribus & sanctioribus fieri typus fuissent operati, & maxime autem & ipsa arca testamenti, per quam & omne tabernaculum testimonij compositum est. Facta est autẽ hæc, longitudo quidẽ eius cubiti duobus

alias omnia

ἡ δὲ ἑρμηνεία
sic aliquãdo
Græce pronun-
ciat

duobus & dimidio, latitudo autem eius vno cubito & dimidio, numerus autem iste cubitorum in nullo conuenit figmento eorum, per quam maxime typus ostendi debuit. Et propitiatorium autem similiter in nullo conuenit expositionibus eorum. Adhuc autem & mensa propositio duobus cubitis longitudo, & vnus latitudo, altitudo eius vnus cubiti & dimidii. Hæc autem sancta sanctorum, per quæ ne vna quidem quæritas numeri* significatiuam quaternationis, siue octonationis, aut reliquis pleromatis eorum cõtinet: Quid aut candelabrum septem quidem habens calamicos, lucernas autem septem: & si quidem secundum typum factum fuisset, calamicos octo, totidemque; lucernas habere debuit, ad typum primæ octonationis, quæ præfulget in æonibus, & illuminat omnem plenitudinem, Atria autem decem existetia diligenter numerauerunt, typum ea dicentes decem æonum, pelles autem iam non numerauerunt secundum numerum vndecim factas, sed neque ipsorum atriorum magnitudinem mensi sunt viginti & octo cubitorum longitudinem vnumquodque atrium habens. & columnarum longitudinem factam decem cubitorum exponunt propter decadem æonum. latitudo autem vnus & dimidij cubiti erat vnus cuiusque; columnæ, nõ iam exponunt, neque numerum omnium columnarum, neque ferrarum earum, quoniam non comunicat argumento eorum. Quid autem oleum vnctio nis, quod omne tabernaculum sanctificauit, fortasse lauit saluatorem, aut dormientem matrem eorum Demiurgus a semetipso dependere præcepit, vnde & dissonat ad pleroma eorum smyrnæ quidem habens siclos quingentos, ireos D. cinamoni ccl. calamisci ccl. & super hæc oleum, ita vt ex quinque commixtionibus subsistat. Et incensum autem similiter de stacte & vngula, & galbano, & hedyosmo, & thure, quæ in nullo comunicare possunt, neque commixtionibus, neque pondere, argumento eorum. Irrationabile est ergo, & omnino rusticum in sublimibus quidem & elegantioribus legis non seruatos esse typos, in cæteris autem sicubi aliquis numerus concurrat cum hiis quæ ipsi

A li. significantiã

onyx.
Exodi 30. bo
ni odoris epi
theton est
ἀδύσμοιο

dicūt , typum esse asseuerare eorum , quæ sunt in pleromate , cū omnis numerus multifarie scripturis sit positus . Ita vt possit qui velit nō solū octonationē & decadem , & duodecada , sed quēlibet ex scripturis constitutere numerum , & huc typum esse cōmentati à se erroris .

¶ Quoniam non possit constare per numeros veritas.

Cap. XLII.

¶ Via autē hoc verū est , numerus iste qui quinque dicitur in nullo cōmunicans argumento eorum , nec concurrans figmento eorum , nec cōueniens eis ad typicā eorū quæ sunt in pleromate demonstrata demōstrationē , ex scripturis sic suscipiet probationem . Soter nomē quinque literarum , & pater autē habet quinque literas , sed & agape nomē sunt literæ quinque , & dominus noster panes quinque benedicēs , satiauit hominū quinque milia , sapiētes virgines à domino sunt quinque ; dictæ , & stultæ similiter quinque . Iterū quinque ; viri cū domino fuisse dicūtur quādo testimonio patris occurrit , scilicet Petrus , & Iacobus , & Ioānes , & Moyses , & Helyas , quintus autem ingressus dominus ad mortuam puellam suscitauit eam . Nullū enim , inquit , permisit intrare , nisi Petrum , & Iacobum , & patrem , & matrē puellæ . Ille diues apud inferos habere se quinque fratres dixit , ad quos vnum ire rogat ex mortuis resurgentē . Natatoria piscina quinque ; habebat porticus , vnde dominus paralyticum sanū in suam domū ire præcepit . Ipse habitus crucis fines & summitates habet quinque , duos in longitudinē , & duos in latitudinē , & vnum in medio , vbi requiescit qui clavis affigitur . Vna quæquæ manus nostra digitos quinque habet , sed & sensus habemus quinque , & quæ in nostris sunt visceribus , & quinque possunt numerari , cor & epar , pulmones , splen & renes . Adhuc & etiā totus homo in hūc numerū potest diuidi , caput , pectus , venter , femora , pedes . Quinque ; ætates transit humanū gen⁹ , primū infans , deinde puer , deinde paruulus , & post hæc iuuenis , sic deinde senior . In quinque libris legem populo Moyses tradidit . Vnaquæque tabula

tabula quam accepit à Deo, præcepta habebat quinque, Velamen sanctum sanctorum cooperiens columnas habebat quinque. Et holocausti altare, altitudo eius erat quinque cubitorum. Sacerdotes: in eremo electi sunt quinque scilicet Aaron, Nadab, Abiud, Eleazar, & Ithamar: talaris & Logium, & reliqua sacerdotalis compositio de quinque contexta sunt, habebat enim aurum, & hyacinthum, & purpuram, & coccinum, & byssum. Et quinque reges Amorreorum in speluncis concludens Iesus Naue capita eorum inculcari dedit populo, & alia quoque multa milia huiusmodi, & in hoc numero, & in quo quis voluerit, siue ex scripturis, siue ex subiacentibus naturæ operibus colligere potest, & non iam ob hoc quinque AËonas esse dicimus super Demiurgum, nec quinionem quasi ut diuinam rem aliquam consecramus, nec instabilia, nec liramenta per vanum istum laborem confirmare tentamus, neque creaturam bene aptatam à deo cogimus male in typos non existentium transferri, & impia & nefaria dogmata introducere, cum detectio, & euersio ab omnibus sensum habentibus possit existere.

Quis enim concedat eis cccxv. tantum dies habere annum, ut sint duodecim menses è triginta diebus in typum duodecim AËonum, dissimili & typo existente. Illic enim vnusquisque AËonum trigesima pars est vniuersi pleromatis, mensis autem duodecima pars anni ab ipsis esse dicitur. Si quidem annus in triginta diuideretur, & mensis in duodecim, conueniens putaretur typus esse mendacio eorum. Nunc autem in contrarium est. Pleroma quidem eorum in triginta diuiditur, pars autem eius aliqua in duodecim: hic autem omnis quidem annus in duas diuiditur partes, pars autem eius aliqua in triginta. Infulse itaque Saluator mensem quidem vniuersi pleromatis typum fecit fieri, annum autem eius que in pleromate est duodecadis: magis enim conueniebat annum quidem in triginta diuidere, sicut & totum pleroma: mensem autem in duodecim, sicut & sunt in pleromate eorum AËones. Et illi quidem omne pleroma in tres diuidunt, id est, octonationem, decadam, & duodecadam

decadam. Hic autem annus in quatuor diuiditur, id est, vernum, æstatem, autumnum, & hyemé. Sed neque menses quos dicunt typum esse trigenarij præfinitione triginta habent dies, sed alij quidem plures, alij autem minus, eo quod quinque dies superponantur eis. Et dies autem non semper præfinitas duodecim habet horas, sed à nona vsque ad quindecimam ascendit, & iterum à quindecima in nouem descendit, non iam propter xxx. A Eonas facti sunt menses xxx. dierum. Alioquin haberent præfinitas trigenarias dies. Neque iterum dies horum, vt xij. A Eones per xij. horas figurarent, haberent ipsi enim præfiguratas duodecim horas. adhuc auté materialia sinistram vocâtes, & ex necessitate quæ sunt sinistræ in corruptionem cedere dicentes, & Saluatorem venisse ad ouem perditam, vt eam transferat ad dextrâ, id est, ad illas quæ sunt saluæ xc. & nouem oues, quæ nõ perierunt, sed in ouili permâserunt, sinistræ manus existentes* leuamen, non esse salutis consentire. eos necesse est, Et hoc quod non similiter eundem numerum habet, cogétur sinistræ, id est, corruptionis confiteri, & hoc nomen quod Græcæ dicitur, Agape, secundum Græcorum literas, per quas apud eos supputatio signatur, xc. & iij. numerum habens similiter sinistræ manus leuamen est, & Alethia quoque similiter secundum supradictam rationem lxiiij. numerum habens in parte materialium subsistit, & omnia omnino, quæcunque sanctorum nomina nõ ad implent numerum c. sed sinistræ tantum habent numeros corruptibilia & materialia esse confiteri cogentur.

Ali. libamen

¶ Quæ sunt, quæ à nobis possunt exolui, & quæ sunt quæ remittuntur Deo fabricatori.

Caput XLIII.

§ I quis autem ad hæc dixerit, Quid ergo, an verum est? & vt prouenit & omnium positione sunt, nec apostolorum electio, & Domini operatio, & eorum quæ facta sunt compositio. Dicemus eis nõ quidé, sed magna sapientia ad liquidum apta & ornata,

nata, omnia à Deo facta sunt, & antiqua, & quæcunque in nouis temporibus verbum eius operatum est, & debent ea nõ numero xx. sed subiacenti copulare argumẽto, siue rationi, neque de Deo inquisitionẽ ex numeris, & syllabis, & literis accipere. Infirmũ est enim hoc propter multifariũ & varium eorum, & quod possit esse argumentum hodie æque commentatum, ab aliquo contraria veritati ex ipsi sumere testimonia, eo quod multa transferri possint, sed ipsos numeros, & ea quæ facta sunt aptare debet subiacenti veritatis argumento. Non nim regula ex numeris, sed numeri ex regula, nec Deus ex factis, sed ea quæ facta sunt, ex Deo. Omnia enim ex vno & eodem Deo: quia autem varia & multa sunt quæ facta sunt, & omnis quidẽ factura bene aptata, & bene consonans, quantum autem spectat ad vnumquodque eorum, sunt sibi inuicem contraria, & non conuenientia, sicut citharæ sonus per vnuscuiusque distãtiam cõsonantem vnã melodiã operatur, ex multis & contrariis sonis subsistens. Debet ergo amator veri non trahi distãtia vnuscuiusque soni, nec aliũ quidẽ huius, alium autem illius artificem suspicari & factorem, neque alium quidem acutiõres, alium autem vastiores, alium verò varietates aptasse, sed vnum & ipsum ad totius operis & sapientiæ demonstratiõnem, & iustitiæ, & bonitatis, & numeris. Hij verò qui audiunt melodiã, debent laudare & glorificare artificem, & aliorum quidẽ extensiõnem mirari, aliorum autem laxamentum intendere, aliorum autem typum consyderare, & ad quid vnumquodque referat, & eorum causã inquirere, nusquam transferentes regulã, neque errantes ab artifice, neque abiicientes fidem, quæ est in vnum Deũ, qui fecit omnia, neque blasphemantes nostrum conditorem. Si autem & aliquis non inuenerit causã omnium quæ requiruntur, cogitet quia homo est, in infinitum minor Deo, & qui parte acceperit gratiã, & qui nondum æqualis vel similis sit factori, & qui omnium experiẽtiam & cogitationem habere non possit, vt

Deus;

Deus: sed in quantum minor est ab eo qui factus nõ est, & qui semper idem est, ille qui hodie factus est, & initium facturæ accepit, in tantum secundum scientiam & ad inuestigandum causas omnium minoré esse eo, qui fecit. Non enim infectus es ò homo, neque semper co-existebas Deo, sicut proximum eius verbum, sed propter eminentem bonitatem eius, nunc initium facturæ accipiens sensim discis à verbo dispositiones Dei, qui te fecit. Ordinem ergo serua tuæ scientiæ, & ne vt bonorũ ignarus supertranscendas ipsum Deum.

¶ **O**stenfio, quoniam Demiurgus non sit super-gressibilis mente, neque super eum alteram diuinitatē esse. Cap. XLIII.

NON enim transibilis es. neque Demiurgum requiras quid sit, non inuenies. indetermi-nabilis est enim artifex tuus. neque tanquam hunc totum mensus sis, & tanquam qui per omnem eius fabricam veneris, & omne quod est in eo profundum, & altitudinem, & longitudinem consyderaue-ris, super ipsum alium excogites patrem. non enim excogitabis. sed contra naturam sentiens, eris insipiens, & si in hoc perseueraueris, incidēs in insaniam, sublimio-rem teipsum, melioremque factore tuo existimans, & quod pertranseas regna eius.

¶ **Q**uid sit quod à Paulo dictum est, scientia inflat, dilectio autem ædificat.
Cap. XLV.

MELIUS est ergo & vtilius idiotas & parum sciētes existere, & per charitatem proximum fieri Deo, quàm putare multum scire, & multa ex-pertos in suũ Deũ blasphemos inueniri, alterum Deum patrem fabricantes: & ideo Paulus clama-bat: Scientia inflat, charitas autem ædificat. Non quia veram scientiam de Deo culparet, alioquin seipsum primum accusa-ret: sed quia sciebat quosdam sub occasione scientiæ elatos excidere à dilectione Dei, & ob hoc opinari seipfos esse

esse perfectos, imperfectum autem Demiurgum introducetes abcidés eorum huiusmodi sciétia superciliũ,, ait: Sciétia inflat charitas auté ædificat. Maior auté hac non est alia inflatio, quàm vt opinetur quis se mælioré & perfectiorem esse eo, qui fecerit & plasmaverit, & spiramen vitæ dederit, & hoc ipsum esse præceperit. Melius itaque est, sicuti prædixi, nihil omnino scientem quempiam, ne quidem vnam causam cuiuslibet eorum quæ facta sunt, cur factum, & credere Deo, & perseverare in eius dilectione, quæ hominem vivificat, nec aliud inquirere ad sciétiam nisi Iesum Christum filium Dei, qui pro nobis crucifixus est, quàm per quæstionũ subtilitates & multiloquium in impietatem cadere. Quid enim si per hos conatus paululũ quis elatus, eo quod Dominus dixerit, Quia & capilli capitis vestri omnes numerati sunt, curiose inquirere voluerit numerũ uniuscuiusque capitis capillorum, & causam exquirere, per quam hic quidem tantos capillos habeat, non omnibus ex æquo habetibus, sed multis milibus super milia aliis atq; aliis numeris inuentis, eo quod alij quidẽ maiora, alij auté minora habeãt capita, & alij quidem spissos capillos semper, alij autem raros, alij verò & omnino paucos capillos habeant. Et hij qui putant se numerum inuenisse capillorum, tentant referre ad testimonium suæ sectæ, quam excogitauerunt. Cur etiam quis ob hoc dictum sit in Euangelio, Nónne duo passeress asserventur, & vnus ex hiis non cadet super terram sine patris vestri voluntate, enumerare voluerit captos ubiq; quotidie passeress in vnaquaque regione, & causam requirere, ob quam heri quidem tantos, ac pridem tantos, hodie autem iterum tanti sint, & adnectat passerum numerum ad suum argumentum, nõnne seipsum seducit omnino? & eos qui eis acquiescunt, in magnam insaniam cogit, semper proptis hominibus vt in talibus amplius quid quàm magistri eorum putentur inuenisse. Quid autem si quis interroget nos, si omnis numerus omnium quæ sunt facta & quæ sũt, fiãt à Deo, & si secundum illius providentiam vnusquisque eorum eam quæ secundum

dum se est, accipit quantitatem: nobisque consentientibus & contentibus, quia nihil omnino horum quæ facta sunt, & quæ fiunt, & fiunt, Deum fugit, sed per illius prouidentiam vnumquodque eorum & habitum, & ordinem, & numerum, & quantitatem accipere, & accepisse propriam, & nihil omnino neque vano, nec vt prouenit factum aut fieri, sed cum magna aptatione & consonantia sublimi, & esse admirabilem rationem, & vere diuinam quæ possit huiusmodi & discernere, & causas proprias enunciare: accipiens à nobis huiusmodi testimonium & cōsensum, pergat adhuc, vt arenam enumeret, & calculos terræ, sed & fluctus maris, & stellas cæli, & causas excogitare numeri qui putatur inuentus: nonne in vanum laborans, & delirus hic talis & irrationabilis ab omnibus, qui sensum habent iuste diceretur? Et quo magis præter hos in huiusmodi quæstionibus occupatur, & quo plus aliis adinuenire se existimat, reliquos imperitos & idiotas, & animales vocans, eo quod non sciunt eius tam vanum laborem: hoc magis est insanus & stupidus, tanquam fulmine percussus, in nullo credens Deo, sed per scientiam quam inuenisse se putat, ipsum mutat Deum, & iaculatur sententiam suam super magnitudinem factoris.

¶ Quomodo oportet parabolis exolui. Cap. XLVI.

Sensus autem sanus, & qui sine periculo est, & religiosus, & amans verum, quæ quidem dedit in hominum potestatem Deus, & subdidit nostræ scientiæ, hæc pròpte meditabitur, & in ipsis proficiet, diuturno studio, facillè sententiã eorū efficiens. Sūt autè hæc quæ ante oculos nostros occurrūt, & quæcunq; aperte, & sine ambiguo ipsis dictionibus posita sunt in scripturis, & ideo parabolæ debent ambiguis adaptari. Sic enim & qui absoluit, sine periculo absoluit, & parabolæ ab omnibus similiter absolutionem accipient, & à veritate corpus integrum, & simili aptatione membrorum, & sine concussione perseverat. Sed quæ non aperte dicta sunt, neque ante oculos posita copulare absolutionibus

solutionibus parabolarū, quas vnusquisque prout vult
 adinuenit. Sic enim apud nullum erit regula veritatis,
 sed quanti fuerint qui absoluent parabolas, tantæ vide-
 buntur & veritates pugnantes se inuicem & contrariæ
 sibimet dogmata statuentes, sicut & gentiliū philo-
 sophorum quæstiones. Itaque secundum hanc rationē
 homo quidem semper inquiret, nunquam autem inue-
 niet, eo quod ipsam inuentionis abiecerit disciplinam.
 Et cum venerit sponsus, is quis imparatam habet lam-
 padem nulla manifesti luminis claritate fulgentem, re-
 currit ad eos, qui absolutiones parabolarum in tene-
 bris distrahunt, relinquens eum qui per manifestā præ-
 dicationem gratis donat, ab eo petit ingressum, & exclu-
 ditur à thalomo eius. Cum itaq; vniuersæ scripturæ, &
 propheticæ, & euāgelicæ in aperto & sine ambiguitate,
 & similiter ab omnibus audiri possint, & si non omnes
 credunt vnum & solum Deum, ad excludendos alios
 prædicent omnia fecisse per verbum suū, siue visibilia,
 siue inuisibilia, siue cælestia, siue terrena, siue aquatilia,
 siue subterranea, sicut demonstrauim⁹ ex ipsis scriptura-
 rū dictionibus. Ipsa autē creatura in qua sumus, per ea
 quæ in conspectum veniunt hoc ipsum testante, vnum
 esse qui eam fecerit & regat, valde hebetes apparebunt,
 qui ad tam lucidam adaperitionem cæcutiunt oculos, &
 nolunt videre lumen prædicationis, sed constringunt
 semetipsos, & per tenebrosas parabolarum absolutio-
 nes, vnusquisque eorum propriū putat inuenisse Deū.
 Quia enim de cogitatione eorum qui contraria opi-
 nantur de patre, nihil aperte, neque ipsa dictione, ne-
 que sine controuersia in nulla omnino dictum sit scri-
 ptura, & ipsi testantur dicentes, in absconso hæc ea-
 dem Saluatorem docuisse non omnes, sed aliquos di-
 scipulorum; qui possunt capere, & per argumenta &
 ænigmata, & parabolas ab eo significata intelligenti-
 bus. Veniunt autem ad hoc, vt dicant alium quidem es-
 se qui prædicatur Deus, & alium patrem, qui per para-
 bolas & ænigmata significatur pater. Quia autem para-
 bolæ possunt multas recipere absolutiones, ex ipsis de in-
 quisiōne

quisitione Dei affirmare, derelinqentes quod certum & indubitatum & verum est, valdæ præcipitantium se in periculum, & irrationabium esse quis non amantiū veritatem confitebitur. Et nunquid hoc est non in petra firma, & in ualida & in aperto posita ædificare suam domum, sed in incertum effusæ arenæ, vndè & facilis est euersio huiusmodi ædificationis.

¶ Quoniam omnem agnitionem nõ possumus habere in hac vita. Cap. XLVII.

H Abentes itaque regulam ipsam veritatem, & in apertum positum de Deo testimonium, nõ debemus per quæstionum declinãtes in aliãs atque aliãs absolutiones eiicere firmam & verã de Deo scientiã: magis autem absolutionem quæstionum in hũc characterem dirigentes, exercere quidem conuenit per inquisitionem mysterij, & depositionis existentis Dei, augeri autem in charitate eius, qui tanta propter nos fecit, & facit, nunquam autè excidere ab ea suasiõne quæ manifestissime prædicatur: quia hic solus vere sit Deus & pater, qui & hunc mundum fecit, & hominẽ plasmavit, & in sua creatura donauit incrementum, & de minoribus suis ad maiora, quæ apud ipsum sunt vocans: sicut infantem quidem in vulua cõceptum educit in lumẽ solis, & triticũ posteaquã in stipula corroborauerit, condit in horreũ. Vnus autem & idem Demiurgus, qui & vuluam plasmavit, & solem creauit. Et vnus idem Dominus, qui & stipuiam eduxit, & triticum augens multiplicauit, & horreum præparauit. Si autè omnium quæ in scripturis requiruntur absolutiones nõ possumus inuenire, alterum tamen Deum, præter eum qui est, non requiramus. Impietas enim hæc maxima est. Credere autem hæc talia debemus Deo, qui & nos fecit, rectissime scientes, quia scripturæ quidẽ perfectæ sunt, quippe à verbo Dei & spiritu eius dictæ. nos autem secundũ quod minores sumus, & nouissimi à verbo Dei, & spiritu eius, secundum hoc & scientia mysteriorum eius indigemus. & non est mirum si in spiritualibus cœlestibus,

& id

& in hiis quę habet reuelari, hoc patimur nos: quãdoquã
 de etiã eorũ quę ante pedes sunt, dico autẽ quę sunt in
 hac creatura, quę & cõterũtur à nobis, & videtur, & sunt
 nobiscũ, multa fugerũt nostrã scientiã, & deo hæc ipsa
 committimus. Oportet enim eum præ omnibus præcel-
 lere. Quid enim si tentemus exponere causam ascen-
 sionis Nili. Multa quidem dicimus, & fortassis suafo-
 ria, fortassis autẽ non suaforia, quod autem verũ est &
 certum & firmum adiacet deo: sed & volantium anima-
 lium habitatio, eorum quę veris tempore adueniũt ad
 nos, autumnus autem tempore statim recedunt, cum in
 hoc mundo hoc ipsum fiat, fugit nostram scientiã. Quid
 autem possumus exponere de Oceani accessu & recessu
 cum constet esse certam causam. Quidũe de his quę vl-
 tra eum sunt enunciare, qualia sint: Vel quid dicere pos-
 sumus, quomodo pluuia, & coruscationes, & tonitrua, &
 collectiones nubium, & nebulę, & ventorũ emissiones
 & similia hiis efficiuntur, annunciare quoque & thesau-
 ros niuium & grandinis, & eorũ quę hiis proxima sunt:
 quę hæc autem nubium præparatio, aut qui status nebu-
 læ, quę autem causa est, per quam crescit Luna & de-
 crescit, aut quę causa aquarum distantię metallorum
 & lapidum, & hiis similium: in hiis omnibus nos quidẽ
 loquaces erimus, requirentes causas eorum, qui autem
 ea facit, solus Deus veridicus est. Si ergo & in rebus crea-
 turę quędam quidem eorum adiacent Deo, quędam au-
 tem & in nostram venerunt scientiam, quid mali est, si
 & eorum quę in scripturis requiruntur, vniuersis scri-
 pturis spiritalibus existentibus, quędam quidem absol-
 uamus secundum gratiam Dei, quędam autem commẽ-
 demus Deo, & non solum in hoc seculo, sed & in futu-
 ro: vt semper quidem Deus doceat, homo autem sem-
 per discat, quę sunt à deo, sicut & Apostolus dixit: Reli-
 quis & partibus destructis, hæc tunc perseverare, quę
 sunt fides, spes, charitas. Semper enim fides, quę est ad
 magistrum nostrum permanet firma, asseuerans nobis,
 quoniam solus vere deus, & vt diligamus deũ vere sem-
 per, quoniam ipse solus pater, & speremus subinde sem-
 per, quoniam ipse solus pater, & speremus subinde sem-

m aliquid

aliquid accipere & discere à Deo, quia bonus est, & diuinitas habens indeterminabiles, & regnum sine fine, & disciplinam immensam. Si ergo secundum hunc modum, quem diximus, quædam quæstionum Deo commiserimus, & fidem nostram seruabimus, & omnis scriptura à Deo nobis data consonans nobis inuenietur, & parabolæ hiis, quæ manifeste dicta sunt consonabunt, & manifeste dicta absoluent parabolæ, & perditionum multas voces, vnâ consonantem melodiam in nobis sentiet, laudantem hymnis Deum, qui fecit omnia. ut puta, si quis interroget, Antequam mundum faceret Deus, quid agebat? Dicimus, quoniam ista responsio subiacet Deo, quoniam mundus hic factus est apotelesos à Deo, temporale initium accipiēs, scripturæ nos docent: quid autem ante hoc Deus sit operatus, nulla scriptura manifestat: subiacet ergo hæc responsio Deo, & non ita stultas, & sine disciplina blasphemias adinuenire velle prolationes, & per hoc quod putes te inuenisse materiam prolationem, ipsum Deum qui fecit omnia reprobare. Cogitate enim (ò omnes qui talia adinuenitis) cum ipse solus pater deus dicatur, qui & vere est, quem vos Demiurgum dicitis, sed & cum scripturæ hunc solum sciant deum, sed & cum Dominus hunc solum confitetur proprium patrem, & alterum nesciat, sicut ex ipsis eius verbis ostendimus, quoniam hunc ipsum labis dicitis fructum & ignorantiam prolationem, & nescientem qui sit super eum, & quæcunque alia dicitis de eo, considerate magnitudinem blasphemiam in eum, qui vere est Deus: grauitate quidem & honeste videmini dicere vos in Deum credere, hunc alterum Deum, eum minime possitis ostendere hunc ipsum in quem credere vos dicitis, Labis fructum, ignorantiam prolationem pronunciat. Hæc autem cæcitas & stultiloquium inde provenit vobis, quod nihil Deo referuetis, sed & ipsius Dei & Ennææ eius, & verbi & vite, & Christi natiuitates, & prolationes annuciare vultis, & has non aliunde accipientes, sed ex affectione hominum, & non intelligitis, quia in homine quidem qui est compositum animal, capit huiusmodi dicere.

dicere, sicut prædiximus, sensum hominis & Ennoëan hominis. Et quia ex sensu Ennoëa, de Ennoëa autem Enthymesis, de Enthymesi autem Logos, quem autē Logō? Aliud enim est secundum Græcos Logos, quod est principale, eo excogitat aliud organum, per quod emittitur Logos: & aliquando quidem quiescere & tacere hominē aliquando autem loqui & operari. Deus autem cum sit totus mens, totus ratio, & totus spiritus operans, & totus lux, & semper idem & similiter existens, sicut & vtile est nobis sapere de deo, & sicut ex scripturis discimus, non iam huiusmodi affectus & diuisiones decenter erga eum subsequuntur. Velocitati enim sensus hominum, per spiritale eius non sufficit lingua deseruire, quippe carnalis existens, vnde & intus suffocatur verbū nostrum, & profertur non de se semel, sicut conceptū est à sensu, sed per partes, secundum quod lingua subministrare præualet.

¶ Quomodo de emissionibus eorum sermo, compositum ostendit patrem & non simplicē, nec vniformē. Cap. XLVIII.

D Eus autem totus existens mens, & totus existens Logos, quod cogitat hoc & loquitur, & quod loquitur hoc & cogitat. Cogitatio enim eius Logos, & Logos mens, & omnia concludens mens, ipse est pater. Qui ergo dicit mentem Dei, & prolationē propriam menti donat, compositum eum pronuntiat, tanquam aliud quiddam sit Deus, aliud autem principalis mens existens: similiter autem rursus & de Logo tertiam prolationem ei à patre donans, vnde & ignorat magnitudinem eius: porrò & longe Logon à Deo separauit. & propheta quidem ait de eo, Generationem eius qui enarrauit? vos autem generationem eius ex patre diuinātes, & verbi hominis per linguam sanctā prolationem transferentes in verbum Dei, iuste detegimini à vobis ipsis, quod neque humana, nec diuina noueritis. Irrationabiliter autem in flatu, audaciter inenarrabilia Dei mysteria scire vos dicitis. Quandoquidem

m ij & Dominus

& dominus ipse filius Dei, ipsum iudicij diem & horam concessit scire solum patrem, manifeste dicens, De die autem illa & hora nemo scit, neque filius, nisi pater solus. Si igitur scientiâ diei illius, filius nõ erubuit referre ad patrẽ, sed dixit quod verum est, neque nos erubescimus quæ sunt in quæstionibus maiora secundũ nos, referuare Deo. Nemo enim super magistrũ est. Si quis itaque nobis dixerit, quomodo ergo filius prolatus à patre est, dicimus ei, quia prolationem istam, siue generationem, siue nõcupationẽ, siue adapertionem, aut quomodolibet quis nomine vocauerit, generationẽ eius inenarrabilem existentẽ nemo nouit, Nõ Valentinus, nõ Marcio, neque Saturninus, neq; Basilides, neque angelii, neque archægeli, nec principes, neque potestates, nisi solus qui generauit pater, & qui natus est filiõ. Inenarrabilis itaque generatio eius cum sit, quicumque nituntur generationes & prolationes enarrare, nõ sunt cõpõtes sui, ea quæ inenarrabilia sunt enarrare promittentes. Quoniam enim ex cogitatione & sensu verbum emittitur, hoc vtique omnes sciunt homines,

¶ Quoniam non est verisimile verbum Dei tertiam habere à patre emissionem.

Caput X L I X.

Non ergo magnum quid inuenerunt, qui emissiones excogitauerunt, neque absconditũ mysterium, si id quod ab hominibus intelligitur, transtulerunt in vnigenitum Dei verbum, & quem inenarrabilem innominabilem vocant, hunc quasi ipsum obstetricauerint primi, & narrationis eius prolationẽ & generationẽ enunciant, adsimilantes eum hominũ verbo emissionis: hoc autem idem & de substantiæ materiam dicentes nõ peccauimus, quoniam Deus eam protulit. Didicimus enim ex scripturis principatum tenere super omnia Deum. Vnde autem, vel quemadmodum emisit eam, neque scriptura aliqua exposuit, neque nos factos mori oportet exponi omnibus propriis infinita cõficiẽtes de deo, sed agnitionem hanc cõcedendam esse Deo.

Alias factas
mõ, forte
φαντασμασι

se Deo. Similiter autē & causam, propter quā cū omnia à Deo facta sint, quædā quidem trāsgressa sint, & absceserunt à Dei subiectione, quædam autem, imò plurima perseverauerunt & perseverant in subiectione eius qui fecit: & cuius naturæ sunt, quæ trāsgressa sunt, cuius autem naturæ quæ perseverāt, credere oportet Deo & verbo eius, cui & solo dixit: Sede à dextris meis, quoadusq; ponā inimicos tuos subpedaneū pedum tuorū. Nos autem adhuc in terra cōuersantes, nōdum adfidentes throno eius. Et si enim Spiritus Saluatoris, qui in eo est, scrutatur omnia, & altitudines Dei, sed quātum ad nos diuisiones gratiarū sunt, & diuisiones ministeriorū, & diuisiones operationum, & nos super terram quæadmodum & Paulus ait. Ex parte quidē cognoscimus, & ex parte prophetamus, Sicut igitur ex parte cognoscim⁹, sic & de vniuersis quæstionibus cōcedere oportet ei, qui ex parte nobis præstat gratiā. Quoniam quidē transgressoribus ignis æternus præparatus est, & Dominus manifeste dixit, & reliquæ demonstrat scripturæ, Et quoniam præscit Deus hoc futurum, similiter demonstrant scripturæ, quæadmodum & igne æternum hiis qui trāsgressuri sunt præparauit ab initio: ipsam autem causam naturæ trāsgradientiū, neque scriptura aliqua retulit, nec Apostolus dixit, nec dominus docuit. Dimittere ita oportet agnitionem hanc Deo, quæadmodū & Dominus horæ & diei, nec in tantum periclitari, vti Deo quidem cōcedamus nihil, & ex parte accipientes gratiā, in eo autem conquerimus quæ sunt super nos, & in quæ attingere nobis non est, nec in tantam audaciam venire vti pendamus Deū, & quæ nōdum inuenta sunt, quasi iā inuenerimus per emissionē vaniloquiū ipsum omnium factorē Deū, & de defectione & ignorātia asserere substantiam habuisse, & sic impium aduersus deum fingere argumentū. Post deinde nullum habet testimoniū eius figmenti, quod recens ab eis adinuentum est, aliquando quidem per numeros quoslibet, aliquando autē per syllabas, nonnunquam autē & per nomina. Est autē quādo & per eas quæ in literis sunt literas, aliquando autem &

Al. perdam⁹

per parabolas non recte exolutas, vel per suspiciones quasdam consistere conari eam fabulosam enarrationē quę sit ab eis efficiētia. Etenim si quis exquirat causam, propter quam in omnibus pater cōmunicans filio solus scire & horam & diem domino manifestatus est, neque aptabilem magis, neque decentiorem, nec sine periculo alteram quam hanc inueniat in præsentī, quoniam cum solus verax magister est dominus, vt discamus per ipsum, super omnia esse patrem. etenim pater, ait, maior me est, & secundum agnitionem itaque præpositus esse pater annuntiatus est à domino nostro, ad hoc ut & nos, in quantum in figura huius mundi sumus, perfectā scientiam, & tales quæstiones concedamus deo, & ne forte quærentes altitudinem patris inuestigare, in tantum periculum incidamus, vtī quæramus an super deum alter sit deus. Si autem quis amans contentionem contradictor fuerit hiis quę à nobis dicta sunt, & hiis quę ab Apostolo relata sunt, quoniam ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, putet se non ex parte, sed vniuersaliter vniuersam cepisse eorum quę sunt agnitionem, Valentinus aliquis existens, aut Ptolomęus, aut Basilides, vel aliquis eorum qui altitudines dei exquisisse se dicunt, non in ea quę inuisibilia sunt, vel quę ostendi non possunt, cum inani iactantia decorās seipsum plus quàm reliquos se agnouisse gloriatur, sed causas eorum quę in hoc sunt mundo, quas nos non noscimus, vt putat numerum capillorum capitis sui, & de hiis quę quotidie capiuntur passerres, & de reliquis nō prouisis à nobis, diligenter exquirens & à patre discēs annunciet nobis, vt ei de maioribus quoque credam⁹. Si ea autē quę in manibus sunt, & ante pedes, & in oculis, & terrenis, & percipue dispositionem capillorum capitis sui, nondum sciunt hij qui sunt perfecti, quemadmodum eas de hiis spiritalibus & supercælestibus, & de hiis quę sunt ad Deum vana persuasionē confirmant, credemus? Et tantum quidem, & de numeris, & de nominibus & de syllabis, & quæstionibus eorū quę sunt super nos, & de eo quod improprie exponūt parabolas, à nobis sit dictum

Quemadmodum pro quo modo.

dictum, quandoquidem à te plura dici possint.

¶ De natura animæ, quoniam secundum illorū sermonem cum animæ seruentur, necesse est, & corpora participare salutem.

Caput LI.

R. Euertamur autē nos ad reliqua quæ sunt eorum argumentationis . in consummationem enim dicentes ipsorum matrem intra Pleroma regredi, & recipere sponsum suum Salvatorem, se autem quoniā spirituales esse dicunt, expoliatas animas, & spiritus intellectuales factas sponfos futuros spiritualium angelorum. Demiurgum autem quoniam animalem dicunt, in matris locum cessurum. Iustorum autem animas requiescere in medietatis loco, psychice dicentes similia ad similia cōgregari, spiritualia ad spiritualia, materialia in materialibus perseverare, contraria sibi diffiniunt animas iam non propter substantiam, in medietatem ad similia dicentes succedere, sed propter operationem iustorum quidem dicētes illuc succedere, impiorum autem remanere in igne. Si enim propter substantiam omnes succedunt animæ in refrigerium, & in medietate sunt omnes, secundum quod sunt animæ, cū sint eiusdem substantiæ, & superfluum est credere, superflua autem & discessio Salvatoris. Si autem propter iustitiam, iam non propter id quod sint animæ, sed quoniā sunt iustæ. Si autem animæ, quæ periturae essent inciperent nisi iustæ fuissent, iustitia potens est saluare & corpora, quæ utique non saluabit, quæ & ipsi participauerunt iustitiæ. Si enim natura & substantia saluat, omnes saluabuntur animæ: si autē iustitia & fides, quæ non saluet ea quæ similiter cum animabus in corruptelam incidere incipiunt corpora: aut enim impotēs aut iniusta apparebit huiusmodi iustitia, si quædā quidem saluat propter suam participationem, quædam autem non.

m iij. ¶ Ostensio

¶ Ostensio quod animæ eorum secundû suas regulas siue argumentu, nõ possunt participare salutem. Caput LII.

¶ Via enim in corporibus perficiuntur ea quæ sunt iustitiæ, manifestû est. aut vniuersæ itaque animæ necessarie succedent in mediæ-tatis locum & iudicium nusquam: aut & corpora quæ participauerunt iustitiæ cum animabus quæ similiter participauerunt, obtinebunt refrigerij locum. siquidem potes & iustitia illuc transducere ea, quæ participauerunt, & verus & firmus & integer de resurrectione corporum sermo, quem quidem credimus nos, quoniam & mortalia corpora nostra custodientia iustitiã resuscitãs deus, incorrupta & immortalia faciet. Deus enim melior est, quàm natura, habens apud semetipsum velle, quoniam bonus est, & posse, quoniam potens est, & perficere, quoniam diues & perfectus est.

¶ Quoniã in nullo potest interior illorum homo supergredi Demiurgum.
Cap. LIII.

Hij autem quoniam omnia cõtraria sibi dicunt, non omnes animas in mediæ-tatem succedere definiētes, solas quæ sint iustorum: naturaliter enim & secundum substantiam emissa esse tria genera dicunt à matre: quandoquidem sit de aporia & tædio & timore, quod est materia: alterum autem de impetu, quod est animale: quod autem enixa est secundum visionem eorum qui circa Christum sunt angeli, quod est spiritale. Si igitur illa quæ enixa est omni modo intra pleroma ingrediuntur, quoniam spiritale est: quod est autem materiale residet deorsum, quoniam est materiale, & exardescente eo qui inest ei, igne consumetur in totum animale, quare non totum in mediæ-tatis locum cedit, in quem & Demiurgum mittunt? Quid autem est illud quod cedit eorum intra pleroma? animas enim in mediæ-tatem perseuerare dicunt, corpora autem quoniam materialem habent substantiam, in matre-

in materiam resoluta ardere ab eo qui in ea est ignis. corpore autem ipsorum corrupto, & anima remanente in medietate, nihil iam relinquetur ex homine, quod intra pleroma cadat. Sensus enim mens & cogitatio & intetio mentis & ea quæ sunt huiusmodi nõ aliud quid præter animam sunt, sed ipsius animæ motus & operationes, nullam sine anima habentes substantiam. Quid ergo adhuc erit eorum quod succedit in pleroma? & ipsi enim in quantum quidem anima sunt remanet in medietate, in quantum autem corpus, cum reliqua materia ardebunt: & his sic se habetibus, super Demiurgum se ascendere dicunt insensati: & secundum hoc quidem se meliores pronunciant illo deo, qui cælos & terram & maria & omnia quæ in eis sunt fecit, & ornauit. Et se met quidem spirituales esse volunt inhonorate, cum sint carnales propter tantam suam impietatem. Qui autem fecit angelos suos spiritus, & induitur lumine quemadmodum pallium, & velut in manu tenet gyrum terræ, atq; inhabitantes eam velut locustæ sunt deputati.

¶ Quoniam non est verisimile hos quidem spirituales esse, Demiurgum autem animale. Caput LIIII.

T vniuersæ spiritualis substantiæ Demiurgum & dominum animale esse dicentes, indubitate & vere suam ostendunt insaniam, & velut vere de tonitruo percussi, super eos qui fabulis referuntur gigantes, extollentes sententiam aduersus deum, præsumptione vani & instabili gloria tumidi, quibus vniuersæ terræ Elleborum non sufficit ad expurgandum, uti euomant tantam suam stultitiam. Melior enim ex operibus oportet ostendi: vnde igitur semetipsum ostendunt Demiurgo meliores, uti & nos ad impietatem propter necessitatem sermonis deurgamus, dei & insanorum hominum comparationem facientes, & in argumentationem eorum descendentes, sæpe per propria ipsorum dogmata arguentes eos. Sed nobis quidem propitius sit deus, non enim illi eum comparantes, sed arguentes & euertentes

euerentes illorum insaniam dicimus hæc, ad quos stu-
 pescunt multi insensatorum, quasi plus aliquid ipsa ve-
 ritate ab eis possent discere. Et illud quod scriptum est,
 Quærite & inuenietis, ad hoc dictum esse interpretan-
 tur, uti super Demiurgum semetipsos adinueniant ma-
 iores: & meliores vocat esse semetipsos quam Deum: &
 semetipsos spiritales, Demiurgum autem animale: &
 propter hoc superascendere eos super Deum, & se quidem
 inter pleroma cedere, Deum autem in mediocritatis loco.
 Ab operibus itaque ostendant semetipsos Demiurgo
 meliores, Non enim in eo quod dicitur, sed in eo quod
 est, melior ostendi debet. Quod igitur opus monstrabit
 per semetipsos à Salvatore siue à matre ipsorum factum,
 aut maius aut splendidius, aut rationabilius hijs quæ
 facta sunt ab hoc, qui hæc omnia disposuit? Quos cælos
 firmauerunt? quam terram solidauerunt? quas emiserunt
 stellas? vel quæ luminaria lucidauerunt? quibus autem
 circulis infrenauerunt ea? vel quas pluias, vel frigora,
 vel nives secundum tempus & secundum vnamquamque
 regionem aptabilia adduxerunt terræ? quem autem ca-
 lorem & siccitatem è contrario apposuerunt eis? aut quæ
 flumina abundare fecerunt? quos autem adduxerunt fon-
 tes, quibus autem floribus & arboribus adornauerunt
 eam quæ est sub cælo, vel quam multitudinē animalium
 formauerunt, partim quidem rationabiliū, partim autē
 irrationabiliū vniuersorum forma ornatorum? & reli-
 qua omnia quæ per virtutem dei sunt constituta, & sa-
 pientia eius gubernantur, quis potuit per singula enu-
 merare, vel inuestigare magnitudinem sapientiæ eius
 qui fecit dei? Quid autē illa quæ super cælum, & quæ nõ
 prætereunt, quanta sunt, angeli, throni, dominationes,
 potestates innumerabiles. aduersus quod igitur vnum
 opus ex hijs semetipsos è contrario constituunt? Quid
 tale ostendere habent per semetipsos vel à semetipsis fa-
 ctum, quando & ipsi huius factura & plasmatio sunt?
 Siue enim saluator, siue mater ipsorum (ut propria ipso-
 rum dicamus, per sua ipsorum propria mendaces eos
 arguentes) visa est hæc, ut dicunt, ad faciendam imaginē
 eorum

eorū quę intra pleroma sunt, & contēplationis vniuersę quam vidit circa saluatorem, tanquam meliori hoc & aptabiliori ad faciendam voluntatem suam per eū vsa est: tantorum enim imagines nequaquam per inferiorē sed per meliorem deformauit.

☉ Ostensio quod non sit animalis Demiurgus. Caput LV.

E Rant enim & ipsi tunc, sicut dicunt, existentes conceptio spiritalis secundū contemplanonē eorum, qui erga Pandorā sunt satellites dispositi. Et hij quidem vacui perseuerabāt nihil per eos perficiente matre, vel per saluatore, inutilis cōceptio, & ad nihilum apta: nihil enim per eos apparet factum. Qui autē emissus est secundū eos deus, inferior ipsis existēs, secundum argumentationem eorum, animalem enim eum esse volunt, in omnia operator & efficax & aptabilis fuit, vti per eum omniū imagines fierent: & non tantum quę videntur hęc, sed inutilibilia, angeli, archęgeli, dominationes potestates & virtutes per hunc omnia facta sunt, videlicet velut per meliorē, & qui possit voluntati deseruire. Nihil autem per hos matrem apparet fecisse, quemadmodū & ipsi consententur, vti iuste quis æstimet eos abortum fuisse male parientis matris ipsorum. Nō enim obstetrices eam obstetricauerūt, & propterea velut abortiuū proiecti sunt, in nihilū vtilēs, ad nullū opus facti matris. Et semet meliores vocāt eo per quem tanta & talia facta sint & disposita, quando & per suam argumentationē per quā inferiores multū inueniūtur. Ac velut duo ferramēta operaria vel organa duo cum sint, ex quibus alterum quidem semper in manibus & in vsu artifex habet, & per illud faciat quanta vellet & ostendat artem & sapientiam suam: alterum autem vacuū atq; otiosum perseueret & sine operatiōe, per quod nihil omnino apparet faciēs artifex, & in nullam actionem eo vtēs: deinde dicat quis inutile hoc & vacuū atq; otiosum meli⁹ esse, & pluris illo quovtitur in opere, per quod

quod & glorificatur ipse artifex : hic igitur hebes esse iuste arbitrabitur, qui sit talis, & mentis suæ non compos. Si autem & hi semet spiritales & meliores dicentes, & Demiurgum animale, & propter hoc superascendere, & intra pleroma penetrare ad viros suos, sunt enim fœmina quemadmodum ipsi confitentur: deum autem inferiorem, & propter hoc manere in medietate, & huius nullam ostensionem afferentes. Qui enim melior est, ex operibus ostenditur. Omnia enim opera à Demiurgo facta sunt, per semetipsum autem nihil dignum ratione factum ostendere habentes, insani sunt summa & insanabili insania. Si autem contenderint dicere, quoniam quæcunq; sunt quidem materialia, vt puta, cælum, & vniuersus qui infra eum continetur mundus, à Demiurgo facta sunt, Quotquot autem spiritaliora hiis illa quæ sunt super cælum, vtputa principia, potestates, angeli, archangeli, dominationes, & virtutes per spiritalè enixionem, quod semetipsum esse dicunt, facta sunt: Præmo quidem ex dominicis scripturis ostendimus, omnia quæ prædicta sunt visibilia & inuisibilia ab vno deo facta. Non enim magis idonei hi quæ scripturæ, nec relinquentes nos eloquia domini & Moysen & reliquos prophetas, qui veritatem præconiauerunt, his credere oportet, sanum quidem nihil dicentibus, instabilia aut delirantibus. Post deinde etiam si per ipsos ea quæ sunt super cælos facta sunt, dicant nobis quæ sit inuisibiliu natura, enarrent numerum angelorum & ordinem archangelorum, demonstrent thronorum sacramenta, & doceant diuersitates dominationum, principatum & potestatum atq; virtutum. sed non habent dicere, non ergo per eos facta sunt. Si autem à Demiurgo facta sunt hæc, sicut & facta sunt, & sunt spiritalia & sancta, non est ergo animalis hic qui spiritalia perficit, & soluta est illorum magna blasphemia.

¶ De assumptione Apostoli vsq; ad tertium cælum, & cum dixit, siue in corpore, siue extra corpus.

Caput LVI.

Quæ

Vi enim sunt in cælis spiritalis conditionis,
 vniuersæ clamant scripturæ, & Paulus autem
 testimonium perhibet. quoniam sunt spirita-
 lia, vsq; ad tertium cælum raptum se esse significans, Et
 rursum delatum esse in paradysum, & audiuisse verba
 inenarrabilia, quæ non licet homini loqui. Et quid illi
 prodest aut in paradysum introitus, aut vsq; in tertium
 cælum assumptio, cū sint omnia sub potestate Demiur-
 gi, si eorum quæ super Demiurgum dicuntur mysterio-
 rum speculator & auditor inciperet fieri, quemadmo-
 dum audent quidam dicere. Si enim vti eam quæ est su-
 per Demiurgum disceret dispositionem nequaquam in
 hijs quæ sunt Demiurgi remansisset, ne ipsa quidē vni-
 uersa perspeculatus, restabat enim ei adhuc secundum
 illorum sermonem quartum cælum, vti adpropinqua-
 ret Demiurgo, & subiectam septennationem videret,
 sed reciperetur fortasse vel vsq; ad medietatem, id est,
 ad matrem, vti ab ea disceret quæ sunt intra pleroma.
 Poterat enim qui est intus homo eius, qui & loquebatur
 in eo inuisibilis existens, quemadmodum dicunt, non
 tantum vsq; ad tertium cælum, sed vsq; ad matrem illo-
 rum peruenire. Si enim se hoc est ipsorum hominē sta-
 tim supergredi dicunt Demiurgum, & abire ad matrē,
 multo magis vtique Apostoli homini hoc euenisset, nec
 enim prohibuisset illum Demiurgus, iam & ipse subie-
 ctis saluationi dicunt. Si autem prohibuisset, nihil pro-
 fecisset, non enim possibile est eum patris prouidentia
 fortiores esse, & hæc cum interior homo inuisibilis
 etiam à Demiurgo esse dicatur. Quoniam autem ille ve-
 lut magnum aliquid & præclarum eam quæ fuit vsq; ad
 tertium cælum assumptionem enarrauit, non vtique
 isti super septimum cælum ascendunt, non enim sunt
 meliores Apostolo. Si se ipsos dicant differentiores, ex
 operibus arguentur, nihil enim ab illis tale iactatum
 est. Et propter hoc adiecit, siue in corpore, siue extra cor-
 pus, deus scit: vtique ne corpus particeps putaretur esse
 visionis eius, quippe quasi ipsum participaturum eorū
 quæ vidisset & audisset: nec rursus propter pondus cor-
 poris

poris dicat quis eum amplius non esse assumptum, sed ideo vsq; illuc permittatur etiã sine corpore sacraméta perspicere spiritalia, quæ sunt dei operatiões, qui fecit cælos & terrã, & plasmauit hominẽ, & posuit in paradiso, speculatores fieri eos qui similiter vt Apostolus valde sint perfecti in dilectione dei. Et spiritalia itaq; hic fecit, quorum vsque ad tertium cælum speculator factus est Apostolus, & in enarrabiles sermones, quos nõ licet homini loqui, quoniã sint spirituales, & ipse hic præstat dignis, quẽadmodũ vult, huius enim est paradisu: Et vere est spiritus dei, sed non animalis Demiurgus, alioquin nunquam spiritalia perfecisset: Si autem animalis hic, per quem facta sunt spiritalia, referãt nobis. Sed neq; enixtionem matris suę, quod semetipsos, dicunt factum esse quid ostendere habent. Hij enim non tantũ aliquid de spiritalibus, sed ne quidem muscam aut culicem, aut tale aliquid, hijs quæ sunt contemptibilia animalia pusilla perficere possunt, præter eam rationẽ quæ ab initio à deo per seminum demissionem, in hijs quæ sunt eiusdem generis naturaliter facta sunt atq; sunt animalia. Sed ne quidem à sola matre factum aliquid dicunt emissum hunc Demiurgum & dominum vniuersæ operationis: Et eum quidem qui sit vniuersæ operationis Demiurgus & dominus animalem esse dicunt, solum autem spirituales, qui nullius operationis fabricatores sunt aut domini, non solum eorum quæ sunt extra eos, sed ne quidem * operum suorum. Multa denique sæpe secundum corpus patiuntur nolentes, vocantes se spirituales & meliores Demiurgo. Iuste igitur à nobis arguentur porrò & longe diuertisse à veritate. Si enim per hunc quæ facta sunt fecit saluator, nõ inferior ipsis sed melior esse ostenditur, quando & horum ipsorum inuenitur factor: nam & ipsi sunt ex hijs quæ facta sunt. Quomodo itaq; consequens est hos quidem spirituales esse, hunc autẽ ipsum per quem & facti sunt, animalẽ? siue, quod & solum est verũ, quod & per plurima ostendimus velut liquidissimis ostensionibus, ipse à semetipso fecit libere, & ex sua potestate, & disposuit & perfecit omnia,

Alias corporum.

omnia, & est substantia omnium voluntas eius : solus hic deus inuenitur, qui omnia fecit, solus omnipotens, & solus pater condens & faciens omnia, & visibilia, & inuisibilia, & sensibilia & insensata, & cælestia & terrena, verbo virtutis suæ: & omnia aptauit & disposuit sapientia sua, & omnia capiens, solus autem à nemine capi potest, ipse fabricator, ipse conditor, ipse inuentor, ipse factor, ipse dominus omnium: & neque præter ipsum, neque super ipsum, neque mater quam illi admittuntur, nec deus alter quem Marcion affinxit, nec pleroma xxx. æonum, quod vanum ostensum est, neque Bythus, nec proarche, neque cæli, nec lumē virginale, nec A Eon in-nominabilis, nec in totum quicquā eorū, quæ ab hijs & ab omnibus hæreticis delirantur, Sed solus vnus deus fabricator, hic est qui super omnē principalitatē, & dominationem, & virtutem, hic pater, hic deus, hic conditor, hic factor, hic fabricator, qui fecit ea per semetipsum, hoc est, per verbum & per sapientiam suam cælum & terram & maria & omnia quæ in eis sunt. Hic iustus, hic bonus, hic est qui formauit hominē, qui plantauit paradysum, qui fabricauit mundum, qui diluuium induxit, qui Noë saluauit. Hic deus Abraham & deus Isaac, & deus Iacob, deus viuorum, quem & lex annunciat, quem prophetæ præconant, quem spiritus reuelat, quem apostoli tradunt, quem ecclesia credidit, hic pater domini nostri Iesu Christi, per verbum suum, qui est filius eius, per eum reuelatur & manifestatur omnibus, quibus reuelatur. Cognoscunt enim eum hij quibus reuelauerit filius, semper autem coëxistens filius patri, olim & ab initio semper reuelat patrem & angelis & archangelis, & potestatibus & virtutibus & hominibus, quibus vult & reuelare deus.

¶ Quomodo ea quæ aduersus Valentiniū dicuntur omnem euertunt hæresim. Cap. LVI E

D Estructis itaque hijs qui à Valentino sunt, omnis hæreticorum euersa est multitudo. Quæ enim & quantum aduersus pleroma ipsorum & ad ea

Menæder in-
uentor turpi-
tudinis

ad ea quæ extra sunt diximus, ostendentes, quoniã concludetur & circumscribetur pater vniuersorum ab eo, quod extra eum est, si tamen extra eum aliquid sit, & quoniam neçesse est multos quidem patres, multa aut pleromata, & multas mundorum fabricaciones, ab alijs quidem coeptas, ad alteras autem deficientes esse, secundum omnem partem, & vniuersos perseverantes in suis proprijs, non curiose agere de alijs, in quibus neque participatio neque communio aliqua est eis, & nullum alium omnium esse deum, sed solum esse omnipotentis appellationem: & aduersus eos qui sunt à Marcione, & Simone, & Menandro, vel quicumque alij sunt, qui similiter diuidunt eam quæ secundum nos est conditionem à patre, similiter erit ad eos adaptatum. Quanta autem rursus diximus aduersus eos, qui dicunt, omnia quidem comprehendere patrem vniuersorum, eam autem quæ sit secundum nos conditionem non ab eo esse factam, sed à virtute quadam altera, vel ab angelis ignorantibus propatorem in immensa magnitudine vniuersitatis circumscriptum centri bice, velut maculam in pallio, ostendentes, quoniam non est verisimile alium quendam eam quæ secundum nos est, conditionem fecisse, quam patrem vniuersorum, & aduersus eos, qui sunt à Saturnino & à Basilide & Carpocrate & reliquos gnosticorum, qui eadem similiter dicunt, idem dicitur. Quæ autem de prolationibus dicta sunt & æonibus & deminorationibus, & quemadmodum instabilis mater ipsorum, similiter euertit Basilidem, & omnes qui falso cognominantur agnitores, alijs nominibus eadem similiter dicentes. magis autem quam hij qui ea quæ sunt extraveritatem transferentes ad characterem suæ doctrinæ, & quæcunque sunt quæ de numeris diximus, aduersus omnes, qui in huiusmodi speciem deducunt, quæ sunt veritatis, dicitur, Et quæcunque dicta sunt de Demiurorum, ostendentia quod hic solus deus, & pater vniuersorum, & quæcunq; adhuc dicetur in sequentibus libris, aduersus omnes dico hæreticos, eos quidem qui sunt mæiores eorum & humaniores auertens & confundens, vt non

ut non blasphement suum conditorem & factorem &
 nutritorem & dominum, neque de labe & ignorantia
 genesis eius affingere: feroces autem & horribiles & ir-
 rationabiles effugabis à te longe, ne amplius fustineas
 verbofitates eorum. Super hæc arguétur qui sunt à Si-
 mone & Carpocrate, & si qui alij virtutes operari dicú-
 tur, non in virtute dei, neque in veritate, neque in bene-
 ficis hominibus facientes ea quæ faciunt, sed in perni-
 ciam & erroré per magicas elusiones, & vniuersa frau-
 de plus lædentes, quam vtilitatem præstantes hiis, qui
 credunt eis in eo quod seducant. Nec enim cæcis pos-
 sunt donare uisum, neque surdis auditum, neque om-
 nes dæmonas effugare, præter eos qui ab ipsis immittú-
 tur, si tamen & hoc faciunt, neque debiles, aut claudos,
 aut paralyticos curare, vel alia quadam parte corporis
 vexatos, quemadmodum sæpe euenit fieri secundú cor-
 poralem infirmitatem, vel eorum quæ à foris accidunt,
 infirmitatum bonas valetudines restaurare: tantum ab-
 sunt ab eo ut mortuum excitent, quemadmodum domi-
 nus excitauit & apostoli per orationem, & in fraterni-
 tate, sæpissime propter aliquid necessarium ea quæ est
 in quoquo loco ecclesia vniuersa postulante per ieiun-
 nium & supplicationem multam, reuersus est spiritus
 mortuo, & donatus est homo orationibus sanctorum, ut
 ne quidem credant hoc in totum posse fieri, esse autem
 resurrectionem à mortuis, agnitionem eius quæ ab eis
 dicitur veritatis. Quãdo igitur apud eos quidem error
 & seductio & magica phantasia in speculatu hominum
 & fraternitas & veritas ad opitulationem hominú, non
 impie fiat, in ecclesia autem miseratio & misericordia
 & seductio & magica phantasia in speculatu hominum, non
 solum sine mercede & gratis impertiatur, sed & nobis
 & fraternitas & veritas ad opitulationem hominú, non
 ipsis quæ sunt nostra erogantibus pro salute hominum,
 & ea quibus his qui curantur indigent sæpissime non
 habentes, à nobis accipiunt, vere & per hanc speciem
 arguuntur à diuina substantia & benignitate Dei & vir-
 tute spiritali in totum extranei, fraude autem vniuersa
 & ab inspiratione apostatica, & operatione dæmoniaca,
 & phâtasmate idololatriæ per omnia repleti, præcurso-

res vere draconis eius, qui per huiusmodi phantasiã abscedere faciet in cauda tertiam partem stellarum, & deiciet eos in terram: quos similiter atque illum deuitare oportet, & quanto maiore phantasmate operari dicuntur, tanto magis obseruare eos, quasi maiorem nequitie spiritum perceperint. Quapropter etiam si obseruauerit quis eorum diurnam conuersationis operationem, inueniet vnam & eandem esse eis cum dæmonijs conuersationem, & hæc autem quæ est erga operationes impia ipsorum sententia, quæ dicit, oportere eos in omnibus operibus etiam quibuslibet malis fieri, ex domini doctrina dissoluetur, apud quem non solû qui mœchatur expellitur, sed & qui mœchari vult, & nõ solum qui occidit reus erit occisionis ad damnationem, sed & qui irascitur sine causa fratri suo: qui & non solum nõ odire homines, sed & inimicos diligere iussit, & non solum non periurare, sed nec iurare præcepit, & non solum male loqui de proximis, sed ne quidem racha & fatuum dicere aliquem: si quo minus reos esse huiusmodi in ignem gehennæ. & non tantum non percutere, sed & ipsos percussos etiam alteram præstare maxillam. & nõ solum non abnegare quæ sunt aliena, sed etiam si sua auferantur illis non postulare: & non solum non lædere proximos, neque facere quid eis malum, sed & eos qui male tractentur magnanimes esse, & benignitatem exercere erga eos, & orare pro eis, vti pœnitentiam agentes saluari possint, in nullo imitantes nos reliquorum contumeliam & libidinem & superbiam. Quando igitur ille quem isti magistrum & gloriantur, & cum multo meliorem & fortiorem reliquis animam habuisse dicunt, cum magna diligetia quædam quidem iussit fieri quasi bona & egregia, quibusdam autem abstinere non solum operibus, sed etiam hjs cogitationibus quæ ad opera ducunt, quasi malis & nociuis & nequam, quemadmodum magistrum dicentes talem fortiorem & meliorem reliquis, deinde quæ sunt contraria eius doctrinæ manifeste præcipientes, non confunduntur? Et si quidem nihil esse mali aut rursus boni, opinione autem sola humana quædam

μακροθυμους
quod veteres
aliquãdo red
dunt longani-
mes, aliquan-
do magnani-
mes.

quædam quidem iniusta, quædam autem iusta putarentur, non utique dixisset dogmatizans, id est docens, iusti autem fulgebunt sicut sol in regno patris eorum, iniustos autem & qui non faciunt opera iustitiæ mittit in ignem æternum, ubi vermis ipsorum non morietur, & ignis non extinguetur:

¶ Conuersio hæreticorum omnium in hijs
quibus non communicant cum Valen-
tino. Caput LVIII.

Dhuc etiã dicentes oportere eos in omni opere, & in omni cõuersatione fieri, ut si fieri possit in vna vite aduẽtatione omnia perficiẽtes, ad perfectũ trãsgrediãtur, eorũ quidẽ quæ sunt ad virtutẽ pertinẽtia & laboriosa & gloriosa & artificialia, quæ etiã ab hominibus bona approbãtur, nequaquam inueniuntur conati facere. Si enim oportet per omne opus & pervniuersam ire operationẽ, primo quidem oportebat oẽs se discere artes, quæcunq; illę siue in sermonũ rationibus siue in operibus cõsumantur, siue per cõtinẽtiam edocẽtur & per laborẽ & meditationẽ & perseuerãtiam percipiuntur: vtputa omnẽ speciẽ Musicæ & computatiõnis & Geometriæ & Astronomiæ, & vniuersa quæ in sermonum rationibus occupantur: adhuc etiã Medicinam vniuersam, & herbarum scienciã, & eas quæ ad salutem humanam sunt elaboratæ, & picturam & statuarum fabricationem & ærariam artem & marmorariam & similes hijs. Ab his autẽ omnem speciem rusticationis & veterinariæ & pastorãlis & opificum artes, quæ dicuntur pertransire vniuersas artes, & eas quæ erga mare vacãt; & corpori studet, & venatorias, & militares. & regales, & quotquot sunt, quarũ nec decimam millesimam partẽ in tota vita sua elaborãtes ediscere possunt. & horum quidẽ nihil conãtur addiscere, qui in omni dicãt semetipsos oportere fieri opere. ad voluptates autem, & libidines, & turpia facta deurgentes, & à semetipsis iudicãtũ cum sint secũdũ doctrinã suã: quoniã enim desunt eis quæ prædicta sunt omnia, ad correptionem ignis. adibant.

Qui quidem Epicuri philosophiam & Cynicorum in-
 differentiam æmulantes, Iesum magistrum, qui non so-
 lum à malis operibus auertit suos discipulos, sed etiam
 à sermonibus & cogitationibus, quemadmodum osten-
 dimus, Dicentes autem se ex eadem circulatione cum
 Iesu habere animas, & similes illis esse, aliquando autè
 & meliores, ad opera producti, quæ ille ad vtilitatem
 hominum & firmitatem fecit, nihil tale nec simile neq;
 secundum aliquid in comparisonem quod venire pos-
 sit, perficere inueniuntur. Sed si aliquid faciunt per ma-
 gicam quemadmodum diximus operati, fraudulentè
 seducere nituntur insensatos, fructum quidem & vtili-
 tatem nullam præstantes, in quos virtutes perficere se
 dicunt: adducentes autem pueros inuestes, & oculos de-
 ludentes, & phantasmata ostendentes statim cessantia,
 & ne quidem stillicidio temporis perseuerantia, non Ie-
 su domino nostro, sed Simoni mago similes ostendun-
 tur. Et ex hoc autem quod dominus surrexit à mortuis
 in tertia die, firmum est, & discipulis se manifestauit, &
 videntibus eis receptus est in cælum, quod ipsi mori-
 tes & non resurgentes neq; manifestati, quibus arguun-
 tur in nullo similes habentes Iesu animas. Si autem &
 dominum per phantasmata huiusmodi fecisse dicunt,
 ad prophetica reducentes eos, ex ipsis monstrabimus,
 omnia sic deo, & prædicta esse, & facta firmissime, & ip-
 sum solum esse filium dei: quapropter & in illius nomi-
 ne, qui vere illius sunt discipuli ab ipso accipientes gra-
 tiam, perficiunt ad beneficia reliquorum hominum, que-
 admodum vnusquisque accipit donum ab eo. Alij enim
 dæmones excludunt, firmissime & vere, vt etiam sæpif-
 sime credant ipsi qui emundati sunt à nequissimis spi-
 ritibus, & sint in ecclesia: alij autem & præscientiam ha-
 bent futurorum, & visiones & dictiones propheticas.
 Alij autem laborantes aliqua infirmitate, per manus im-
 positionem curant, & sanos restituunt. Iam etiam que-
 admodum diximus & mortui resurrexerunt, & perseue-
 rauerunt nobiscum annis multis, & quid autem? Non
 est numerum dicere gratiarum quas per vniuersum
 mundum

καὶ εἶπεν dixit
 beneficium.

mundum ecclesia à Deo accipiens, in nomine Christi Iesu crucifixi sub Pontio Pilato per singulos dies in opitulationem gentium perficit, neque seducens aliquem, nec pecuniam ei auferens. Quæadmodum enim gratis accepit à Deo, gratis & ministrat: nec inuocationibus angelicis faciat aliquid, nec incantationibus, nec aliqua praua curiositate, sed munde & pure & manifeste orationes dirigentes ad dominum, qui omnia fecit, & nomen domini nostri Iesu Christi in virtute * secundum utilitates hominum, sed non ad seductionem perfecit. Si itaque & nunc nomen domini nostri Iesu Christi beneficia præstat & curat, firmissime & vere omnes vbique credentes in eum, sed non Simonis, neque Menandri, nec Carpocratis, nec alterius cuiuscunque, manifestum est quoniam homo factus, cõuersatus est cum suo plasmate, vere omnia fecit ex virtute Dei, secundum placitum patris vniuersorum, quomodo prophete prædixerunt. Quæ autè erant hæc, in hiis quæ sunt ex prophetis ostensionibus narrabuntur.

al. ad utilitatem hominum

¶ Ostensio quod non transeant animæ in alia corpora. Caput LIX

D E corpore autem in corpus transmigracione ipsorum subuertamus ex eo, quod nihil omnino eorum quæ ante fuerint, meminerint animæ. Si enim ob hoc emittebantur vti in omni erunt operatione, oportebat eas meminisse eorum, quæ ante facta sunt, vt in ea quæ deerant adimplerét, & non circa eadem semper volutantes cõtinuatim, miserabiliter laborét. Non enim poterat corporis adruختio in totum vniuersam ipsorum quæ antè habita erant, extinguere memoriam & contemplationem, & maxime ad hoc venientes. Quomodo enim nunc soporato & quiescente corpore quæcunq; anima ipsa apud se videt, & in phantasmate agit, & horum plura reminiscens communicat cum corpore, & est quando & post plurimum temporis quæcunque per somnium quis vidit, vigilans annunciat: Sic vti que se reminisceretur, & illorum quæ ante-

quàm in hoc corpus veniret egit . Si enim hoc quod in breuissimo tempore visum est, vel in phantasmate conceptum est, & ab ea sola per somnium, postquàm cõmixta sit corpori & vniuersum mèbrum dispersa cõmemoratur , multo magis illorũ reminisceretur in quib' tẽporib' tãtis, & vniuersa pręteritę vitę secula immorata est.

¶ Ostensio quod non bibant secundum Platonem obliuionis poculum. Cap. L X.

A D hæc Plato vetus ille adueniens, is qui & prius sententiam hanc introduxit, cum excusa re non posset, obliuionis induxit poculum, putans se per hoc aporiam huiusmodi effugere, ostensio quidem nullam faciens, dogmatice autem respondens, quoniam introeuntes animæ in hæc vitam, ab eo qui est super introitum dæmone, priusquàm in corpora intrēt, potantur obliuione, & latuit semetipsum in alteram maiorem incidens aporiam . Si enim obliuionis poculum potata est, posteaquàm ebibitum est, omnium factorum obliterare memoriã, hoc ipsum vnde scis ò Plato , cum sit nũc in corpore anima tua, quoniã priusquàm in corpore introcat à dæmone potata est obliuionis medicamentum. Si enim dæmonem & poculum & introitum reminisceris, & reliqua oportet cognoscas. Si autẽ illa ignoras, neque dæmon verus, neque artificiose compositum obliuionis poculum.

¶ Ostensio quoniam corpus non est obliuio. Caput L X I.

A Duerfus autẽ eos qui dicũt, ipsum corpus esse obliuionis medicamentũ, occurret hoc. Quomodo igitur quodcunq; per semetipsam anima videt, & in somnijs & secundum cogitationem, mentis intentionem corpore quiescente ipsa reminiscitur, & renũciat proximis. Sed ne quidem ea quę olim agnita sunt, aut per oculos, aut per auditum , memisset anima in corpore existens, si esset corpus obliuio, sed simul atq; ab inspectis abesset oculis, auferretur oculus, auferretur

retur utique ea, quæ esset de hijs memoria. Ipsa enim obliuione existens, anima nihil aliud cognoscere poterat nisi solū illud quod in præsentia videbat. Quomodo autem & diuina* sciret, & meminisset ipsorū, existens in corpore, quando sit (ut aiunt) ipsum corp⁹ obliuio? Sed & prophetæ ipsi cum essent in terra, quæcunq; spiritaliter secundum visiones cælestium vident vel audiunt, ipsi quoque meminerunt in hominem conuersi, & reliquis annuntiant: & nō corpus obliuionem efficit animæ eorū quæ spiritaliter visa sunt, sed anima docet corpus, & participat de spiritali & facta visione. ali. disceret.

¶ Quoniam in corporis communione non amittit suas virtutes anima. Cap. L X I I.

Non enim est forti⁹ corp⁹ quàm anima, quod quidem ab illa spiratur & viuificatur & augeatur & articulatur, sed anima possidet & incipitur corpori, Tantum autem impeditur à sua velocitate, quantum corpus participat de eius motione, sed non amittit suam scientiam. Corpus enim organo simile est, Anima autem artificis rationem obtinet. Quemadmodum itaque artifex velociter quidem operationem secundum se adiuuenit, in organo autem tardius illam perficit, propter rei subiectæ immobilitatē, & illius mentis velocitas admixta tarditati organi temperatam perficit operationem, Sic & anima participans suo corpori, modicum quidem impeditur, admixta velocitate eius in corporis tarditate, non amittit autem in totum suas virtutes: sed quasi vitam participans corporis, ipsa viuere non cessat, sic & de reliquis ei comunicans, neq; scientiam ipsorum perdit, neque memoriam inspectorum.

¶ Ostensio quod vnusquisque nostrum suam habeat animam, sicut & suum corpus. Cap. L X I I I.

Sic itaque nullius præteritorum meminit, sed existentiū scientiā hic percipit, nō igitur in alijs corporib⁹ fuit aliquādo, neq; egit, quæ non quidē

n iij

al. voluntate

quidem agnoscit, neque nouit, quæ quidem neque uident, sed quæadmodum vnusquisque nostrum suum corpus per artem dei sumit, sic & suam habet animã. Neque enim sic pauper, neque indigens Deus, ut non unicuique corpori propriam donaret animam, quemadmodum & proprium characterem. Et ideo adimpleto numero, quæ ipse apud se ante definit, omnes quicumque sunt descripti in vitam resurgent, sua corpora & suas habentes animas, & suos spiritus, in quibus placuerunt Deo. Qui autem pœna sunt digni, abibunt in eam & ipsi suas habentes animas, & sua corpora, in quibus abstiterunt à Dei * bonitate: & cessabunt utriusque iam generare & generari, & ducere uxorem, & nubere, ut commensurata multitudo ante præfinita Deo, generis humani perfectorum compago siue aptatio conferuet patris. Plenissime autem dominus docuit, non solum perseverare, non de corpore in corpus transgrediētes animas, sed & characterem corporis, in quo etiam adaptantur, custodire eundem, & meminisse eas operum quæ egerunt hic, & à quibus cessauerunt, in enarratione quæ scribitur de diuite & de Lazaro eo qui refrigerabatur in sinu Abrahæ: in qua ait, diuitē cognoscere Lazarum post mortem, & Abraham autem similiter, & manere in suo ordine vnum quenque ipsorum, & postulare mitti ei ad opem ferendam Lazarum, cui ne quidem de mensæ suæ micis cōmunicabat: & de Abrahæ responso, qui non tantum ea quæ secundum se, sed & quæ secundum diuitem essent, sciebat, & præcipiebat Moyfi assentire & prophetis eos, qui non uellent peruenire in illum locum pœnæ, & recipientes præconium eius qui resurgeret à mortuis.

¶ Quomodo perseverant animæ corporis habentes figuras. Cap. LXIII.

Er hæc enim manifestissime declaratum est & P perseverare animas, & non de corpore in corpus transire, & habere hominis figuram, ut etiam cognoscatur, & meminerint eorum quæ sint hic, & propheticum quoque adesse Abrahæ, & dignam habitationē

habitationem vnamquanque gentem percipere, etiam ante iudicium.

¶ Quomodo animæ cum sint generabiles in futurum incorruptibiles perseverant.

Caput LXV.

S I qui autem hoc in loco dicant, non posse animas eas, quæ paulo ante esse cœperint in multum tēporis perseverare, sed oportere eas aut innascibiles esse, ut sint immortales: vel si generationis initium acceperint, cum ipso corpore mori: discāt quoniam sine initio & sine fine vere & semper idem eodem modo se habens solus est Deus, qui est omnium dominus: quæ autē sunt ab illo omnia, quæcunque facta sunt & fiunt, initium quidem suum accipiunt generationis, & per hoc inferiora sunt ab eo qui ea fecit, quoniam nō sunt ingenita: perseverant autem & extenduntur in longitūdinem seculorum, secundum voluntatem factoris Dei, ita ut sic initio fierent, & postea ut sint eis donat. Quemadmodum enim cælum quod est super nos firmamentum, & Sol & Luna, & reliquæ stellæ, & omnia ornamenta ipsorum, cum ante non essent, facta sunt, & multa tempora perseverant, secundū voluntatem Dei, sic & de animabus, & de spiritib⁹, & omnino de omnib⁹ hiis quæ facta sunt cogitās quis minime peccavit, quādo omnia quæ facta sunt initium quidem facturæ suæ habeant, perseverant autem quoadusque ea Deus & esse & perseverare voluerit. Testatur pro hiis sententiis etiā propheticus spiritus, dicens: Quoniam ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt, statuit ea in seculum seculi. Et iterum de salvando homine, sic ait: Vitā petiit à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi, tanquam patre omnium donante, & in seculum seculi perseverantiā hiis qui salvi fiunt. Non enim ex nobis, neq; ex nostra natura vita est, sed secundū gratiam Dei datur. Et ideo qui servauerit datum vitæ, & gratias egerit ei qui præstitit, accipiet & in seculum seculi longitudinem dierum. Qui autem abiecerit eā, & ingratus

ingratus extiterit factori, ob hoc quod factus est, & non cognouerit eum qui præstat, ipse se priuat in seculum seculi perseverantia. Et ideo Dominus dicebat ingratis existentibus in eum: Si in modico fideles non fuistis, quod magnum est, quis dabit vobis? significans nobis, quoniam qui in modica temporali vita ingrati extiterunt ei, qui eam præstitit, iuste non percipient ab eo in seculum seculi longitudinem dierum. Sicut autem corpus animale ipsum quidem non est anima, participatur autem anima, quoad usque deus vult: sic & anima ipsa quidem non est vita, participavit autem à Deo sibi præstitam vitam. Unde & propheticus sermo, Protoplastos, ait, factus est in animam viuam, docens nos, quoniam secundum participationem vitæ viuens facta est anima, ita ut separatim quidem anima intelligatur, separatim autem quæ erga eam est vita. Deo itaque & vitam, & perpetuam perseverantiam donante, capit & animas primum non existentes, dehinc perseverare, cum eas Deus & esse & subsistere uoluerit. Principari enim debet in omnibus, & dominari voluntas Dei, reliqua autem omnia huic cedere & subdita esse, & in seruitium dedita. Et de factura quidem, & perseverantia animæ hucusque dictum sit.

¶ Euerfio Basilidis cælorum fabricatoris. Cap. LXVI

Basilides autem & ipse super hæc dicta sunt cogitur dicere secundum suam regulam, non solum ccclxv. secundum successionem alios ab aliis factos, sed in immensum quædam & innumerabile multitudinem cælorum semper factam, & fieri, & futurum ut fiant, & nunquam deficere huiusmodi fabricam cælorum, Si enim ex defluxu prioris secundum factum cælum ad illius speciem, & ad secundum, tertium, & similiter omnes reliqui subsequentes, & de huius, quod secundum nos est, quod & nouissimum vocant, necesse est ex defluxu aliud factum simile sibi, & ex illo iterum aliud: & nunquam deficere, neque defluxus eorum, qui iam facti sunt, neque facturas seculorum, sed in immensum, & non in prænitum numerum cælorum incidere.

Ostenfio

• **O**stentio quoniam prophetæ non à variis diis fecerint prophetationes, sed ab vno & eodem, & expositio Hebraicorum nominum eorum quæ in prophetis posita sunt.

Cap. LXVII.

E T reliqui autem qui falso nomine gnostici dicuntur, qui prophetas ex diuersis diis prophetias fecisse dicunt, facile destruentur ex hoc, quod omnes prophetæ vnu deum & dominu prædicauerunt, & ipsum factorẽ celi & terræ, & omnium quæ in eis sunt, & quod aduentum filij eius significauerint, secundum quod ex ipsis demonstrauius scripturis in libris consequentibus. Si autem quidem, secundum Hebræam linguam diuersæ dictiones posita in scripturis opponant, quale est Sabaoth, & Eloæ, & Adonai, & alia quæcunque sunt talia, ex hiis ostendere laborantes diuersas virtutes atque deos, discant quoniam vnus & ipsius significationis & nuncupationes sunt omnia huiusmodi. Quod enim dicitur Eloæ secundum Iudaicam vocem, deum significat & Eloë verum, & Elloeuth, secundum Hebraicam linguam hoc quod continet omnia significat. Quod autem ait Adonai aliquando quidem nominabile & admirabile significat, aliquando autem duplicata litera Delta cum aspiratione, vtputa Addonai præfinientem & separantem terram ab aqua, nec posteaquam insurgere in eam. Similiter autem & Sabaoth per quidem Græca in syllaba nouissima scribitur, voluntarium significat, per o autem Græca, vt à Sabaoth primum cælum manifestat. Eodem modo & Iaoth extensa cum aspiratione nouissima syllaba, mensuram præfinitam manifestat, cum autem per o Græca corripitur, vtputa Iaoth, eum qui dat fugam malorum significat, & cetera omnia vnus eiusdemque nuncupationis sunt, sicut secundum Latinitatem dominus virtutum, & pater omnium & deus omnipotens, & altissimus, & dominus cælorum, & creator & fabricator, & similia hiis, non alterius atque alterius hæ sunt, sed vnus eiusdemque nuncupationes, & pronomina, per quæ vnus deus & pater ostenditur, qui
continet

continet omnia, & omnibus vt sint præstans. Quoniam autem dictis nostris consonat prædicatio apostolorum, & domini magisterium, & prophetarum annunciatio, & apostolorum dictatio, & legislationis ministratio, vnum eundemque omnium deum patrem laudantium, & non alium atque alium, neque ex diuersis diis aut virtutibus substantiam habentem, sed ex vno & eodem patre, omnia qui tamen aptat secundum subiacentiam, naturam & dispositionem & neque ab angelis, neque ab alia quadam virtute, sed à solo deo patre visibilia atque inuisibilia, & omnia omnino, quæcunque facta sunt, arbitror quidem sufficienter ostensa, & per hæc tanta vno ostenso deo patre factore omnium. Sed ne putemur fugere illam, quæ ex scripturis dominicis est probationem ipsis scripturis multo manifestius & clarius hoc ipsum prædicantibus, hiis tamen qui non prauè intendunt eis, proprium librum qui sequitur has scripturas reddetes, ex scripturis diuinis probationes apponemus in medio omnibus amantibus veritatem.

EXPLICIT LIBER SECVNDVS.

INCIPIVNT CAPITVLA TERTII libri, & primo præfatio quædam.

- A** Quibus, & quemadmodum Euangelium accepit ecclesia. 1
- Ostensio quod neque scripturis, nec traditionibus obsequantur hæretici. 2
- De apostolorum traditione, vel ab apostolis in ecclesiis episcoporum successio. 3
- Testificationes eorum, qui Apostolos viderunt, de prædicatione veritatis. 4
- Ostensio quod & dominus & Apostoli in veritate ediderint doctrinam, & non secundum audientium opinionem. 5
- Ostensio

Ostenſio, quod in ſcripturis nemo alius Deus nominatur, nec Dominus nuncupatur, niſi ſolus verus Deus pater omnium & verbum eius.	6	
Quid ſit, quod à Paulo dicitur, in aliquibus Deus mundi huius excæcavit mentes fidelium.	7	
Quid eſt mammona.	8	
Quàm habuerunt de Deo* ſcientiam Apoſtoli, qui nobis Euangelium tradiderunt.	9	Al. ſententiã
Quæ ſunt quæ à magis domino noſtro oblata ſunt munera.	10	
Oſtenſio quod neque plura, nec minus quàm quatuor poſſunt eſſe Euangelia.	11	
Quæ ſit reliquorum Apoſtolorum doctrina.	12	
Aduerſus eos, qui dicunt tantum Paulum ex Apoſtolis cognouiſſe veritatem.	13	
De ſequutore Apoſtolorum Luca, quæ ſunt quæ in Euãgelio per ſolum Lucam cognouimus.	14	
Aduerſus eos qui fruſtrantur Paulum Apoſtolum.	15	
Quæ ſit Apoſtolorum ſententia de domino noſtro Ieſu Chriſto.	16	
Oſtenſio, quod vnus & idem ipſe Ieſus Chriſtus verbũ ſit Dei.	17	
Aduerſus eos qui dicunt illum putatiue apparuiſſe.	18	
De eo qui deſcendit in idipſum ſpiritus.	19	
Quæ cauſa fuit, vt verbum dei caro fieret.	20	
Aduerſus eos qui dicunt eum de Ioseph generatum.	21	
Quid ſit quare magnanimus deus fuerit in obedientia hominis.	22	
Oſtẽſio quoniam pro eo qui ſaluatur in homine factum eſt, vt proiiceretur in hunc mundum de paradifo.	23	
Oſtenſio quoniam verbum Dei homo factus eſt.	24	
Quid eſt quod dictum eſt à Dauid, de fructu ventris ponam ſuper ſedem tuam.	25	
Quemadmodum interpretatẽ ſunt ſcripturẽ in Græcũ, & quando.	26	
Oſtenſio, quoniam ecce virgo in vtero habebit, & non vulua, quemadmodum qui dam ſcribunt.	27	
Quid eſt illud apud Danielem, lapis ſine manibus exciſus		

sus impleuit omnem terram.	28
Quare virga Moyſi proiecta coluber facta eſt.	29
Oſtenſio quod ſi Ioseph filius fuiſſet dominus, non rex eſſe potuiſſet.	30
Oſtenſio quoniam per quæ projectus eſt homo de paradiso, per hæc iterum intrat in paradifum.	31
Aduerſus eos qui dicunt nihil de Maria ſumpſiſſe Dominum in generationem.	32
Quare Lucas à Domino inchoans genealogiam in Adâ retulit, & quot ab Adam uſque ad Deum ſunt generationes.	33
Oſtenſio quoniam Adam prior ſaluatur à Domino.	34
Quare de paradiso Adam proiecit Deus.	35
De Cain qui fratrem ſuum occidit.	36
Quare folia ſici circuncinxit ſe Adam.	37
Quid eſt quod à propheta dictum eſt, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis, & cætera.	38
Aduerſus Tatiani doctrinam.	39
Aduerſus eos qui ex quacunque cauſa ſchiſmata faciunt.	40
Oſtenſio quod ſecûdum prouidentia patris regatur hic mundus.	41
Quoniam neque iuſtitiam ſine bonitate conſtare poſſit, neque bonitas ſine iuſtitia.	42
Quoniam ſapiens, idem iudex.	43
Oſtenſio quod uerbum Dei iuſtum & bonum ſit.	44
Quemadmodû religioſior Plato quàm hæretici oſtendatur.	45
Quemadmodum ſecundum ſuam regulam, qui à Valeriano ſunt extra ueritatem oſtenduntur.	46

ARGVMENTVM ERAS. ROTEROD.
in tertium Librum sancti Irenæi.

V Idetur hoc vir sanctissimus Irenæus studio ca-
uisse ne scholiis aut argumentis foret opus, a-
deo diligenter in titulis capitum rei summam
colligit, & singulos libros præloquens recenset ordine,
quæ dixerit libro superiore, proponens quæ proximo
dicturus est. Si quis tamen de his copiosius auebit co-
gnoscere, legat quinque Tertulliani libros aduersus Mar-
cionem, in quibus Irenæum imitatur, Sunt autem mi-
nutula quæ annotauimus, eaq; pauca. capite 38. recitat
ex Genesi, Et ipse conteret caput tuum, vt ipse non re-
feratur ad mulierem, sed ad semé mulieris qui est Chris-
tus. Cap. 21. dicit filium hominis commixtū verbo Dei,
pio quidem sensu, sed verbo quod nūc auersantur theo-
logorum aures quum à permiscendi miscendique vo-
cabulis non ab horruerit Augustinus epistola tertia: ta-
meti quod Augustinus dixit durius est dicto Irenæi.
Ait enim, quomodo Deus homini permixtus sit, Ire-
næus dicit hominem Deo commixtum. Solum autem
vniendi verbum nunc placet scholis, quum nulla vox
sit magis impia, nisi benigne interpretemur. Hæc ob eos
commemoro, qui miras concitant tragædias ob vocu-
las, quarum emphasim interdum non intelligunt. Eodé
in loco sanctus Irenæus dicit Christum iuxta humanam
naturam adoptatum, vt fieret filius Dei, verba eius sic ha-
bêt, Et qui filius dei est, filius hominis factus est, cõmix-
tus verbo dei, vt adoptionem percipiens fiat filius dei.
Cap. 12. referens locum ex actis apostolicis 25. quum
ponat idolothyta, sanguinem & fornicationem,
suffocatorum non meminit, & ni fallor,
alicubi sic refert Ambrosius. reliqua
minutiora sunt, quàm vt ope-
ræpretium sit com-
memorare.

INCIPIIT

INCIPIT PRAEFATIO IN TER-
tium librum Irenæi de quatuor Hæresibus.

Al. Tu quidē
dilectiss.



VI A* dilectissime præceperas nobis
vt eas quæ à Valentino sunt senten-
tias absconditas, vt ipsi putant, in ma-
nifestum proderem, & ostenderem va-
rietatem ipsorum & sermonē destruē-
tem eos inferrem, aggressi sumus au-
tem nos arguentes eos à Simone pæ-
tre omnium hæreticorum, & doctrinas & successiones
manifestare, & omnibus eis contradicere: propter quod
cum sit vnus operis traductio eorum & destructio in
multis, misimus tibi libros, ex quibus primus quidem
omnium illorum sententias cōtinet, & consuetudines,
& characteres ostendit conuersationis eorum. In secū-
do verò destructa & euerfa sunt, quæ ab ipsis male docē-
tur, & nudata & ostensa sunt talia, qualia & sunt. In hoc
autē tertio ex scripturis inferemus ostensiones, vt nihil
tibi ex his quæ præceperas, desit à nobis, sed & præter-
quam opinabaris ad arguendum & euertēdum eos, qui
quolibet modo male docēt, occasiones à nobis accipias.
Quæ enim est in Deo charitas, diues & sine inuidia exi-
stens, plura donat, quam postulet quis ab ea. Mementa
igitur eorum, quæ diximus in prioribus duobus libris,
& hæc illis adiūgens, plenissimam habebis à nobis ad-
uersus omnes hæreticos contradictionem, & fiduciali-
ter ac instantissime resistes eis, pro sola vera ac viuifica
fide, quam ab apostolis ecclesia percepit, & distribuit fi-
liis suis. Et enim Dominus omnium dedit apostolis suis
potestatem Euāgelij, per quos & veritatem, hoc est, Dei
flij doctrinam cognouimus, quibus & dixit Dominus,
Qui vos audit, me audit, & qui vos contemnit, me con-
temnit, & cum qui me misit.

A QVI-

IN A Q V I B V S E T
Q V E M A D M O D V M E V A N G E L I V M
acceperit Ecclesia.

IN C A P V T P R I M V M.



NON per alios dispositione salutis nostræ cognouimus, quam per eos, per quos Euangeliū peruenit ad nos, quod quidem tunc præconiauerunt, postea verò per Dei voluntatem in scripturis nobis tradiderunt fundamentum & columnam fidei nostræ futurum. Nec enim fas est dicere, quoniam ante prædicauerunt, quam perfectam haberent agnitionem, sicut quidam audent dicere, gloriantes emendatores se esse apostolorū. Postea enim quàm surrexit Dominus noster à mortuis, & induti sunt superueniente spiritu sancto virtutem ex alto, de omnibus adimpleti sunt, & habuerunt perfectam agnitionem, exierunt in fines terræ, ea quæ à Deo nobis bona sunt euangelizantes, & cælestem pacem hominibus annunciantes. qui quidem & omnes pariter & singuli eorum habentes Euangelium Dei, Ita Matthæus in Hebræis ipsorum lingua scripturam ædidiit Euangelij, cum Petrus & Paulus Romæ euangelizarent & fundarent ecclesiam. Post verò horum excessum Marcus discipulus & interpret Petri, & ipse quæ à Petro annuntiata erāt, præscripta nobis tradidit. Postea & Ioānes discipulus Domini, qui & supra pectus eius recumbebat, & ipse edidit Euangelium Ephesi Asiæ commorans. Et omnes isti vnū Deum factorem cæli & terræ à lege & prophetis annuntiatū, & vnū Christū filium Dei tradiderunt nobis: quibus si quis non assentit, spernit quidē participes Domini, spernit autem & ipsum Christum dominum, spernit verò & patrem, & est à semetipso dānatus, resistens & repugnans saluti suæ, quod faciunt omnes hæretici.

Euangelistæ

αὐτοὶ καὶ ἄλλοι
 τῶ

o Quod

¶ Quod neque scripturis, neque traditionibus obsequantur hæretici.

Caput I I.

C Vm enim ex scripturis arguuntur in accusationem conuertuntur ipsarum scripturarum, quasi non recte habeant, neque sint ex autoritate, & quia varie sint dictæ, & quia nõ possit ex hiis inueniri veritas ab hiis, qui nesciãt traditione, Nõ enim per literas traditam illã, sed per viuã vocem, ob quam causam & Paulum dixisse, Sapientiã autem loquimur inter perfectos, sapientiã autem nõ mundi huius. Et hãc sapientiam vnusquisque corũ esse dicit, quã à semetipso adinuenit fictionem videlicet, vt digne secundum eos sit veritas aliquando quidem in Valentino, aliquando autem in Marcione, aliquando in Cerintho, deinde in Basilide: fuit autem in illo, qui cõtra disputat, qui nihil salutare loqui potuit, vnusquisque ipsorũ omni modo peruersus, semetipsum regulam veritatis deprauã, prædicare non confunditur. Cum autem ad eam iterum traditionem, quæ est ab apostolis, quæ per successiones presbyterorum in ecclesiis custoditur, prouocamus eos, qui aduersantur traditioni, Dicent se non solum presbyteris, sed etiam apostolis existentes sapientiores, synceram inuenisse veritatem: apostolos autem admiscuisse ea quæ sunt legalia Saluatoris verbis, & non solum apostolos, sed ipsum dominum modo quidẽ à Demiurgo, modo autẽ à medietate, interdum autẽ à summitate fecisse sermones: & se verò indubitate, & incõtaminãte & sincere absconditum scire mysterium. Quod quidem impudentissime est blasphemare suũ factorẽ. Euenit itaque neque scripturis iã neque traditioni cõsentire eos. Aduersus tales certamẽ nobis est õ dilectissime, more serpentum lubrici vndique fingere conãtes. Quapropter vndique resistendum est illis, si quos ex hiis retributione confundentes ad conuersionem veritatis adducere possimus. Etenim si non facile est ab errore apprehensam resipiscere animam, sed non omnimodo impossibile est errorem effugere apposita veritate.

¶ De apo-

Autoritas pō
uificum

¶ De apostolorum traditione, vel ab apostolis in ecclesiis episcoporum successione.

Caput III.

T Raditionem itaque apostolorum in toto mundo manifestatam in ecclesia adest perspicere omnibus, qui vera velint* audire, & habemus

Al. videtur

annumerare eos, qui ab apostolis instituti sunt episcopi in ecclesiis, & successores eorum usque ad nos, qui nihil tale docuerunt, neque cognouerunt, quale ab hiis deliratur. Etenim si recodita mysteria scissent apostoli, quæ seorsim, & latenter ab reliquis perfectos docebāt, hiis vel maxime traderent ea, quibus etiam ipsas ecclesias committebant: valde enim perfectos & irreprehensibiles, in omnibus eos volebant esse, quos & successores relinquere suum ipsorum locum magisterij tradentes, quibus emanate agentibus fieret magna utilitas, lapsis autem summa calamitas: Sed quoniā valde longum est, in hoc tali volumine omnium ecclesiarum enumerare successiones, maximæ & antiquissimæ, & omnibus cognitæ à gloriosissimis duobus apostolis Petro & Paulo Romanæ fundatæ & constitutæ ecclesiæ, eam quam habet ab apostolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidē, per successiones episcoporum peruenientem usque ad nos, indicātes confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per sui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem & malam sententiam præterquam oportet colligunt. Ad hanc enim ecclesiam propter potentiorē principalitatem, necesse est omnem conuenire ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab hiis qui sunt vndique, conseruata est ea quæ est ab apostolis traditio. Fundātes igitur & instructes beati apostoli ecclesiā, * Lino episcopatum administratæ ecclesiæ tradiderunt. Huius Lini Paulus in hiis quæ sunt ad Timotheū epistolis meminit. Succedit autem ei Anacletus, post cum tertio loco ab apostolis episcopatum sortitur Clemēs, qui & vidit ipsos apostolos, & contulit cum eis, cum adhuc insonantem prædicationem apostolorum & traditionem ante oculos haberet.

Romana ecclesia

Lino

Non solus enim, adhuc multi supererant tunc ab apostolis docti. Sub hoc igitur Clemète dissensione nõ modica inter eos qui Corinthi essent fratres facta, scripsit quæ est Romæ ecclesia potētissimas literas Corinthiis, ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuntians quam in recenti ab apostolis receperant traditionem, annunciantem vnum Deum omnipotentem, factorem cæli & terræ, plasmatorem hominis, qui induxit cataclysmum, & aduocauerit Abrahã, qui eduxerit populum de terra Aegypti, qui colloquutus sit Moyfi, qui legem disposuerit, & prophetas miserit, qui ignem præparauerit diabolo & angelis eius. Hunc patrem Domini nostri Iesu Christi ab ecclesiis annuntiari, ex ipsa scriptura qui velint, discere possunt, & apostolicam ecclesiæ traditionem intelligere cum sit vêtustior epistola hiis, qui nunc falso docent, & alterum deũ super Demurgum, & factorẽ horum omnium quæ sunt cõmentuntur. Huic autem Clementi succedit Euaristus, & Euaristo Alexander, ac deinceps sextus ab apostolis constitutus est Sixtus, & ab hoc Telesphorus, qui etiã gloriosissime martyrium fecit, ac deinceps Hyginus, post Pius, post quẽ Anicetus. Cum autẽ successisset Aniceto Soter nũc duodecimo loco episcopatũ ab apostolis habet Eleutherius. Hac ordinatione & successione, ea quæ est ab apostolis in ecclesia traditio, & veritatis præconatio peruenit vsque ad nos Et est plenissima hæc ostensio, vnam & eandem viuificatricem fidem esse, quæ in ecclesia ab apostolis vsque nunc sit conseruata, & tradita in veritate. Et Polycarpus autem nõ solum ab apostolis edoctus & conuersatus cum multis ex eis, qui dominum nostrum viderũt, sed etiã ab apostolis in Asia, in ea quæ est Smyrnis ecclesia constitutus episcopus, quem & nos vidimus in prima nostra ætate, multum enim persecuterat, & valde senex gloriosissime & nobilissime martyrium faciens exiuit de hac vita. Hic docuit semper, quæ ab apostolis didicerat, quæ & ecclesiæ tradidit, & sola sunt vera. Et testimonium hiis perhibent quæ sunt in Asia ecclesiæ omnes, & qui vsque adhuc successerũt Polycarpo

Euaristus

Polycarpus

Polycarpo, qui vir multo maioris autoritatis testis, & fidelioris veritatis est testis, quam Valentinus & Marcion, & reliqui qui sunt peruersæ sententiæ. Is enim est qui sub Aniceto cum aduenisset in urbem, multos ex hiis quos prædiximus, hæreticos conuertit in ecclesiam Dei, vnam & solam hanc veritatem annuncians ab apostolis percipisse se, quam & ecclesiæ tradidit. Et sunt qui audierunt eum dicentem, quoniam Ioannes domini discipulus in Epheso iens lauari, cum vidisset intus Cerinthum, exilierit de balneo non lotus, dicens, quod timeat, ne balneum concidat cum intus esset Cerinthus inimicus veritatis. Et ipse autem Polycarpus, Marcioni aliquando occurrenti sibi & dicenti, Cognosce nos, respondit, Cognosco te primogenitum satanæ. Tantum apostoli, & horum discipuli habuerunt timorem, vt neque verbotenus communicarent alicui eorum, qui adulterauerant veritatem, quemadmodum & Paulus ait: Hæreticum autem hominem post vnam correptionem deuita, sciens quoniam peruersus est qui est talis, & à semetipso damnatus. Est autem & epistola Polycarpi ad Philippenses scripta perfectissima, ex qua & characterè fidei eius, & prædicationem veritatis, qui volunt & curam habent suæ salutis, possunt discere. Sed & quæ est Ephesi ecclesia à Paulo quidem fundata, Ioanne autem permanente apud eos vsque ad Traiani tempora, testis est verus apostolorum traditionis.

¶ Testificatio eorum, qui apostolos viderunt, de prædicatione veritatis. Cap. IIII.

T Antæ igitur ostensiones cum sint, hæc nõ oportet adhuc querere apud alios veritatem, quam facile est ab ecclesia sumere, cum apostoli quasi in depositarium diuines, plenissime in ea cõtulerint omnia, quæ sint veritatis, vti omnis quicumque velit, sumat ex ea potum vitæ. Hæc est enim vitæ introitus, omnes autem reliqui fures sunt & latrones, propter quod oportet deuitare quidem illos, quæ autem sunt ecclesiæ, cum magna diligentia diligere & apprehendere veritatis

ritatis traditione. Quid enim & si qui de aliqua modica questione disceptatio esset, nonne oporteret in antiquissimas recurrere ecclesias, in quibus apostoli conuersati sunt, & ab eis de præsentis quæstione sumere quod certum & re liquidum est. Quid autem si neque apostoli quidem scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt iis, quibus committebant ecclesias, cui ordinationi assentiunt multæ gentes Barbarorum, eorum qui in christum credunt, sine caractere vel atramento scriptam habentes per spiritum in cordibus suis salutem, & veterem traditionem diligenter custodientes, in vnum deum credentes fabricatorem cæli & terræ, & omnium quæ in eis sunt, per Christum Iesum dei filium. Qui propter eminentissimam erga figmentum suum dilectionem, eam quæ esset ex virgine, generationem sustinuit, ipse per se hominibus adunans deo, & passus sub Pontio Pilato, & resurgens, & in claritate receptus in gloria, venturus saluator eorum qui saluantur, & iudex eorum qui iudicantur, & mittens in ignem æternum transfiguratores veritatis, & contemptores patris sui, & aduentus eius. Hanc fidem qui sine literis crediderunt, quantum ad sermonem nostrum barbari sunt, Quatum autem ad sententiã, & consuetudinem & conuersationem, propter fidem, perquam sapientissimi sunt, & placent Deo, conuersantes in omni iustitia & castitate & sapiëntia. Quibus si aliquis annuntiauerit ea, quæ ab hæreticis adinuenta sunt, proprio sermone eorum colloquens, statim concludentes aures, logo logius fugient, ne audire quidem sustinentes blasphemum colloquium. Sic per illam veterem apostolorum traditionem, ne in conceptionem quidem mentis admittunt, quodcumque eorum portentiloquium est: neque enim congregatio fuit apud eos, neque doctrina instituta. Ante Valentinum enim non fuerunt qui sunt à Valentino, neque ante Marcionem erant, qui sunt à Marcione, neque omnino erant aliqui sensus maligni, quos supra enumerauimus, antequam iniuriatores & inuentores peruersitatis eorum fieret. Valentinus enim venit Romam sub Hygino, increpuit verò sub

Pio,

Pio, & prorogavit tempus vsque ad Anicetum. Cerdon autem qui ante Marcionem, & hic sub Hygino, qui fuit octauus episcopus, sæpe in ecclesiam veniens, & exomologesin faciens sic consumauit, modo quidem latèter docens, modo verò exomologesin faciès, modo verò ab aliquibus traductus, in hiis quæ docebat male, & abstinuit est à religiosorum hominum conuentu. Marcion autem illi succedens inualuit sub Aniceto, decimum locum episcopatus continente. Reliqui verò qui vocantur gnostici à Menandro Simonis discipulo, quemadmodum ostendimus, accipientes initia vnusquisque eorum, cuius participatus est sententiæ, eius & pater, & antistes apparuit. Omnes autem hij multo posterius mediantibus iam ecclesiæ temporibus insurrexerunt in suam Apostasiam.

¶ Ostentio quod & dominus & apostoli in veritate ædiderint doctrinā, & non secundum audientium opinionem. Cap. V.

T Raditione igitur quæ est Apostolis, sic se habete in ecclesia, & permanente apud nos, reuertamur ad eam quæ est ex scripturis ostensionem, eorum qui & Euangelium cōscripserunt apostolorum, ex quibus conscripserunt de deo sententiam, ostendentes quoniam dominus noster Iesus Christus veritas est, & mendacium in eo non est, quemadmodum & David eam quæ est ex virgine generationem eius, & eam quæ est ex mortuis resurrectionem prophetans ait, Veritas de terra orta est. Et apostoli autem discipuli veritatis existentes, extra omne mendacium sunt: non enim communicat mendacium veritati, sicut non communicant tenebræ luci, sed præsentia alterius excludit alterum. Veritas ergo Dominus noster existens, non mentiebatur, & quem sciebat labis esse fructum, non vtique Deum confiteretur, & Deum omnium, & summum regem, & patrem suum, perfectus imperfectum, spiritualis animalis, is qui in pleromate esset, eum qui extra pleroma: neque discipuli eius alium quendam Deum no-

o iij minarēt,

minarent, aut dominum vocarent, præter eum qui vere Deus & dominus omnium: quemadmodum dicunt hij qui sunt vanissimi sophistæ, quoniam apostoli cum hypocrisi fecerunt doctrinam, secundum audientium capacitatem, & responsiones secundum interrogantium suspiciones, cæcis cæca confabulantes, secundum cæcitatem ipsorum, languentibus autem secundum languores ipsorum, & errantibus secundum errorem eorum, & putantibus Demiurgum solum esse deum, hunc annuntiasse. His verò qui innominabilem patrem capiunt per parabolas & ænigmata inenarrabile fecisse mysterium, vti non quemadmodum habet ipsa veritas, sed & in hypocrisi, & quemadmodum capiebat vnusquisque dominum & apostolos ædidisse magisterium. Hoc autè non est sanantium nec viuificantium, sed magis grauantium, & auertentium ignorantiam ipsorum: & multo verior hic lex inuenitur, maledictum dicens omnem qui in errorem mittat cæcum in via. Qui enim ad inuentionem missi erant errantium apostoli, & ad visionem eorum qui non videbāt, & ad medicinam languentium, vti quæ non secundum præsentem opinionem colloquebantur eis, sed secundum veritatis manifestationem. Nec enim quilibet homines recte facient, si cæcos iam iamque per præcipitum ferri incipientes adhortentur insistere illi periculosissimæ viæ, quasi vere rectæ, & quasi bene per venturi sint. Quis autem medicus volens curare ægrotum, faciet secundum concupiscentias ægrotantis, & nõ secundum quod aptum est medicinæ? Quoniã autem dominus medicus venit eorũ, qui se male habent, ipse testificatur dicens: non est opus sanis medicus, sed male habentibus, Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã. Quomodo ergo qui male habent confirmabuntur? & quomodo peccatores pœnitentiam agent, vtrum perseuerantes in eisdem ipsis? An è contrario magnam commutationem & transgressionem prioris conuersationis accipientes, per quam & ægritudinem non modicam, & multa peccata sibi metipsis importauerunt? Ignorantia autem mater horum omnium

omnium per agnitionem vacuatur, agnitionem vero faciebat dominus suis discipulis, per quam & curabat laborantes, & peccatores à peccato cohercebat. Non igitur iam secundum pristinã opinionem loquebatur eis, neque secundum suspicionem interrogantium respondebat eis, sed secundum doctrinam salutarem, & sine hypocrisis, & sine acceptatione. Quod etiam ex domini sermonibus ostenditur, qui quidem his qui erant ex circumfusione ostendebat filium Dei eum, qui per prophetas prædictus fuerat Christum, hoc est, semetipsum manifestabat, qui libertatem hominibus restaurauerit, & attribuerit incorruptelæ hæreditatem. Gentes autem iterum docebant apostoli, ut relinquerent vana ligna & lapides, quæ suspicabantur esse deos, & verum colerent Deum, qui constituisset & fecisset omne humanum genus, & per conditionem suam aleret & augetet, & constabiliter eis esse præstaret, & ut expectarent filium eius Iesum Christum, qui redemit nos de Apostasia sanguine suo, ad hoc, ut essemus & nos populus sanctificatus, de cælis descendens in virtute patris, qui & iudicium omnium facturus est, & ea quæ à Deo sunt bona donaturus his, qui seruauerint præcepta eius. Hic in nouissimis temporibus apparens lapis summus angularis, in vnum collegit & vniuit eos, qui longe, & eos qui prope, hoc est, circumcisionem & præputium, dilatans Iaphet, constituens eum in domo Sem.

¶ Ostensio quod in scripturis nemo alius Deus nominatur, nec dominus nuncupatur, nisi solus verus Deus pater omnium & verbum eius. . . Caput VI.

N Equè igitur dominus, neque spiritus sanctus, neque apostoli eum qui non esset Deus definitiue & absolute Deum nominassent aliquando, nisi esset verus Deus, neque dominum appellassent aliquem ex sua persona, nisi qui dominatur omnium Deum patrem & filium eius, qui dominium accepit à patre suo omnis conditionis, quemadmodum habet illud: Dixit dominus

dominus domino meo, sede à dextris meis, Quoadusq; ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Patrem enim filio collocutum ostendit, qui & dedit ei hæreditatem gétium, & subiecit ei omnes inimicos. Vere igitur cum pater sit dominus, & filius vere sit dominus, merito spiritus sanctus domini appellatione signauit eos. Et iterum in euerfione Sodomitã scriptura ait : Et pluit dominus super Sodomam & Gomorram ignem & sulphur à domino de cælo. Filium enim hic significat, qui & Abrahæ conloquutus sit, à patre accepisse potestatem ad iudicádum Sodomitã propter iniquitatem eorum. Similiter habet illud: Sedes tua deus in æternum, virga directionis, virga regni tui, Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatē, propterea vnxit te deus, deus tuus. Vtrósq; enim Dei appellatione significauit spiritus, & eum qui vngitur filium, & eum qui vngit, id est patrē. Et iterum: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit, de patre & filio, & de his qui adoptionē percipiunt dicit. Hi autem sunt ecclesia, hæc enim est synagoga Dei, quam deus, hoc est, filius ipse per semetipsum collegit. De quo iterum dicit, Deus deorum dominus loquutus est, & vocauit terram. Quis deus? de quo dixit: Deus manifeste veniet, deus noster, & non silebit, hoc est filius, qui secundum manifestationem hominibus aduenit, qui dicit palàm: Apparui his qui me non quærunt. Quorum autem deorum? quibus dicit: Ego dixi, dij estis, & filij altissimi omnes. Hij scilicet qui adoptionis gratiam adepti sunt, per quam clamamus Abba pater. Nemo igitur alius, quemadmodum prædixi, deus nominatur, aut dominus appellatur, nisi qui est omnium deus & dominus, qui & Moysi dixit: Ego sum, qui sum, & sic dices filiis Israël. Qui est misit me ad vos: & huius filius Iesus Christus dominus noster, qui filios Dei facit credentes in nomen suum, Descendit, inquit, eripere populum hunc: Ipse est enim qui descendit & ascendit propter salutem hominum. Per filium itaque qui est in patre, & habet in se patrem, his quibus est manifestatus, patre testimonium

nium præbente filio, & filio annunciante patrē. Quem admodum & Esaias ait: Et ego, inquit, testis, dicit dominus deus, & puer quem elegi, uti cognoscatis, & credatis, & intelligatis quoniam ego sum. Cum autem eos, qui non sunt dii nominat, non in totum, quemadmodum prædixi, scriptura ostendit illos deos, sed cum aliquo additamento & significatione, per quam ostenduntur non esse dii. Quemadmodum apud David, dii gentium idola demoniorum, & deos alienos non sectabimini. Ex hoc enim quod dicit dii gentium, gentes autem verbum domini nesciunt, & alienos deos nominans eos, abstulit quod sint dii. A sua autem persona quod est, dicit de ipsis, sunt enim idola, inquit, demoniorum. Et Esaias, Confundantur omnes qui blasphemant deum, & sculpunt inutilia, & ego testis, dicit dominus. abstulit quod sint dii, solo autem utitur nomine, ad hoc ut sciamus de quo dicit. Hoc autem ipsum & Hieremias: Dii, inquit, qui non fecerunt cælum & terram pereant de terra, quæ est sub cælo. Ex eo enim quod perditionem eorum adiecit, ostendit non esse deos eos. Et Helias autem conuocato uniuerso Israël in Carmelum montem, volens eos ab idololatria auertere, ait eis. Quousque claudicabitis vos in ambobus suffraginibus, si vnus est dominus deus, venite post eum. Et iterum super holocaustum sic ait idolorum sacerdotibus. Vos inuocabitis in nomine deorum vestrorum, & ego inuocabo in nomine domini Dei mei, & deus qui exaudiet hodie, ipse est deus. In eo enim quod hæc dicebat propheta, qui quidem apud ipsos putabantur dii, arguit deos non esse. Conuertit autem eos ad eum deum, qui & credebatur ab eo, & qui vere erat deus, quem & inuocans clamabat: Domine deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob exaudi me hodie. Et intelligat omnis populus hic, quoniam tu es deus Israël. Et ego igitur inuoco te domine deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob qui es & Israël, pater domini nostri Iesu Christi, deus qui per multitudinem misericordiarum tuarum & bene sensisti in nobis, ut te cognoscamus, qui fecisti cælum & terram & dominaris omnium, qui es solus & verus Deus, super quem alius deus

бодіхнеа

ali. domina-
tionē quoq;
dominans.

Deus non est, præter dominū nostrum Iesum Christum
* dominatione quoque dominaris spiritus sancti, da
omni legenti hanc scripturam cognoscere te, quia solus
Deus es, & confirmari in te, & abistere ab omni hære-
tica, & quæ est sine Deo & impia sententia. Et apostolus
autem Paulus dicens, Si enim his qui non erant dii se-
uistis, nunc cognoscentes Deum, imò cogniti à Deo: se-
parauit eos qui non erant, ab eo qui est Deus. Et iterum
de antichristo dicens, Qui aduersatur & extollit se, in-
quit, super omne quod dicitur Deus, vel quod colitur:
eos qui ab ignorantibus deum dii dicuntur, significat,
id est idola. Et enim pater omnium Deus dicitur & est,
& non super hunc extolletur antichristus, sed super eos
qui dicuntur quidem, nō sunt autem dii. Quoniam au-
tem hoc verum est, ipse Paulus ait, Scimus autem quo-
niam nihil est idolum, & quoniā nemo Deus nisi vnus.
Etenim si sunt qui dicuntur dii, siue in cælo siue in ter-
ra, nobis vnus Deus pater, ex quo omnia, & nos in il-
lo, & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia &
nos per ipsum. Dixit enim & separauit eos qui dicen-
tur quidē, nō sunt autē dii, ab vno Deo patre, ex quo om-
nia, & vnum dominum Iesum Christum, ex sua perso-
na firmissime confessus est. Quod autem siue in cælo si-
ue in terra, non quemadmodum exponunt hij, dicere
eum mundi fabricatorem, sed simile est ei quod à Moy-
se dictū est, Non facies tibi omnē similitudinē in Deū,
quæcunq; in cælo sursum, & quæcūq; in terra deorsum,
& quæcunq; in aquis, vel sub terra. Quæ autem in cælo
sunt, quæ sint ipse exponit. Ne quādo, inquit, respiciens
in cælū, & vidēs solē & lunā & stellas, & omne ornamen-
torum cæli, errans adores ea, & seruias eis. Et ipse au-
tem moyses homo Dei existens, Deus, inquit, datus est
ante Pharaonem: non autem vere dominus appellatur,
nec Deus vocatur à prophetis, sed fidelis Moyses famu-
lus & seruus Dei dicitur à spiritu, quod & erat.

¶ Quid sit quod à Paulo dicitur quib⁹ de⁹ mū-
di huius excecauit mētes infidelīū. Cap. VII
Quod

Quod autem dicunt aperte Paulum in secunda ad Corinthios dixisse: in quibus deus seculi huius excæcavit mentes infidelium: & alterum quidem deum esse seculi huius dicunt, alterum vero qui sit super omnem principatum, & initium & potestatem, non sumus in causa, si hij qui quæ super deum sunt mysteria scire se dicunt, ne quidem legere Paulum sciunt. Si enim qui secundum Pauli consuetudinem, quemadmodum ex multis & alibi ostendimus hyperbaticum eum utentem, sic legerit, in quibus Deus, deinde subdistingues & modicum diastematis faciens simul & in unum reliqua legerit, seculi huius excæcavit mentes infidelium, inueniet verum, ut sit quod dicitur, Deus excæcavit mentes infidelium huius seculi. Et hoc per subdistingtionem ostenditur. Non enim deum huius seculi dicit Paulus, quasi super illum alterum aliquem sciens, sed deum quidem deum confessus est: Infideles autem seculi huius dicit, quoniam venturum incorruptibile non hæreditabunt seculum. Quemadmodum autem Deus excæcat mentes infidelium, ex ipso Paulo ostendemus, proficiente nobis sermone, & non nunc in multum mutemus mentem nostram à proposito. Quoniam autem hyperbaticum frequenter utitur Apostolus, propter velocitatem sermonum suorum, & propter impetum qui in ipso est spiritus, ex multis quidem alijs est inuenire. Sed & in ea quæ est ad Galatas, sic ait, Quid ergo? Lex factorum posita est usque quo veniat semen, cui promissum est, dispositum per angelos in manu mediatoris. Ordinatio enim sic est. Quid ergo lex factorum? disposita per angelos in manu mediatoris posita est, usque dum veniat semen, cui repromissum est, ut sit homo interrogans & spiritus respondens. Et iterum in secunda ad Thessalonicenses, de antichristo dicens, ait, Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus Christus interficiet spiritu oris sui, & destruet præsentia aduentus sui, illum cuius est aduentus secundum operationem satanæ, in omni virtute & signis & portentis mendacij. Etenim in his ordinatio dictorum sic est, Et tunc reuelabitur iniquus, cuius

Hyperbatũ.

cuius est aduentus secundum operationem satanæ, in omni virtute & signis & portentis mendacij, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet præsentia aduentu sui. Non enim aduentum domini dicit, secundum operationem satanæ fieri, sed aduentum iniqui, quem & antichristum dicimus. Si ergo non attendat aliquis lectioni, & per interualla aspirationis manifestet quod dicitur, erunt non tantum incongruentia, sed & blasphemata legens, quasi domini aduentus secundum operationem fiat satanæ. Sicut ergo in talibus oportet per lectionem hyperbaton ostendi, & consequentem Apostoli seruare sensum: sic & ibi non deum seculi huius legimus, sed deum quem vere deum dicimus. Incredulos autem & excæcatos seculi huius, audiemus, quoniam venturum vitæ non hæreditabunt seculum.

¶ Quid est Mammona. Cap. VIII

Soluta igitur & hac illorū calumnia, manifeste ostensum est, quoniā nunquam prophetæ, neque apostoli aliū deum nominauerūt, vel dominum appellauerunt præter verum & solum deū. Multo magis ipse dominus, qui & Cæsari quidē quæ Cæsaris sunt reddi iubet, & quæ Dei sunt Deo, Cæsarem quidē Cæsare nominans, deum vero deum cōfitens. Similiter & illud quod ait, Non potestis duobus dominis seruire, ipse interpretatur, dicens, Non potestis Deo seruire & mammonæ, deum quidē confitens deum, mammonam autem nominans, hoc quod & est, non Māmonam dominum vocat dicens, Non potestis duobus dominis seruire, sed discipulos docet seruientes Deo non subijci Mammonæ, neq; dominari ab eo. Qui, inquit, facit peccatum seruus est peccati. Quēadmodum igitur seruientes peccato, seruos peccati vocat non tamen ipsum peccatum dominū appellat, sic & eos qui māmonæ seruiūt, seruos māmonæ appellat, non dominū appellans Mammonā. Mammonas autem est secundū Iudaicam loquelam, qua & Samaritæ vtuntur, cupidus & plus quam oportet, habere volēs. Secundum autem Hebraicam adiunctiue

functione dicitur Mam vel significat gulosum, id est, qui Mammona
 non possit à gula se continere. Secundum hæc igitur quæ
 significatur, nõ possumus Deo seruire & Mamonæ. Sed
 & diabolum cum dixisset fortem, non in totum sed velut
 in cõparatione nostra, semetipsum in omnia & vere for-
 tem ostendit dominus dicens, non aliter aliquem posse
 diripere vasa fortis, si nõ prius ipsum alliget fortem, &
 tunc domum eius diripiet. Vasa autem eius & domus
 nos eramus, cum essemus in Apostasia: vtebatur enim
 nobis quæadmodum volebat, & spiritus immudus habi-
 tabat in nobis. Non enim aduersus eum, qui se alligabat
 & domum eius diripiebat fortis erat, sed aduersus eos, qui
 in vsu eius erant homines, quoniã abscedere fecerat sen-
 tentiã eorum à Deo, quos eripuit dominus. Quæadmodum
 & Hieremias ait, Redemit dominus Iacob, eripuit eum
 de manu Pharaonis eius. Si igitur non significasset eum,
 qui alligat, & diripit eius vasa, hoc autem solum eum forte
 dixisset, esset fortis inuictus. Sed obiecit obtinẽtem, te-
 net enim qui alligat, tenetur autem qui alligatur, & hoc si
 ne cõparatione fecit, vt nõ comparetur domino seruus
 Apostata existens: nõ enim tantum hic, sed nec quidem ex
 his quæ constituta, & in subiectione sunt comparabitur
 verbo Dei, per quæ facta sunt omnia, qui est dominus no-
 ster Iesus Christus. Quoniã enim siue angeli, siue archã-
 geli, siue throni, siue dominationes ab eo qui super om-
 nes est deus, & cõstituta sunt, & facta per verbum eius, Io-
 annes quidem sic significauit. cum enim dixisset de verbo
 Dei, quoniã erat in patre adiecit, Omnia per eum facta
 sunt, & sine eo factum est nihil. David quoque; cum laudatio-
 nes enumerasset, nominatim vniuersa quæcunq; dixim⁹,
 & cælos & omnes virtutes eorum adiecit, Quoniã ipse præ-
 cepit & creata sunt, ipse dixit & facta sunt. Cui ergo præ-
 cepit? verbo scilicet: per quod, inquit, cæli firmati sunt,
 & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quoniã autem
 ipse omnia fecit libere, & quemadmodum voluit, ait ite-
 rum David, Deus autem noster in cælis sursum & in ter-
 ra omnia quæcunq; voluit fecit. Altera autem sunt, quæ
 constituta sunt ab eo qui constituit, & quæ facta sunt
 ab

ab eo qui fecit. ipse enim infectus, & sine initio & sine fine, & nullius indigens, ipse sibi sufficiens, & adhuc reliquis omnibus, vt sint hoc ipsum præstans. Quæ vero ab eo sunt facta, initium sumpserunt. Quæcunque autem initium sumpserunt percipere, & subiecta sunt & indigent eius qui se fecit, necesse est omnino vt differēs vocabulū habeāt apud eos, etiā qui vel modicū sensum in discernēdo talia habeāt, Ita vt is quidē qui omnia fecerit cū verbo suo, iuste dicatur de^o & domin^o sol^o, quæ aut facta sunt, nō iā eiusdē vocabuli percipibilia esse, neq; iuste id vocabulum sumere debere, quod est creatoris.

¶ Quā habuerūt de Deo sententiam, qui Euāgelium nobis tradiderunt apostoli. Cap. IX.

Stēfo igitur sic plane, & adhuc ostēdatur manifestius neminem alterum dominū vel deū, neque prophetas neque apostolos, neque dominum Christum cōfessum esse ex sua persona, sed præcipue deum & dominum, prophetis quidem & apostolis patrē & filium cōfitentibus, alterū autem neminem neque deum nominantibus, neque dominū confitentibus. Et ipso domino patrē tantum deum & dominum eum, qui solus est deus & dominator omniū, tradente discipulis, sequi nos oportet, siquidē illorū sumus discipuli, testimonia illorū ita se habētia. Matthæus enim apostolus vnum & eundem sciens deum, qui promissionē fecerit Abrahæ, facturum se semen eius quasi stellas cæli, qui per filium suum christum Iesum a lapidum cultura in suā nos agnitionem vocauerit, vt fieret populus, qui nō populus, & nō dilecta, dilecta, ait Ioannē preparantē Christo viā, his qui in carnali quidē cognatione gloriabātur, varium autē & omni malitia cōpletū sensum habebant, eam pœnitentiam quæ a malitia reuocaret, annunciantem dixisse, Progenies viperarum, quis vobis mōstrauit fugere ab iraventura? facite ergo fructum dignum pœnitentiæ, & nolite dicere in vobis ipsis, patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam patens est deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.

Pœnitentiam

Pœnitentiam igitur eis eam quæ esset à malitia, præcōnabat, sed non alterum deum annunciabat, præter eum qui fecisset promissionem Abrahamæ, ille præcursor Christi, de quo iterū ait Matthæus, similiter autem & Lucas, Hic enim est qui dictus est à domino per prophetā, Vox clamantis in deserto, parate viam domino, rectas facite semitas Dei nostri. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erūt tortuosa in directa, & aspera in vias planas, & videbit omnis caro salutare Dei nostri. Vnus igitur & idē deus est, pater domini nostri, qui & præcursorem per prophetas missurū se promissit, & salutare suum, id est, verbum suū visibile effecit omni fieri carni, incarnatum & ipsum, vt in omnibus manifestus fieret rex eorū. Etenim ea quæ iudicātur oportebat videre iudicē, & scire hūc à quo iudicātur. & ea quæ gloriam cōsequūtur, oportebat scire eū, qui munus gloriæ eis donat. Iterū autē de angelo dicēs Matthæus ait, Angelus domini apparuit Ioseph in somnis. Cuius domini? Ipse interpretatur, vti adimpleatur quod dictum est à domino per prophetam, Ex Aegypto vocaui filium meum. Ecce virgō in vtero accipiet & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emanuel, quod est interpretatū, nobiscū deus. De hoc qui est ex virgine Emanuel, dixit David. Non auertas faciem Christi tui. Iurauit dominus David veritatem & non disperdet eū, de fructu ventris tui, ponam super sedem tuam. Et iterū, Notus in Iudæa deus, & factus est in pace locus eius, & habitaculum eius in Sion. Vnus igitur & idem deus, qui à prophetis prædicatus est, & ab angelo annūciatus, & huius filius, qui ex fructu ventris David, id est, ex David virgine, & Emanuel. cuius stellam Balaam quidē sic prophetauit, Orietur stella ex Iacob, & surget dux in Israël.

¶ Quæ sunt quæ à Magis domino nostro oblata sunt munera. Cap. X.

M Atthæus autē Magos ab oriēte veniētes ait dixisse, Vidimus enim stellā eius in oriēte, & venimus adorare eum : deductōsque à stella in

P domus

domū Iacob ad Emanuēl, per ea quæ obtulerunt mune-
 ra ostendisse, quis erat qui adorabatur, Myrrha quidem,
 quod ipse erat, qui pro mortali humano genere morere-
 tur & sepeliretur. Aurum vero, quoniam rex, cuius re-
 gni finis non est. Thus vero, quoniam deus qui & notus
 in Iudæa factus est, & manifestus eis, qui non quærebāt
 eum. Adhuc ait in baptisinate Matthæus, Aperti sunt ei
 cæli, & vidit spiritum dei, quasi columbam venientē su-
 per eum. Et ecce vox de cælo, dicens, Hic est filius meus
 dilectus, in quo mihi bene complacui. Non enim Chri-
 stus tūc descēdit in Iesum, neque alius quidē Christus,
 alius vero Iesus, sed verbū dei, qui est saluator & omnium
 dominator cæli & terræ, qui est Iesus, quemadmodū an-
 te ostendimus: qui & assumpsit carnem & vnctus est à
 patre spiritu, Iesus Christus factus est, sicut Esaias ait,
 Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascen-
 det, & requiescet super eū spiritus domini, spiritus sa-
 pientiæ & intellectus, spiritus consilij & virtutis, spiri-
 tus sciētia & pietatis, & implebit eū spiritus timoris dei.
 Non secundū gloriam iudicabit, neq; secūdu loquelā
 arguet, sed iudicabit humili iudicio, & arguet gloriosos
 terræ. Et iterum ipse Esaias vnctōnem eius, & propter
 quid vnctus est præsignificās, ait, Spiritus dei super me,
 quapropter vnxit me, euangelizare humilibus misit me,
 curare cōminutos corde, præconare captiuis remissionem,
 & cæcis visionē, vocare annum domini acceptabilem,
 & diem retributionis, cōsolari omnes * plangētes.
 Nam secundū id quod verbum dei homo erat ex radice
 Iesse & filius Abrahæ, secūdu hoc quiescebat spiritus
 dei super eū, & vngebatur ad euāgelizandū humilibus,
 Secundū autem quod deus erat, non secundū gloriam
 iudicabat, neque secundū loquelā arguebat: non enim
 opus erat illi, vt quis ei testimoniū diceret de homine,
 cum ipse sciret quid esset in homine. Aduocabat autem
 omnes homines plangentes, & remissionē his qui à pec-
 catis in captiuitatem deducti erant donās, soluebat eos
 à vinculis, de quibus ait Salomon, Restibus autem pec-
 catorum suorum vnusquisque constringitur. Spiritus
 ergo

si. Iugentes

ergo dei descendit in eum, eius, qui eum per prophetas promiserat uncturum se eum, ut de abundantia unctiois eius nos percipientes saluaremur, & sic quidem Mattheus.

¶ Ostensio quod neq; plura neq; minus quam quatuor possunt esse Euangelia. Cap. XI.

¶ Vcas autem sectator & discipulus apostolorum, de Zacharia & Helisabeth, ex quibus secundum repromissionem Dei Ioannes natus est, referens ait, Erant autem iusti ambo ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iustitijs domini sine querela, Et iterum de Zacharia dicens. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suae ante dominum, secundum consuetudinem sacerdotij forte exiit, ut incensum poneret, & venit uti sacrificaret, intrans in templum domini. Qui praest in conspectu domini, simpliciter & absolute & firme deum & dominum confitens, ex sua persona eum qui elegerit Hierusalem & legislationem sacerdotij fecerit, cuius est & angelus Gabriel. Etenim alterum super hunc nesciebat: si enim intellectum perfectioris alicuius Dei & domini praeter hunc habuisset, non utique hunc quem sciebat labis esse fructum, absolute & in totum dominum & deum confiteretur, sicut ante ostendimus. Magnus in conspectu domini, & multos filiorum Israel convertet ad dominum deum ipsorum, & ipse praecedet in conspectu eius in spiritu & virtute Heliae, praeparare domino plebem perfectam, Cui ergo populum praeparavit, & cuius in conspectu domini magnus factus est? Vtique eius qui dixit, quonia & plus quam propheta habuit aliquid Ioannes, & nemo in natis mulierum maior est Ioanne Baptista, qui & populum praeparabat ad aduentum domini, cogeris praenuntians, & poenitentiam ipsis praconans, uti remissionem a domino praesente perciperent, conversi ad deum, quo propter peccata & transgressionem erant abalienati. Quemadmodum & David ait, Alienati sunt peccatores ab utero, errauerunt a ventre. Et propter hoc convertentes eos ad dominum eorum, praeparabat domino populum perfectum, in spiritu & virtute Heliae. Et iterum de angelo

p ij referens

referens ait, In ipso autem tempore missus est angelus Gabriel à deo, qui & dixit virgini, Noli timere Maria, inuenisti enim gratiã apud deũ. & de domino dicit, Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & dabit ei dominus deus thronum Dauid patri sui, & regnabit in domo Iacob, & regni eius nõ erit finis. Quis est autẽ alius qui regnat in domo Iacob sine intermissione in æternum, nisi Christus Iesus dominus noster filius dei altissimi, qui per legem & prophetas promisit salutare suũ facturum se omni carni visibilem, vt fieret filius hominis, ad hoc vt & homo fieret filius dei. Propter quod exultans Maria clamabat pro ecclesia prophetans, Magnificans anima mea dominũ, & exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Assumpsit enim Israël puerũ suũ, reminiscens misericordiã suã, Quemadmodũ locutus est ad patres nostros Abraham & semini eius in æternũ. Per hæc igitur tanta mōstrat Euangeliũ, quoniam qui locutus est patribus deus, hic est qui per Moysen legis datione fecit, per quã legis datione cognouimus, quoniam patribus locutus est, hic idem deus secundũ magnã bonitatem suam effudit misericordiã in nos, in qua misericordia cōspexit oriẽs ex alto, & apparuit his, qui in tenebris & umbra mortis sedebãt, & direxit pedes nostros in viã pacis. Quẽadmodũ & Zacharias desinens mut^o esse, quod propter infidelitatem passus fuerat, nouello spiritu adimpletus, nouũ dicebat deum. Omnia enim noua aderant verbo noue disponente carnalem aduentum, vt eũ hominem, qui extra deum vbi erat, ascriberet Deo, propter quod & noue deum colere docebantur. Sed non alium deum, quoniam quidem vnus deus qui iustificat circūcisionem ex fide, & præputiũ per fidem. Propheta autem Zacharias dicebat, Benedictus dominus deus Israël, quia uisitauit, & fecit redemptione populo suo. Erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Et sicut locutus est per os sanctorũ prophetarũ suorũ, qui à seculo sunt. Salutẽ ex inimicis nostris, & ex manu omniũ qui oderũt nos. Ad faciendã misericordiam cum patribus nostris, & reminisci testamenti sancti sui, iustificandũ

randum quod iuravit ad Abraham patrem nostrum, uti
 det nobis sine timore ex manu inimicorum ereptis, ser-
 uire sibi in sanctitate & iustitia in conspectu suo omnes
 dies nostros. Deinde ad Ioannem dicit. Et tu puer pro-
 pheta altissimi vocaberis, præbis enim ante faciem do-
 mini parare vias eius, ad dandum intellectum salutis po-
 pulo eius, in remissionem peccatorum eorum. Hæc enim
 est salutis agnitio, quæ deerat eis, quæ est filius dei, quæ
 sciebat Ioannes dicens, Ecce agnus dei, qui auferet pec-
 catum mundi: hic erat de quo dicebam, Post me veniet
 vir, qui ante me factus est, quoniam prior me erat. Om-
 nisque de plenitudine eius accepimus. Hæc itaque salu-
 tis agnitio, sed non alter deus, nec alter pater, neque by-
 thus, neque pleroma triginta Aeonum, nec mater Og-
 doados: sed agnitio salutis erat, agnitio filij dei, qui & sa-
 lus & saluator & salutare vere & dicitur & est, Salus qui-
 dem, sicut, In salutem tuam sustinui te domine, Salua-
 tor autem iterum, Ecce deus meus saluator meus, fidens
 ero in eum, Salutare autem sic. Notum fecit deus salu-
 tare suum in conspectu gentium. Etenim saluator qui-
 dem quoniam filius & verbum dei, Salutare autem quo-
 niam spiritus. Spiritus enim, inquit, faciei nostræ Chri-
 stus dominus. Salus autem, quoniam verbū caro factum
 est, & habitauit in nobis. Hanc igitur agnitionem salu-
 tis sciebat Ioannes, pœnitentiam agentibus & creden-
 tibus in agnum dei, qui tollit peccatum mundi. Appa-
 ruit, inquit, & pastoribus angelus domini, annuncians
 gaudium eis, quoniam generatus est in domo David sal-
 uator, qui est Christus dominus: deinde multitudo exer-
 citus cælestis laudantium deum & dicentium, Gloria in ex-
 celsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.
 Hos angelos falsarij gnostici dicunt ab Ogdoada venisse,
 & descensionem superioris Christi manifestasse: sed
 corruunt iterum, dicentes eum qui sursum sit Christum
 & saluatorem non natum esse, sed & post baptismum eius
 qui sit de dispositione Iesu, spiritum sicut columbam in
 eum descendisse. Métiuntur ergo Ogdoados angeli se-
 cundum eos dicentes, quoniam generatus est hodie no-

ali. in quem.

bis Saluator, qui est Christus dominus in ciuitate Dauid. Neque enim Christus, neque Saluator tunc natus est secundum eos, sed ille qui est dispositione Iesus, qui est mundi fabricator, is * inquam, vere post baptismum descendisse, hoc est, post triginta annos superni Saluatoris dicunt. Qui autem in ciuitate Dauid apposuerunt, nisi ut eam pollicitationem quæ à Deo facta est Dauid, quoniam ex fructu vètris eius æternus erit rex, quòd adimpleatur euangelizarent. Etenim fabricator totius vniuersitatis fecerat promissionem Dauid, quæ admodum ipse ait, Adiutorium nostrum à domino qui fecit cælum & terram. Et iterum, In manu eius omnes fines terræ, & altitudines montium ipsius sunt. Quoniam ipsius est mare & ipse fecit illud, & aridam manus eius formauerunt. Venite adoremus & proci-damus ante eum, ploremus in conspectu domini, qui fecit nos, quia ipse est dominus deus noster: manifeste pronuncians spiritus sanctus per Dauid audientibus eum, quoniam erunt qui contemnent eum, qui plasmavit nos, qui & solus est deus: propter quod & dicebat, quæ prædicta sunt significans, quoniã ne enarraueritis, præter hunc, aut super hunc alius nõ est deus, cui magis intendere oporteat religiosos nos & gratos, præparans in eum qui fecerit, & constituerit, & enuntiat. Quid ergo erit his qui tantum blasphemix aduersus suum factorem adinuenerunt? Hoc idem autem & angeli. In co-enim quod dicunt, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax, eum qui sit altissimorum, hoc est, supercælestium factorem, & eorum quæ super terram omnium conditorem his sermonibus glorificauerunt: qui suo plasmati, hoc est hominibus suam benignitatem salutis de cælo misit. propter quod & pastores, ait, reuertebantur glorificantes deum in omnibus quæ audierant & viderant, quemadmodum & narratum est ad eos. Non enim alterum deum glorificabant Israëlita pastores, sed illum qui à lege & prophetis annunciatus est, factorem omnium, quem & glorificant angeli. Si autem alterum quidem angeli, qui erant ab Ogdoadæ glorificabant, alterum

terum vero pastores, errorem eis & non veritatem detulerunt, & hij iniqui ab Ogdoade erant angeli. Adhuc ait Lucas de domino, Cum impleti essent dies purificationis imposuerunt eum in Hierusalem, altare eum domino, quemadmodum scriptum est in lege domini, Quoniam omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum domino vocabitur: Et vt darent sacrificientia secundum quod scriptum est in lege domini, Par tururum, aut duos pullos columbinos, ex sua persona manifestissime deum appellans eum qui legis dationem fecerit. Et Symeō autem, inquit, benedixit deum, & ait. Nunc dimittes seruum tuum domine in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, Quod parasti ante faciem omnium populorum, Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam populi tui Israël. Et anna autem prophetissa, ait, similiter clarificabat deum videns Christum, & loquebatur de eo omnibus, qui expectabant redemptionem Hierusalem. Per hæc autem omnia visus deus demonstratur, nullam libertatis dispositionem per nouum aduentum filij sui testamentum hominibus aperiens. Quapropter & Marcus interpres & sectator Petri, initium euangelicæ conscriptionis fecit sic, Initium Euangelij Iesu Christi filij Dei, quemadmodum dictum est in prophetis, Ecce mitto angelum meum, ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam, vox clamantis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas ante deum nostrum, Manifeste initium Euangelij esse dicens, sanctorum prophetarum voces, & eum quem ipsi dominum & deum confessi sunt, hunc patrem domini nostri Iesu Christi præmonstrans, qui & promisit ei angelum suum ante faciem eius missurum, qui erat Ioannes, in spiritu & virtute Helix clamans in eremo, Parate viam domini, rectas facite semitas ante deum nostrum. Quoniam quidem non alium & alium prophetae annuntiabant deum, sed vnum & eundem, variis autem significationibus & multis appellationibus. Multis enim & diuersis quemadmodum in eo libro, qui ante hunc, ostendimus,

& ex ipsis autem prophetis procedente nobis sermone ostendemus. In fine autem Euāgelij ait Marcus, Et quidem dominus Iesus, postquam locutus est eis, receptus est in cælos, & sedet ad dexteram dei, confirmans quod à propheta dictum est, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, quoadusque ponā inimicos tuos subpedaneum pedum tuorum. Sed vnus & idem deus & pater est, qui a prophetis quidem annunciat, ab Euangelio vero traditus: quæ Christiani colimus & diligimus, & toto corde factorem cæli & terræ credimus, & omniū quæ in eis sunt. Hanc fidem annuncians Ioannes domini discipulus, volens per Euangelij annunciationem auferre eum, qui à Cerintho infeminatus erat hominibus errorem, & multo prius ab his qui dicuntur Nicolaitæ, qui sunt vulsio eius, quæ falso cognominatur scientia, vt confunderet eos & suaderet eos, quoniam vnus deus, qui omnia fecit per verbum suum, & non quemadmodum illi dicunt, alterum quidem fabricatorem, aliū autem patrem domini, & alium quidem fabricatoris filiū, alterum vero de superioribus Christum, quem & impassibilem perseuerasse descendente in Iesum filium fabricatoris, & iterum reuolasse in suum pleroma, & initium quidem esse monogeni; Logon autem verum filium vnigeniti, & eam conditionem quæ est secundum nos non à primo deo factam, sed à virtute aliqua valde deorsum subiecta, & abscisa ab eorum cōmunicatione; quæ sunt inuisibilia, & innominabilia, Omnia, igitur talia circumscribere volens discipulus domini, & regulam veritatis constituere in ecclesia, quia est vnus deus omnipotens, qui per verbum suum omnia fecit, & visibilia & inuisibilia, significans quoque, quoniam per verbum per quod deus perfecit conditionem, in hoc & salutem his qui in conditione sunt, præstitit hominibus: sic inchoauit in ea quæ est secundum Euangelium doctrina, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat
lux

lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Omnia, inquit, per ipsum facta sunt. In omnibus ergo est, & hæc quæ secundum nos est conditio. non enim concedetur eis omnia dici, ea quæ sunt intra pleroma ipsorum: si enim & hæc pleroma ipsorum continet, non extra est tanta ista conditio, quemadmodum ostendimus in eo libro, qui ante hunc est. Si autem extra pleroma sunt hæc, quod quidem impossibile visum est, non iam est omnia pleroma ipsorum, non est ergo extra hæc tanta conditio. Abstulit autem à nobis dissensiones omnes ipse Ioannes dicens, in hoc mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In sua propria venit, & sui eum non receperunt. Secundum autem Marcionem & eos qui similes sunt ei, neque mundus per eum factus est, neque in sua venit, sed in aliena. Secundum autem quosdam gnosticorum, ab angelis factus est iste mundus, & non verbo Dei: secundum autem eos qui à Valentino iterum non per eum factus est, sed per Demiurgum. Hic enim operabatur similitudines tales fieri, ad imitationem eorum, quæ sunt sursum, quemadmodum dicitur: Demiurgus autem perficiebat fabricationem conditionis. emissum enim dicunt eum a matre dominum & Demiurgum eius dispositionis quæ est secundum conditionem, per quem hunc mundum factum volunt: cum Euangelium manifeste dicat, quoniam per verbum quod in principio erat apud Deum, omnia facta. quod verbum, inquit, caro factum est, & habitauit in nobis. secundum autem illos, neque verbum caro factum est, neque Christus, neque qui ex omnibus factus est, Saluator. Etenim verbum & Christum nec aduenisse in hunc mundum volunt: Saluatorem verò nõ incarnatũ, neque passum: descendisse autẽ quasi columbã in eum Iesum, qui factus est ex dispositione, & cum adnuntiasset incognitum patrem, iterum ascendisse in pleroma. Incarnatum autẽ & passum quidam quidem eum qui ex dispositione sit, dicunt Iesum, quem per Mariam dicunt pertransisse, quasi aquam per tubum. Alij verò Demiurgi filium, in quem descen-

dissent

disse eum Iesum, qui ex dispositione sit. Alij rursus Iesum quidem ex Ioseph & Maria natum dicunt, & in hunc descendisse Christum, qui de superioribus sit, sine carne & impassibilem existentem. Secundum autem nullam sententiam hæreticorum, verbum Dei caro factum est. Si enim quis regulas ipsorum omnium perscrutetur, inueniet quoniam sine carne & impassibilis ab omnibus illis inducitur dei verbum, & qui est in superioribus Christus. Alij enim putant manifestum eum, quemadmodum hominem transfiguratum, neque autem natum neque incarnatum dicunt illum. Alij verò neque figuram eum assumpsisse hominis, sed quemadmodum columbam descendisse in eum Iesum, qui natus esset ex Maria. Omnes igitur illos falsos testes ostendens discipulus domini, ait, Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et ut non inquiramus cuius dei verbum caro factum est, ipse insuper docet, dicens, Fuit homo missus à deo, erat ei nomen Ioannes, hic venit in testimonium ut testaretur de lumine. Præcursor igitur Ioannes qui testatur de lumine à deo missus est, utique ab eo cui Gabriel est angelus, qui etiam Euangelizauit generationem eius, qui & per prophetas promisit angelum suum missurum ante faciem filij sui, & præparaturum viam eius, hoc est, testificaturum de lumine in spiritu & virtute Heliæ. Heliæ autem rursus cuius dei seruus & propheta fuit, eius qui fecit cælum & terram, quemadmodum & ipse confitetur. A conditore igitur & fabricatore huius mundi missus Ioannes, quemadmodum poterat testificari de eo lumine, quod ex his quæ sunt innominabilia & inuisibilia descenderet? Omnes enim hæretici decreuerunt, Demiurgum ignorare eam quæ sit super eum virtutem, cuius testis & ostensor inuenitur Ioannes. propter hoc dominus plusquam prophetam dixit eum habuisse, reliqui enim omnes prophetæ annuntiauerunt aduentum paterni luminis, concupierunt autem digni esse videre eum, quem prædicabant Ioannes autem & prænuntiavit similiter sicut alij. & aduentum vidit & demonstrauit, & credere in eum suadet multis, ita ut ipse & prophetæ & apostoli

& apostoli locū haberit. Hic est enim plusquā propheta, quoniam primo apostoli, secūdo prophetæ, omnia autem ex vno & eodē ipso deo. Bonū enim & illud, quod per conditionem à deo in vinea factum est, & primo bibitum est vinum: nemo enim illud vituperavit ex hiis qui biberunt, sed & dominus accepit de eo: melius autem quod per verbum *comprehendi aliter ac simpliciter ex aqua ad vsū eorum qui ad nuptias conuocati erant, factum est vinum. Quamuis enim possit dominus ex nullo subiacente eorum, quæ sunt conditionis, præbere epulantibus vinum, & esca complere esurientes, hoc quidem non fecit. Accipiens autem eos qui à terra essent panes, & gratias agens, & iterum aquam faciens vinum, saturavit eos qui recumbebant, & potavit eos, qui inuitati erant ad nuptias: ostendēs quoniam deus, qui fecit terram, & iussit eam fructus facere, & constituit aquas & edidit fontes, hic & benedictionem escæ, & gratiam potus in nouissimis temporibus per filium suum donat humano generi, in comprehensibilis per cōprehensibilem, & inuisibilis per visibilem, cum extra eum non sit, sed in sinu patris existat. Deum enim, inquit, nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius Dei, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Patrem enim inuisibilem existentem, ille qui in sinu eius est filius, omnibus enarrat. Propter hoc cognoscunt eum hi quibus reuelauerit filius, & iterum pater per filium filij sui dat agnitionem, his qui diligunt eum. A quo & Nathanael discens cognouit, cui & testimonium reddidit dominus, quoniam verus Israelita est, in quo dolus nō est, in quo & ait ei, Rabbi tu es filius Dei, tu es rex Israel. A quo & Petrus edoctus cognouit Christum filium Dei vni dicentis, Ecce filius meus dilectissimus, in quo bene senti, ponam spiritum meum super eum, & iudicium gentibus annuntiabit: non contendet, neque clamabit, neque quisquam audiet vocem eius in plateis: calamus quassatum nō confringet, & linum fumigans nō extinguet, vsque quo emittat in cōtentionē iudiciū, & in nomine eius gentes sperabunt. Et hæc quidem sunt principia

Alias, cōpē
dialiter

iodanua

Euange-

**Ebioneorum
Euangelium.**

Euangelij, vnum Deum fabricatorem huius vniuersitatis eum, qui per prophetas sit annuntiatus, & qui per Moysen legis dispositionem fecerit, patrem Domini nostri Iesu Christi annuntiantia, & præter huc alterum deum nescientia, neque alterum patrem. Tanta est autem circa Euangelia hæc firmitas, vt & ipsi hæretici testimoniū reddant ei, & ex ipsis egrediens vnusquisque eorum, conetur suam confirmare doctrinam. Ebionei etenim eo Euangelio quod est secundum Matthæum solo vtentes, ex illo ipso conuincuntur non recte præsumètes de domino. Marcion autem id quod est secundum Lucam circuncidens, ex his quæ adhuc seruantur penes eum, blasphemus in solum existentem deum ostenditur. Qui autem Iesum separant à Christo, & impassibilem perseuerasse Christum, passum verò Iesum dicunt, id quod secundum Marcum est præferentes Euangelium, cum amore veritatis legentes illud, corrigi possunt. Hi autem qui à Valentino sunt, quod est secundum Ioānem plenissime vtentes, ad ostensionem coniugationum suarum, ex ipso de tegentur nihil recte dicentes, quemadmodum ostendimus in primo libro. Quando ergo hij qui contradicunt nobis testimonium perhibeant, & vtantur his, firma & vera est nostra de illi ostensio. Neque autè plura numero quàm hæc sunt, neque rursus pauciora capit esse Euangelia. Quoniam enim quatuor regiones mundi sunt in quo sumus, & quatuor principales spiritus, & disseminata est ecclesia super omnem terram, columna autem & firmamentum ecclesiæ est Euangelium & spiritus vitæ; consequens est quatuor habere eam columnas, vndique flantes incorruptibilitatem, & viuificantes homines. Ex quibus manifestum est, quoniam qui est omnium artifex verbum, qui sedet super Cherubim & continet omnia, declaratus hominibus dedit nobis quadriforme Euangelium, quod in vno spiritu continetur. Quemadmodum & Dauid postulans eius aduentum ait, Qui sedes super Cherubim appares. etenim Cherubim quadriformia, & formæ ipsorum imagines sunt dispositionis filij Dei. Primum enim animal, inquit, simile Leoni, effigabile

ficabile eius & principale & regale significans. Secundum verò simile vitulo, sacrificalem & sacerdotalem ordinationem significans. Tertium verò habens faciem quasi humanam, eum qui est secundum hominem aduentum eius manifeste describēs. Quartum verò simile Aquilæ volitantis, spiritus in ecclesiam aduolantis gratiam manifestans. Et Euangeliā igitur his consonantia in quibus insidet dominus Iesus. Aliud enim illam quæ est à patre principalem & efficacilem & gloriosam generationem eius enarrat, dicens sic, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & deus erat verbum, & omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, Propter hoc & omni fiducia plenum est Euāgelium istud, talis est enim persona eius. Id verò quod est secundum Lucā, quoniā quidem sacerdotalis characteris est, Zacharia sacerdote sacrificante Deo inchoauit, iam enim faginatus parabatur vitulus, qui pro inuentione minoris filij inciperet mañtari. Matthæus verò eā quæ est secundum hominem generationem eius enarrat, Liber dicens generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Et iterum, Christi autem generatio sic erat. Humanæ formæ igitur hoc Euāgelium, propter hoc per totum Euāgelium humiliter sentiens & mitis homo separatus est. Marcus verò à prophetico spiritu ex alto adueniente hominibus initium fecit: Initium, dicens, Euāgelij quemadmodum scriptum est in Esaia propheta. Volatilem pennatum, imaginem Euāgelij monstrans, propter hoc & compēdiosam & præcurrentem annuntiationem fecit. Propheticus enim character est hic, & ipsum verbū dei, illis quidem qui ante Moysen fuerunt patriarchis secundum diuinitatem & gloriam colloquebantur, His verò qui in lege sacerdotalem & miuisterialem actum præbebant. Post deinde nobis homo factus, munus cælestis spiritus in omnem misit terram, protegens nos a suis. Qualis igitur dispositio filij Dei, talis & animalium forma, & qualis animalium forma, talis & character Euāgelij. Quadriformia autem animalia, & quadriforme Euāgelium, & quadriformis dispositio* Domini. Et Al. dei propter

propter hoc quatuor data sunt testaméta humano genêri, vnum quidem ante cataclysmum sub Adam . Secundum verò post cataclysmû sub Noë. Tertium verò legis latius sub Moysè. Quartum verò quod renouat hominê, & recapitulat in se omnia, quod est per Euangelium, e-leuâs & pennigerâs homines in cæleste regnum. His igitur sic se habentibus, vani omnes & indocti, & insuper audaces, qui fruâtur speciê Euâgelij, & vel plures quàm dictæ sunt, vel rursus pauciores inferunt personas Euâgelij: quidâ vt plures videâtur quàm est veritatis adinuenisse, quidam vero vt reproberent dispositiones Dei. Etenim Marcion totum reijciens Euangelium, imò vero seipsum abscidens ab Euangelio* pariter gloriatur se habere Euangelium, Alij vero vt donû spiritus frustrêtur, quod in nouissimis temporibus secundum placitû patris effusum est in humanum genus, illam speciê non admittunt, quæ est secundum Ioannem Euangelium, in qua paraclêtû se missurum dominus promisit, simul & Euâgelium, & propheticum repellunt spiritum. Infelices vero qui pseudo prophetæ quidem esse volunt, prophetiæ verò gratiam repellunt ab ecclesia, similia patientes his qui propter eos qui in hypotrisi veniunt, etiam à fratrum cômunicatione se abstinêt. Datur autem intel ligi, quod huiusmodi neque apostolû Paulum recipiât. In ea enim epistola quæ est ad Corinthios de propheti cis charismatibus diligêter loquutus est, & scit viros & mulieres in ecclesia prophetâtes. Per hæc igitur omnia peccâtes in spiritum Dei, in irremissibile incidunt peccatum. Hij verò qui sunt à Valentino iterum existentes extra omnem timorem, suas conscriptiones proferêtes, plura habere gloriâtur, quàm sint ipsa Euâgelia. Si quidem in tâtum processerunt audaciæ, vti quod ab hiis nò olim conscriptû est, veritatis Euâgelium titulent, in nihilo conueniens apostolorum Euangeliiis, vt nec Euangelium quidem sit apud eos sine blasphemia: Si enim quod ab eis profertur veritatis est Euangelium, dissimile est autem hoc illis, quæ ab apostolis nobis tradita sunt, qui volût possunt discere, quemadmodum ex ipsis scripturis

Aliâs, partê
gloriatur se
habere Euan
gelij.

scripturis ostenditur, iam non esse id, quod ab apostolis traditum est veritatis Euangelium. Quoniam autem sola vera & firmā, & non capit neque plura præterquam prædicta sunt, neque pauciora esse Euangelia, per tot & tanta ostendimus. & enim cum omnia composita & apta Deus fecerit, oportebat & speciem Euangelij bene compositam, & bene compaginatum esse. Examinata igitur sententia eorum, qui nobis tradiderunt ex ipsis principis ipsorum, veniamus & ad reliquos apostolos, & perquiramus sententiam eorum de Deo, post deinde ipsos domini sermones audiamus.

¶ Quæ sit reliquorum apostolorum doctrina.

Caput XII.

Petrus igitur apostolus post resurrectione domini, & assumptionem in caelos, volens adimplere duodecim apostolorum numerum, & eligere providentia alterum, qui electus esset à Deo, his qui audebant dixit: Viri fratres, oportebat impleri scripturam hanc, quam prædixit spiritus sanctus ore David de Iuda, qui factus est dux his, qui apprehenderunt Iesum, quoniam annumeratus fuit inter nos, fiat habitatio eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea, & episcopatum eius accipiat alter, Adimplerem eorum ex his quæ à David dicta sunt faciens. Rursus cum spiritus sanctus descendisset in discipulos, uti omnes prophetarent & loquerentur linguis: & quidam irriterant eos quasi à musto ebrios, dixit Petrus, Non ebrios quidem esse. cum sit hora tertia dici, esse autem hoc quod dictum est per prophetam: Erit in novissimis diebus dicit dominus. Effundam de spiritu meo in omnem carnem & prophetabunt. Deus igitur qui per prophetam promissit, missurum se spiritum suum in humanum genus, ipse & misit ei, & ipse Deus à Petro annuntiatur suam promissionem adimplet, Viri enim, inquit Petrus, Israelitæ, audite sermones meos, Iesum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus & prodigiis & signis quæ fecit per Iesum deus, in medio vestrum,

quemadmodum ipsi fitis, hunc definito consilio & præsentia Dei; traditum per manus iniquorū affigentes interfecistis, quem Deus excitauit solutis doloribus inferorum, quoniam non erat possibile teneri eum ab eis, Dauid enim dicit in ipsum, Prouidebam Dominum in cōspectu meo semper, quoniam à dextris mei est ne mouear, propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniã non derelinques animam meam in inferno, neque dabis sanctū tuum videre corruptionem. Dehinc rursū fiducialiter illis dicit de patriarcha Dauid, quoniã mortuus est, & sepultus, & sepulchrum eius sit apud eos, usque in hunc diem. Propheta autem, inquit, cum esset, & sciret, quoniam iureiurando ei iurauit Deus, de fructū ventris eius sederet in throno eius, prouidens locutus est de resurrectione Christi, quoniam neque derelictus est apud inferos, neq; caro eius vidit corruptionē. Hunc Iesum, inquit, excitauit Deus, cuius nos omnes sumus testes, qui dextera Dei exaltatus, repromissionē sancti spiritus accipiēs à patre effudit donationem hanc, quam vos nunc videtis & auditis. Non enim Dauid ascendit in cælum, dicit autem ipse, Dixit dominus domino meo, sedē ad dexteram meam, quoadusque ponā inimicos tuos sub pedaneum pedum tuorum. Certissimè ergo sciat omnis domus Israël, quoniam & dominum eum, & Christum* dixit hunc Iesum, quē vos crucifixistis. Cum dixissent ergo tubæ, quid ergo faciemus? Petrus ad deos ait. Pœnitentiam agite & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu in remissionē peccatorum, & accipietis donum Spiritus sancti. Sic non alium deum, nec aliam plenitudinem annuntiabāt apostoli, nec alterum quidem passum, & resurgentē Christum, alterum verò qui sursum volauerit, & impassibilis perseverauerit, sed vnum & eundem Deum patrem, & Christum Iesum qui à mortuis resurrexit, & eam quē in eum fidem annuntiabant his, qui non credebant in filium dei, & ex prophetis cohortabantur eos, quoniam eum quem promisit se deus missurum Christum, misit Iesum.

Al. Deº fecit

Iesum, quem ipsi crucifixerunt, quem deus excitauit. Rursum cū Petrus simul cum Ioanne vidisset eum, qui à natiuitate claudus erat ante portam templi, quæ dicitur speciosa sedentem, & petentem elemosynam, dixit ei, argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Et statim eius confirmati sunt gressus, & plantæ, & ambulabat, & introiuit cum ipsis in templū, ambulans & saliens & glorificans deum. Multitudine autem vniuersa collecta ad eos propter inopinatum factū, Petrus dixit eis. Viri Israëlitæ quid miramini in hoc, & nos quid intuemini, quasi nostra virtute fecerimus huc ambulare, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorum glorificauit filium suū, quem vos quidem tradidistis in iudicium, & negastis ante faciem Pilati, cum remittere eum vellet. Vos autem sanctum & iustum aggrauastis, & petistis virū homicidam donari vobis, ducem autem vitæ occidistis, quem Deus excitauit à mortuis, cuius nos testes sumus, & in fide nominis eius, hunc quem videtis & scitis confirmauit nomen eius, & fides quæ est per ipsum, dedit ei in columitatem coram vobis omnibus. Et nunc fratres scio quoniam secundum ignorantiam fecistis nequam. Deus autem quæ prædixit ore omniū prophetarum pati Christū suum, adimpleuit. Pœnitentiam igitur agite & conuertimini, vti deleantur peccata vestra, & veniāt vobis tempora refrigerij domini, & mittat præparatum vobis Iesum Christum, quem oportet quidem cælum suscipere vsque ad tempora dispositionis omnium, quæ locutus est ei Deus, per sanctos prophetas suos. Moyses quidem dicit ad patres nostros, quoniam prophetam excitabit vobis Dominus Deus noster ex fratribus nostris, quemadmodum me, ipsum audietis in omnibus quæcunque locutus fuerit ad vos, Erit autē omnis anima, quæcunque non audierit prophetam illum, peribit de populo: Et omnes à Samuel & deinceps, & omnes quotquot locuti sunt annuntiauerunt dies istos: Vos istis filij prophetarum & testamenti quod Deus disposuit ad patres

nostros, dicens ad Abraham. In semine tuo benedicentur omnes tribus terræ. Vobis primum Deus excitans filium suum misit benedicentem vos, ut conuertat se unusquisque à nequitia suis. Manifestam ergo præconationem Petrus cum Ioanne præconauit eis, repromissionem quam fecit deus patribus, per Iesum adimpletam euangelizans. Non quidem alterum deum annuntians, sed filium dei, qui & homo factus est & passus, in agnitionem adducens Israel, & in Iesu resurrectionem quæ à mortuis annuntians, & significans, quoniam omnia quæ prophetæ annuntiauerunt de passione Christi, hæc adimpleuit deus. Propter quod rursus conuocatis principibus sacerdotum, fiducialiter Petrus dixit ad eos. Principes populi & seniores Israelitæ, si nos hodie redarguimur à vobis in beneficio hominis infirmi, in quo hic sanatus est, cognitum sit omnibus vobis & omni populo Israel, quoniam in nomine Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis quæ deus excitauit à mortuis, in hoc hic astat in conspectu vestro sanus. Hic est lapis preciosus reprobatus à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli. Et non est aliud nomen sub cælo, quod datum sit hominibus, in quo oporteat saluari nos. Sic apostoli non deum mutabant, sed Christum annuntiabant populo esse Iesum, qui crucifixus est, quæ deus excitauit, qui prophetas misit, idem deus excitauit & salutem in eo dedit hominibus. Confusis igitur & per curationem, annorum enim, inquit scriptura, plusquam xl. erat homo, in quo factum est signum curationis, & per doctrinam apostolorum & prophetarum expositionem, cum remisissent summi sacerdotes Petrum & Ioannem, & reuersi essent ad reliquos coapostolos & discipulos domini, id est in ecclesiam, & enarrassent quæ fuerant facta, & quemadmodum fiducialiter egressi in nomine Iesu: Audiétes, inquit, tota ecclesia vnanimis extulerunt vocem ad Deum & dixerunt. Domine tu es deus qui fecisti cælum & terram & mare & omnia quæ in eis sunt, qui per Spiritum sanctum ore Dauid patris nostri, pueri tu dixisti. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati

ditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes cōgregati sunt in vnum, aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Conuenerunt enim in hac ciuitate aduersus sanctum filium tuum Iesum quem vnixisti, Herodes & Pontius Pilatus, cum gentibus & populus Israël, facere quæcunq; manus tua & voluntas tua prædestinauerat fieri. Hæ doctes ecclesiæ, ex qua habuit omnis ecclesia initium. Hæ voces ciuitatis magnæ noui testamenti ciuiū. Hæ voces apostolorum, hæ voces discipulorum domini, eorum qui post assumptionem domini per spiritum & perfecti extiterunt, & inuocauerunt Deum, qui fecit cælum & terram, qui per prophetas annuntiatus est, & eius filius Iesus, quem vnixit Deus, & alterum autem nescientes. Non erat ibi tunc Valentinus, nec Marcion, nec reliqui sui, vel eorum qui assentiunt eis euersores. Propter quod exaudiuit eos factor omnium Deus: Commotus est enim, inquit, locus, in quo erant collecti, & repleti sunt omnes spiritu sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia, omni volenti credere: virtute enim magna, inquit, reddebant testimonium apostoli resurrectionis domini Iesu, dicentes ad eos. Deus patrum nostrorū excitauit Iesum quē vos apprehendistis, & interfecistis suspendentes in ligno. hunc deus principem & Saluatorem exaltauit gloria sua, dare pœnitentiam Israel, & remissionem peccatorū, & nos in eo testes sumus sermonum horū, & spiritus sanctus, quem dedit deus credētibus ei. Omni quoque die, inquit, in templo & in domo non cessabant, docētes & euāgelizātes Christū Iesū filiū Dei. Hæc enim erat salutis agnitio, quæ perfectos ad deum efficit eos, qui cognoscunt filij eius aduentū. Quoniam autem impudentes quidam eorum dicunt, apud Iudæos præconātes apostoli non poterant alterum eis deum annuntiare præter eum, qui creditus fuerat ab ipsis: dicimus ad eos, quoniam si secundum olim insitam opinionem hominibus loquebantur apostoli, nemo ab his cognouit veritatem, multo autem prius à domino, etenim ipsum sic locutum dicunt. Nec hij ergo ipsi veritatem sciunt.

sed sententia eorum de Deo cum esset talis, exceperant doctrinam quemadmodum audire poterat. Secundum huc igitur sermonem, apud neminem erit regula veritatis, sed omnes discipuli omnibus imputabunt, quoniam quemadmodum unusquisque sentiebat, & quemadmodum capiebat, sic sermo ad eum factus est. Superfluous autem & inutilis aduentus domini parebit, si quidem venit permissurus & seruaturus unuscuiusque olim instam de Deo opinionem. Adhuc etiam & multo durius erat, quemadmodum viderant Iudæi & cruci affixerant, annuntiare hunc esse Christum filium Dei, æternum ipsorum regem. Non igitur iam secundum pristinam eorum opinionem loquebantur ad eos. Qui enim in faciem interfectores eos esse domini dicebant, multo magis fiducialiter eum patrem, qui super Demiurgum est & ipsis annuntiarent, & non id quod putabant unusquisque: & multominus erat peccatum, si quidem superiorem Salvatorem, ad quem ascendere eos oporteret quoniam esset impassibilis, non affixissent cruci. Quemadmodum enim gentibus non secundum sententiam illorum loquebantur, sed cum fiducia dicebant, quoniam dii ipsorum non essent dii, sed idola dæmoniorum: simili modo & Iudæis annuntiaissent, si alterum maiorem & perfectiorem scissent patrem, non annuntiantes, neque auergentes eorum non veram de deo opinionem. ethnicorum autem soluentes errorem, & auferentes à suis diis, non utique alterum eis inferebant errorem, sed auferentes eos qui non erant dii, eum qui solus erat deus & verus pater ostenderunt. Ex verbis Petri igitur quæ fecit in Cæsaria ad Cornelium Centurionem, & eos, qui cum eis erant gentiles, quibus primo enarratus est sermo Dei, cognoscendum est nobis, quæ annuntiabat apostoli, & qualis fuit prædicatio ipsorum, & quam habuerunt de Deo sententiam. Erat enim Cornelius hic religiosus & timens Deum cum tota domo sua, & faciens eleemosynas multas in populo, & orans Deum semper. Vidit ergo circa horam nonam diei, angelum dei intrantem ad se, & dicentem, eleemosynæ tuæ ascenderunt in commemorationem

in con-

In conspectu dei. Propter quod mitte ad Simonem, qui vocatur Petrus. Petrus autem cum vidisset reuelatione, in qua respondit ad eum caelestis vox, Quae Deus emundauit tu ne commune dixeris, hoc ideo, quoniam qui per legem inter munda & immunda distinxit deus, hic emundauit gentes per sanguinem filij sui, quem & Cornelius colebat, ad quem Petrus veniens dixit, in veritate comperi quoniam non est personarum acceptor deus, sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam acceptabilis ei est, Manifeste significans, quoniam quem antea deum timebat Cornelius, quem per legem & prophetas audierat, propter quem & eleemosynas faciebat, hic in veritate est deus. Deerat autem ei agnitio, propter quod adiecit: Vos scitis quod factum est verbum per omnem Iudaeam, incipiens enim à Galilea post baptismum quidem praedicaui Iohannes Iesum à Nazareth, quemadmodum vnxit eum deus spiritu sancto & virtute: ipse circuitit benefaciens & curas omnes, qui oppressi erant à diabolo, quoniam deus erat cum eo. Et nos testes sumus omnium eorum, quae fecit in regione Iudaeorum & in Hierusalem, quem & interfecerunt suspendentes in ligno: hunc deus excitauit tertia die & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus nobis praedestinatis ab eo, qui cum eo & manducauimus & bibimus post resurrectionem à mortuis. Et praecipit nobis annuntiare populo & testificari, quoniam ipse est praedestinatus à Deo iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes prophetae testimonium reddunt, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnem credentem in eum. Filium ergo dei quem ignorabant homines, annuntiabant apostoli, & aduentum eius, his qui ante instructi erant de Deo, sed non alterum Deum inferebant. Si enim tale aliquid sciret Petrus, libere gentibus praedicasset alterum quidem Iudaeorum, alterum autem Christianorum esse deum, qui quidem propter visionem angeli conterriti omnes, quaeque eis dixisset credidissent. Ex verbis autem Petri manifestum est, quoniam praecognitum quidem eis Deum

custodiuit, filium autem Dei Iesum Christum esse testificatus est ipsis, iudicem viuorum & mortuorū, in quo baptizari eos iussit in remissionem peccatorum, & non tantum hoc, sed & Iesum Christum esse filium Dei testificatus est, qui & vnctus spiritu sancto Iesus Christus dicitur. Et est hic idem ex Maria natus, quemadmodum Petri continet testificatio. An nunquid perfectam tunc cognitionem nodum habebat Petrus, quem postea adinuenerunt hij? Imperfectus igitur secundum hos Petrus, imperfecti autem & reliqui apostoli, & oportebit eos reuiuiscetes horum fieri discipulos, vt & ipsi perfecti fiant. Sed & hoc quidem ridiculum est. Arguuntur verò isti non quidem apostolorum, sed suæ malæ sententiæ esse discipuli. Propter hoc autem & variæ sententiæ sunt vniuscuiusque eorum recipiētes errorem, quemadmodum capiebat. Ecclesia verò per vniuersum mūdū ab apostolis firmum habens initium, in vna & eadem de Deo, & de filio eius perseuerat sententia. Philippus autem rursus spadoni reginæ Aethiopum reuertenti à Hierosolymis, & legenti Esaiã prophetã solus soli quem annuntiauit? Nónne eum de quo dixit propheta. Tanquam ouis ad occisionem ductus est, quemadmodum agnus ante tondentem se sine voce, sic non aperuit os suum. natiuitatem eius quis, errauit? quoniam tolletur à terra vita eius: hunc esse Iesum & impletam esse in eo scripturam, quemadmodum ipse eunuchus credens, & statim postulans baptizari dicebat, Credo filium Dei esse Iesum, qui & missus est in regiones Aethiopię, prædicaturus hoc quod ipse crediderat, Deū quidē vnū per prophetas prædicatum, huius verò filium fecisse secundum hominem aduentum, & vt ouem ad victimam ductum, & reliqua quæcūque prophetæ dicunt de eo. Paulus quoque & ipse posteaquam de cælo locutus est ad eum dominus, & ostendit quoniam suum dominum persequeretur, persequens discipulos eius, & misit Ananiam ad eum, vt iterum videret & baptizaretur: in synagogis, ait, in Damasco prædicabat cū omni fiducia Iesum, quoniam hic est Christus filius Dei. Hoc est mysterium,

mysterium, quod dicit per reuelationem manifestatum
 sibi, quoniam qui passus est sub Pontio Pilato, hic domi-
 nus est omnium, & rex & Deus & iudex, ab eo qui est o-
 mnium Deus accipiens potestatem, quoniam subiectus fa-
 ctus est usque ad mortem autem crucis. Quoniam hoc
 verum est Atheniensibus euangelizans in Ariopago, ubi
 Iudæis non assistentibus, licebat ei cum fiducia verum
 prædicare deum, dixit eis. Deus qui fecit mundum &
 omnia quæ in eo sunt, hic cæli & terræ dominus existens,
 non in manufactis templis inhabitat, nec à manibus hu-
 manis tractatur, tanquam alicuius indigens, cum ipse
 omnibus dederit vitam & spiritum, & omnia fecerit, qui
 fecit ex vno sanguine omne genus hominum inhabita-
 re super faciem totius terræ, præfiniens tempora, se-
 cundum determinationem inhabitationis eorum, quæ-
 rere illud, quod est diuinum, si quo modo tractare pos-
 sint illud aut inuenire, quamuis etiam non longe sit ab
 vnoquoque nostrum: in ipso enim viuimus, mouemur,
 & sumus, & quemadmodum quidam secundum vos di-
 xerunt, huius enim & genus sumus. Genus igitur cum
 simus Dei, non oportet nos putare id quod est diui-
 num, simile esse auro vel argento, vel lapidi per ar-
 tem vel concupiscentiam hominis deformato. Tempo-
 ra ergo ignorantiam despiciens Deus, nunc præcepit ho-
 minibus omnibus ubique pœniteri in ipsum, quoniam
 constituit diem iudicari orbem terræ in iustitia, in vi-
 ro Iesu, in quo statuit fidem, excitans eum à mortuis.
 Hoc autem in loco non solum factorem mundi Deum
 eis annuntiat non assistentibus Iudæis, sed & quoniam
 vnum genus humanum fecit inhabitare super omnem
 terram. Quemadmodum & Moyses ait, quando diui-
 sit altissimas gentes, quemadmodum dispersit filios A-
 dam, statuit terminos gentium, secundum numerum
 angelorum Dei. Populum autem qui credit Deo, iam
 non esse sub angelorum potestate, sed sub Domini, po-
 pulus eius Iacob, funiculum hæreditatis eius Israël.
 Et iterum Lystris Lyciæ cum esset Paulus cum Barna-
 ba, & à natiuitate claudum in nomine Domini ac-

q. iij. stri

stri Iesu Christi ambulare fecisset, & cum tuba honorare eos vellet quemadmodum deos, propter admirabile factum, ait eis, Nonne similes vobis sumus homines euangelizantes vobis deum viuum, qui fecit cælum & terram & mare, & omnia quæ in eis sunt? Qui in præteritis temporibus permisit omnes gentes abire vias suas, quanquam non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens, de cælo dans pluuias & tempora fructifera, adimplens ciba & hilaritate corda nostra. Quoniam autem his annuntiationibus eius omnes epistolæ consonant, ex ipsis epistolis ostendimus apto in loco exponentes Apostolum: nobis autem conlaborantibus his ostensionibus, quæ ex scripturis sunt, & quæ multifariæ dicta sunt, breuiter & compendiose annuntiãtib; & tu cum magnanimitate intende eis, & non longiloquium putare, hoc intelligens, quoniam ostensiones quæ sunt in scripturis, non possunt ostendi, nisi ex ipsis scripturis. Stephanus autem iterum qui electus est ab apostolis primus diaconus, qui & primus ex omnibus hominibus sectatus est vestigia martyrij domini, propter Christi confessionem primus interfectus, fiducialiter loquens populo, & docens eos dicēs. Deus gloriæ visus est patri nostro Abraham, & dixit ad eum, Exi de terra tua & de cognatione tua, & veni in terram quam demonstrabo tibi, & transtulit illum in terram hanc, quam nunc & vos inhabitatis, & non dedit ei hæreditatem in ea, nec gressum pedis, sed promisit dare ei in possessionem eam, & semini eius post eum: Locutus est autem sic deus ad eum, quoniam erit semen eius peregrinum in terra aliena, & in seruitutem redigentur & vexabuntur annis quadringentis, & gentem cui seruient, iudicabo ego dicit Dominus. Et postea exient & seruient mihi in isto loco, & dedit ei testamētum circumcisionis, & sic generauit Isaac. Et reliqua autem verborum eius eundem deum annuntiant, qui fecit cum Ioseph & cum patriarchis, qui & colloquutus est Moyse, & omnem apostolorum doctrinam, vnum & eundem deum annuntiasse, qui transtulit Abraham, qui promissionem hæreditatis ei fecit, qui testamentum

ἰσχυρὰ ῥηθὲν
ἰσχυρὰ ῥηθὲν

stamentum circuncisionis apto tempore dedit, qui ex
 Aegypto vocauit semen eius, seruatum manifeste per
 circuncisionem: in signo enim dedit eam, ut non similes
 essent Aegyptijs. Hunc factorem omnium, hunc patrem
 domini nostri Iesu Christi, hunc deum claritatis ex ip-
 sis sermonibus & actibus Apostolorum volentes disce-
 re possunt, & contemplari, quoniam vnus hic deus su-
 per quem alius non est. Si autem erat super hunc alius deus,
 ex abundantia per comparationem diceremus, hic illo
 melior est. Melior enim ex operibus apparet, quemad-
 modum & praediximus, & cum illi nullum patris sui o-
 pus habeant ostendere, hic solus ostenditur deus. Si quis
 autem agrotans circa quaestiones, ea quae ab apostolis
 de Deo dicta sunt allegorizanda existimat, praedictos ser-
 mones nostros discutiat, in quibus vnum deum condi-
 torem & factorem omnium ostendimus, & ea quae ab il-
 lis dicuntur destruximus & denudauimus, & inueniet
 consonantes eos apostolorum doctrinae, & sic habere
 quemadmodum docebant & persuadebantur, quoniam
 vnus est fabricator omnium deus: & cum repulerit a sen-
 tentia sua tantum errorem, & eam quae est aduersus deum
 blasphemiam, & a semetipso inueniet rationem, cogno-
 scens & eam quae est secundum Moysen legem, & gra-
 tiam noui testamenti, vtraque apta temporibus, ad vti-
 litatem humani generis ab vno & eodem praestita Deo.
 Omnes enim qui sunt malae sententiae, moti ab ea legis-
 tatione, quae est secundum Moysen, dissimilem eam &
 contrariam Euangelij doctrinae arbitrantes, iam non sunt
 conuersi, uti differentiae vtriusque testamenti inquire-
 rent causas. Deserti igitur cum sint a paterna dilectio-
 ne, & inflati a satana, conuersi in Simonis magi doctri-
 nam, abstiterunt sententiae ab eo qui est deus, & putau-
 erunt quod a semetipsis plus inuenissent quam apostoli,
 alterum deum adinuenientes. Et apostolos quidem ad-
 huc quae sunt Iudaeorum sentientes, annuntiasse Euan-
 gelium, se autem synceriores & prudentiores apostolis
 esse. Vnde & Marcion, & qui ab eo sunt, ad interciden-
 das conuersi sunt scripturas. quasdam quidem in totum

not

non cognoscentes, secundum Lucam autem Euangelium & epistolas Pauli decurtantes, hæc sola legitima esse dicunt, quæ ipsi minorauerunt. Nos autem etiam ex his, quæ adhuc apud eos custodiuntur, arguemus eos donante deo, in altera conscriptione. Reliqui vero omnes falso scientiæ nomine inflati, scripturas quidem confitentur, interpretationes vero conuertunt, quemadmodum ostendimus in primo libro. Et quidem hij qui à Marcione, statim blasphemant fabricatorē, dicentes eum malorum fabricatorem, propositum initij sui intolerabiliorem habentes, duos naturaliter dicentes Deos, distantes inuicem. alterum quidem bonum, alterum autem malum. Hij autem qui sunt à Valentino nominibus honestius utentes & patrem & dominum, & deum hunc qui est fabricator ostēdentes, propositum siue sectam blasphemiosem habent, neque ab aliquo ex his quæ sunt intra plenitudinē Aeonibus dicentes eum emissum, sed ab ea labe quæ extra pleroma expulsa. Hæc autem omnia contulit eis scripturarum & dispositionis Dei ignorantia. Nos autem & causam differentiæ testamētōrum, & rursus unitatem & consonantiam ipsorum, in his quæ deinceps futura sunt referemus. Quoniam autem & apostoli & discipuli ipsorum sic docebant, quemadmodum ecclesia prædicat, & sic docentes perfecti fuerunt, * propter quod euocabantur ad perfectum. Stephanus hæc docens adhuc cum super terram esset, uidi gloriam dei, & Iesum ad dexteram. Et dixit. Ecce uideo caelos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei. Et hæc dixit & lapidatus est, & sic perfectam doctrinam adimpleuit, per omnia martyrij magistrum imitans & postulans pro eis qui se interficiebant, & dicens, Domine ne statuas illis hoc peccatum. Si erant perfecti, qui unum & eundem deum ab initio usque ad finem varijs dispositionibus assistentem humano generi sciiebant, quemadmodum ait Osee propheta: Ego uisiones impleui, & in manibus prophetarum assimilatus sum. Qui ergo usque ad mortem tradiderunt animas propter Euangelium Christi, quomodo poterant secundum insitam opinionem hominibus loqui. Quod ipsum si fecissent non perirentur

Propter
quod saepe
usurpatur p,
eo quod

terentur, sed quoniam contraria his, qui non assentie-
bant veritati prædicabāt, ideo & passi sunt. Manifestum
est ergo quoniā non derelinquebāt veritatem, sed cum
omni fiducia Iudæis & Græcis prædicabāt. Iudæis qui-
dē Iesum, eū qui ab ipsis crucifixus est esse filium Dei,
iudicem viuorum & mortuorū, à patre accepisse æter-
num regnū in Israël, quemadmodum ostendimus: Græ-
cis vero vnū deum qui omnia fecit, & huius filium Ie-
sum Christū annunciantes. manifestius autē hoc osten-
ditur ex apostolorum epistola, quā neque Iudæis, neque
Græcis, sed ipsis qui ex gentibus in Christū credebant
confirmantes fidem ipsorū miserunt. Cum enim descē-
dissent quidam à Iudæa in Anthiociam, in qua & pri-
mū omnium discipuli domini pro fide, quā in Chri-
sto habebāt, vocati sunt Christiani, & suaderent eis qui
crediderant in dominū circūcidi, & reliqua secundū le-
gis obseruationem perficere, & ascendissent Paulus &
Barnabas Hierosolymam ad alteros apostolos propter
hāc quæstionē, & vniuersa ecclesia cōuenisset in vnum,
Petrus dixit eis: Viri fratres, vos scitis quoniā à diebus
antiquis in vobis deus elegit, vt ex ore meo audirēt gē-
tes verbum Euangelij & crederent, & cordis inspector
deus testimoniū perhibuit eis, dans eis spiritū sanctū, si-
cut & nobis, & nihil discreuit inter nos & ipsos, emun-
dans per fidem corda illorū. Nunc igitur quid tentatis
deum imponere iugū super ceruicē discipulorū, quod
neque patres nostri, neque nos valuimus portare, sed per
gratiam domini nostri Iesu Christi credimus nos posse
saluari, quomodo & illi. Post quē Iacobus dixit: viri fra-
tres, Simon retulit quēadmodum deus excogitauit ac-
cipere ex gentibus populū nomini suo, & sic cōueniunt
sermones prophetarū, sicut scriptū est, Post hæc reuer-
tar, & reædificabo tabernaculū Dauid quod cecidit, &
disturbata eius ædificabo, & erigam illud, vti requirāt
reliqui hominum dominū, & omnes gentes in quibus
inuocatum est nomen meum super eos, dicit dominus
faciens hæc. Cognitum à seculō est Deo opus eius, pro-
pterea ego secundū me iudico, nō molestari eos, qui ex
gentibus

Christiani.

gentibus conuertuntur ad deum, sed precipiendum eis, ut abstineant à vanitatibus Idolorum, & à fornicatione, & à sanguine, & quæcunque nolunt sibi fieri, alijs ne faciunt. Et cum dicta essent, & omnes consensissent, scripserunt eis sic, Apostoli & presbyteri fratres, hi qui sunt in Antiochia, & Syria, & Cilicia fratribus ex gentibus salutem. Quoniam audiimus quia ex nobis quidam exeuntes turbauerunt vos sermonibus, destruentes animas vestras, quibus non præcepimus, dicentes: Circumcidimini & seruate legem, placuit nobis conuenientibus in vno, electos viros mittere ad vos, cum dilectissimis nostris Barnaba & Paulo, hominibus qui tradiderunt animam suam pro nomine domini nostri Iesu Christi. Misimus igitur Iudam & Sileam & ipsos per sermonem annuntiantes nostram sententiam. Placuit enim sancto spiritui & nobis, nullum amplius vobis pondus imponere, quàm hæc quæ sunt necessaria, ut abstinere ab Idolorum, & sanguine, & fornicatione, & quæcunque non vultis fieri vobis, alijs ne faciatis, à quibus custodietes vos ipsos bene agitis, ambulantes in spiritu sancto. Manifestum est igitur ex his omnibus, quoniam non alterum patrem esse docebant, sed libertatis noui testamentum dabant his, qui noue in deum per spiritum sanctum credebant. Ipsi autem ex eo quod quærent, an oportet circumcidi adhuc discipulos nec ne, manifeste ostenderunt non habuisse se alterius Dei contemplationem. Cæterum nõ talem timorem circa primũ habuissent testamentum, ut nec cum ipsis quidem conuesci vellent, Nam & Petrus quamuis ad catechizandos eos missus esset, & tali visione conterritus fuisset, cum timore tamen multo locutus est ad eos dicens: ipsi scitis quoniam non est fas viro Iudæo coniungi aut conuenire cum allophylo, mihi autem deus ostendit, neminem communem aut immundum dicere hominem, quapropter sine contradictione veni: his sermonibus significans, quoniam non abiisset ad eos, nisi missus fuisset: si neque baptisma facile dedisset nisi spiritu sancto requiescente super eos, prophæantes eos audisset, & propter hoc dixit: Nunquid

aquam

quam vetare potest ad baptizandum hos qui spiritum sanctum acceperunt, quemadmodum & nos, suadens si mul his qui secū erant, & significās, quoniā nisi spiritus sanct⁹ super eos requieuisset, existeret qui eos prohiberet à baptisate. Hij autē qui circa Iacobū Apostoli, gētib⁹ quidē libere agere permittebāt, cōcedētes nos sp̄ritui dei. Ipsivero sciētes eūdē esse deū, perseuerabāt in pristinis obseruationibus, ita vt & Petrus quoq; timens ne culparetur ab ipsis, ante manducans cum gentibus propter visionem, & propter spiritum sanctum qui requieuerat super eos, cum tamē aduenissent quidam ab Iacobo, separauit se, & non manducauit cum eis: hoc ipsum autem dixit Paulus & Barnabam fecisse. Sic apostoli quos vniuersi actus, & vniuersæ doctrinæ domin⁹ testes fecit, vbique enim simul cum eo assistentes inueniuntur Petrus & Iacobus & Ioannes, religiose agebāt circa dispositionem legis, quæ est secūdum Moysen, ab vno & eodem significantes esse deo. Quod quidem non fecissent secundū quæ prædixim⁹, si præter eū qui legis dispositionē fecit, alterum patrē à domino didicissent.

¶ Aduersus eos qui dicunt tantum Paulum ex Apostolis cognouisse veritatē. Cap. XIII.

Os autem qui dicunt solum Paulum veritatem cognouisse, cui per reuelationē manifestatum est mysterium, ipse Paulus conuincat eos, dicens, vnum & ipsum deum operatum Petro in apostolatu circuncisionis, & sibi in gentes. Ipsi⁹ ergo Dei Petrus erat apostolus, cuius & Paulus. Et quem Petrus in circuncisione annunciabat deum & Dei filium, hunc & Paulus in gentes, Neque enim vt solum Paulū saluaret venit dominus noster, nec sic pauper deus, vt vnum solum haberet Apostolum, qui dispositionem filij sui cognosceret. Et Paulus autem dicēs, Quam speciosi pedes euangelizantium bona, euangelizantiū pacem, manifestum facit quoniam non vnus sed plures erant, qui veritatem euangelizabant. Et rursus in epistola quæ est ad Corinthios, cū prædixisset omnes, qui deum

Ab. Christi.

deum post resurrectionem viderunt intulit: Siue autem ego, siue illi, sic annunciamus, & sic credidistis: vnam & eandem prædicationem confitens omnium eorum, qui deum viderunt post resurrectionem à mortuis. Et dominus autem Philippo volenti patrem videre respondit. Tanto tempore vobiscum sum, & me non cognouistis? Philippe qui videt me, videt & patrem meum. Quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? ego enim in patre, & pater in me est, & amodo cognouistis eum, & vidistis eum. Quibus ergo dominus testimoniū dixit, quoniā & cognouerunt in ipso, & viderunt patrem, pater autē veritas, hos dicere non cognouisse veritatem, est hominum falsum testimoniū, & eorum qui alienati sunt à vera doctrina. Ad quid enim mittebat dominus duodecim apostolos ad oues quæ perierant domus Israël, si veritatem non cognouerunt? Quomodo autē & lxx. prædicabāt, nisi ipsi prius veritatē prædicationis cognouissent? Aut quomodo Petrus ignorare potuit, cui dominus testimoniū dedit, Quoniam caro & sanguis non reuelauit ei, sed pater qui in cælis est? Sicut ergo Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominē, sed per Iesum & deum patrem, filio quidem adducente eos ad patrem, patre vero reuelante eis filium. Quoniam autem his qui ad apostolos vocauerunt eum, de quæstione acquieuit Paulus, & ascendit ad eos cum Barnaba in Hierosolymam, non sine causa, sed ut ab ipsis libertas gentilium confirmaretur, ipse ait in ea quæ ad Galatas est epistola. Deinde post xiiij. annos ascendi in Hierosolymam cum Barnaba, assumens & Titum. Ascendi autem secundum reuelationem, & contuli cum eis Euangelium quod prædico inter gentes. Et iterum ait? Ad horam cessimus subiectioni, uti veritas Euangelij perseveret apud vos. Si quis igitur diligenter ex actibus apostolorum scrutetur tempus, de quo scriptum est ascendisse Hierosolymam propter prædictam quæstionem, inueniet eos qui prædicti sunt à Paulo annos concurrentes, sicut est consonans, & velut eadem tam Pauli annuntiatio, quàm & Lucæ de apostolis testificatio.

¶ De

¶ De sectatore apostolorum Luca, quæ sunt quæ
in Euangelio per solum Lucam cognouimus.

Caput XIII.

Quoniam autem is Lucas inseparabilis fuit
Paulo cooperarius eius in Euangelio, ipse facit manifestum, non glorians, sed ab ipsa productus veritate. Separatis enim, inquit, à Paulo Barnaba & Iohanne, qui vocabatur Marcus, & cum nauigassent Cyprum, nos venimus in Troadam, & cum vidisset Paulus per somnium virum Macedonem dicentem sibi, veniens in Macedoniam opitulare nobis Paule, statim, ait, quæsiuimus proficisci in Macedoniam, intelligentes quoniam prouocauit nos dominus euangelizare eis. Nauigantes igitur à Troade, direximus nauem in Samothracen: & deinceps reliquum omnem ipsorum usque ad Philippos aduentum diligenter significat, & quemadmodum primum sermonem loquuti sunt. Sedentes enim, loquuti sumus mulieribus quæ conuenerant, & quinque crediderunt, & quantum multi. Et iterum ait: Nos autem nauigauimus post dies Azygorum à Philippis, & venimus Troadam, ubi & commorati sumus diebus septem. Et reliqua omnia ex ordine cum Paulo refert, omni diligentia demonstrans & loca, & ciuitates, & quantitatem dierum, quoadusque Hierosolimam ascenderent, & quæ illic contigerint Paulo, quemadmodum uinctus Romam missus est, & nomen Cæturionis qui suscepit eum, & parare se nauigiū, & quemadmodum naufragiū fecerunt, & in qua liberati sunt insula, & quemadmodum humanitatem ibi perceperunt, Paulo curante principem ipsius insulæ, & quemadmodum inde Puteolos nauigauerunt, & inde Romam peruenirunt, & quanto tempore Romæ commorati sunt. Omnibus his qui cum adesset Lucas diligenter conscripsit ea, ut neque mendax, neque elatus deprehendi possit, eo quod omnia hæc constaret, & seniore eum esse omnibus qui nunc aliud docent, neque ignorare veritatem. Quoniam non solum prosequutor, sed & cooperarius fuit apostolorum, maxime autem Pauli, Et ipse autem Paulus manifestauit

stauit in epistolis, dicens: Demas me dereliquit, & abiit Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas est mecum solus. Vnde ostendit quod semper iunctus ei, & inseparabilis fuerit ab eo. Et iterum in epistola quæ ad Colossenses ait: Salutatur vos Lucas medicus dilectus. Si autem Lucas quidem, qui semper cum Paulo prædicauit, & dilectus ab eo dictus, & cum eo euangelizauit, & creditus est referre nobis Euangelium, nihil aliud ab eo didicit, sicut ex verbis eius ostensum est, quemadmodum hi, qui nunquam Paulo adiuncti fuerunt, gloriantur abscondita & inenarrabilia didicisse sacramenta? Quoniam autem Paulus simpliciter quæ sciebat, hæc & docebat, non solum eos, qui cum eo erant, verum omnes audientes se ipse facit manifestum. In Mileto enim conuocatis episcopis & presbyteris, qui erant ab Epheso, & à reliquis proximis ciuitatibus, quoniam ipse festinauit Hierosolymis Pentecosten agere, multa testificans eis, & dicens quæ oporteret ei Hierosolymis euenire, adiecit: Scio quoniam iam non uidebitis faciem meam, testificor igitur uobis hac die, quoniam mundus sum à sanguine omnium. Non enim subtraxi uti non annunciarer uobis omnem scientiam Dei. Attédite igitur & uobis, & omni gregi, in quo uos spiritus præposuit episcopos regere ecclesiam domini, quæ sibi constituit per sanguinem suum. Deinde significans futuros malos doctores, dixit, Ego scio quoniam adueniet post discessum nostrum lupi graues ad uos, non parcentes gregi. Et ex uobis ipsis exurgent uiri loquentes peruersa, uti conuertant discipulos post se. Non subtraxi, inquit, uti non annunciarer omnem scientiam dei uobis. Sic apostoli simpliciter & nemini inuidentes quæ didicerant ipsi à domino, hæc omnibus tradebant. Sic igitur & Lucas nemini inuidens, ea quæ ab eis didicerat, tradidit nobis, sicut ipse testificatur dicens: quemadmodum tradiderunt nobis, qui ab initio contemplatores & ministri fuerunt uerbi. Si autem quis refutet & Lucam quasi non cognouerit ueritatem, manifestus erit proiciens Euangelium, cuius non dignatur esse discipulus. Plu-
rima

Ali. sententiã.

Ali. sententiã.

nima enim & magis necessaria Euangelij per hunc cognouimus, sicut Ioannis generationem & de Zacharia historiam, & aduentu angeli ad Mariam, & exclamationem Helizabæth, & angeloru ad pastores descensum, & ea quæ ab illis dicta sunt, & Annæ, & Simeonis de Christo testimoniũ, & quod duodecim annoru in Hierusalẽ relictus sit, & baptismu Ioannis, & quot annorum dominus baptizatus sit, & quia in quintodecimo anno Tyberij Cæsaris. & in magisterio illud, quod ad diuites dictum est: Væ vobis diuites, quoniam percipitis consolationem vestrã. Et væ vobis qui satiati estis, quoniam esurietis. Et qui ridetis nunc, quia plorabitis. Et væ vobis cum benedixerint vos homines omnes. Secundum hæc enim faciebãt & pseudopropheta patres vestri. Et omnia huiusmodi per solũ Lucam cognouimus, & plurimos actus domini per hunc didicimus, quibus & omnes vtuntur. Et multitudinem piscium quam conclusẽrũt hij qui cũ Petro erant iubete domino, vt mitteret retia. Et illa quæ per xvij. annos passa curata fuerat mulier die sabbatorum. Et de hydropico, quem curauit dominus die sabbatorum, & quemadmodum disputauit, quod curauit in hac die. Et quemadmodum docuit discipulos primos discubitus non appetere. Et quoniam pauperes & debiles vocare oportet, qui non habet retrĩbuere. Et qui pulsauit nocte sumere panes, & propter instantiam importunitatis sumit: & quomodo apud pharisæum recumbente eo, peccatrix mulier osculabatur pedes eius, & unguento ungebatur, & quæcunque propter eam dixit ad Simonem de duobus debitorib⁹: & de parabola diuitis illius, qui recluserat quæ ei nata fuerãt, cui & dictum est, in hac nocte expostulabũt animam tuam à te. quæ autem præparasti, cuius erũt? Similiter autem & diuitis illius qui vestiebatur purpura, & iocundabatur nitide, & egenum Lazarum: & eam quam ad discipulos suos dixit responsionem, quando dixerunt ei, adijce nobis fidem. Et eam quæ ad Zachæum publicanum facta est confabulationem. Et de pharisæo & publicano, qui simul adorabant in templo. Et de decem lepro-

sis, quos simul emundauit in via. Et quoniam de vicis & plateis claudos & cæcos iussit colligi ad nuptias, & parabolam iudicis, qui deum non timebat, quem instantia viduæ fecit, vt vindicaret eam. Et de arbore fici quæ erat in vinea, quæ non faciebat fructum. Et alia multa sunt, quæ inueniri possunt à solo Luca dicta esse, quibus & Marcion & Valentinus vtuntur. Et super hæc omnia post resurrectione in via ad discipulos quæ loquutus est, & quemadmodum cognouerunt eum in fractione panis. Necessè est igitur & reliqua quæ ab eo dicta sunt, recipere eos, aut & his renunciare, Non enim conceditur eis ab his qui sensum habent, quædam quidem recipere ex his quæ à Luca dicta sunt, quasi sint veritatis, quædam vero refutare quasi non cognouisset veritate. Et si quidem refutauerint hij, qui à Marcione sunt non habent Euangelium, hoc enim quod est secundum Lucam, quemadmodum prædiximus decurtantes. gloriantur se habere Euangeliū, Hij vero qui à Valentino sunt cessabunt à plurimo vaniloquio suo: ex hoc enim multas occasiones subtilis eloquij sui acceperunt, interpretari audentes male, quæ ab hoc bene sunt dicta, aut & reliqua suscipere cogentur intendentes perfecto Euangelio, & apostolorum doctrinæ oportet eos pœnitentiam agere, vt saluari à periculo possint.

¶ Aduersus eos qui frustrantur Paulum apostolum. Caput XV.

E Adem autem dicimus iterum & his qui Paulum apostolum non cognoscunt, quoniam aut reliquis verbis Euangelij, quæ per solum Lucam in nostram venerunt agnitione, renunciare debent, & nõ vt iis: aut si illa recipiunt, omnia habet necessitate recipere, etiam eam testificatione quæ est de Paulo, dicente ipso, Primum quidem dominum ei de cælo locutum, Saule, Saule, quid me persequeris? Ego sum Iesus Christus, quem tu persequeris: deinde Ananiæ de eo dicente: Vade, quoniã vas electionis mihi est iste, vt portet nomẽ meum in gentibus, & regibus, & filiis Israël. Ego enim

Enim demonstrabo ei ex ipso, quanta oporteat eum pati propter nome meum. Qui igitur non recipiunt eum, qui sit electus a Deo ad hoc, ut fiducialiter portet nome eius, quod sit missus ad quas prædiximus gentes, electionem domini contemnunt, & seipos segregant ab apostolorum conuentu. Neque enim contendere possunt Paulum non esse apostolum, quando in hoc sit electus: neque Lucam mendacem esse possunt ostendere, veritatem nobis cum omni diligentia annunciantem: fortassis enim & propter hoc operatus est deus plurima Euangelia ostendi per Lucam, quibus necesse * haberet omnes, uti sequenti testificationi eius, quam habet de actibus & doctrina apostolorum, omnes sequentes, & regulam veritatis in-adulteratam habentes, saluari possint. Igitur testificationis eius vera & doctrina apostolorum manifesta & firma, & nihil subtrahes, neque alia quidem in abscondito, alia vero in manifesto docentium. Hoc enim fictorum, & prave seducetium, & hypocritarum est molimen, quemadmodum faciunt hi, qui a Valentino sunt. Hi enim ad multitudinem propter eos, qui sunt ab ecclesia, quos communes ecclesiasticos ipsi dicunt, inferunt sermones, per quos capiunt simpliciores, & in delitijs eos simulantes nostrum tractatum ut sæpius audiant: qui & queruntur de nobis, quod cum similia nobiscum sentiant, sine causa abstinemus nos a communicatione eorum, & cum eadem dicant, & eandem habeant doctrinam, vocemus illos hæreticos: & cum deiecerint aliquos a fide per quaestiones quæ fiunt ab eis, necnon contradicentes auditores suos fecerint, his separatim inenarrabile plenitudinis sue enarrant mysterium. Decipiuntur autem omnes, quia quod est in verbis verisimile se putant posse discere a veritate: suavior enim, & verisimilis est, exquirere fucos error, sine fuco autem est veritas, & propter hoc pueris credita est. Et si aliquis quidem ex his qui audiunt eos, querat solutiones, vel contradicat eis, hunc quasi non capiētem veritatem, & non habentem de superioribus a matre sua semē affirmantes, in totum nihil dicunt ei, mediarum partium dicentes esse illum, hoc est, Psychicorum. Si autem aliquis quasi

for. hæere
 ἰσχυροὶ αὐτῶ
 videtur imi-
 tatus, Latine
 loquens.

paruum ouem deditū, semetipsum ipsis præbeat imitationi illorū, & redemptionem illorum cōsequutus est, inflatus iste talis, neque in cælo, neque in terra putat se esse, sed intra pleroma introisse, & complexum iam angelum suum, cum institorio & supercilio incedit, gallinacei elationem habens. Sunt autē apud eos, qui dicūt oportere bonā conuersationē assequi eū hominē, qui sit desuper ueniens, propter hoc & fingūt quodā supercilio grauitatem. Plurimi autem & contemptores facti, quasi iam perfecti, sine reuerentia & in contemptu uiuentes semetipsos spiritales vocāt, & se nosse iam dicūt eū qui sit intra pleroma, ipsorū refrigerij locum.

¶ Quæ sit apostolorum sententia de domino nostro Iesu Christo. Cap. X V I.

N Os autem reuertamur ad eūdē tractatū. Cum enim declaratum sit manifeste, quoniam neminem aliū deum uocauerunt, vel dominum nominauerunt, qui ueritatis fuerunt prædicatores, & apostoli libertatis, nisi solum uerum deum patrē & uerbum eius, qui in omnibus principatū eius habet, manifeste erit ostensum, quod factorem cæli & terræ, & qui loquutus sit cum Moysē, & legis dispositionem ei dederit, qui conuocauerit patres, dominum deum confiteri eos, & alterum neminem nosse. Manifesta igitur & apostolorum, & discentium eorum ex uerbis ipsorum, de Deo facta est sententia.

¶ Ostensio, quoniam vnus & idem deus, & ipse Christus uerbum Dei. Cap. X V I I.

Q uonia autem sunt qui dicunt Iesum quidem receptaculū Christi fuisse, in quem desuper quasi colūbam descendisse Christum, & cum indicasset innominabilē patrem, incōprehensibiliter & inuisibiliter intrasse in pleroma. Non enim solum ab hominibus, sed ne ab his quidē, qui in cælo sunt potestatibus & uirtutibus apprehensum eū: & esse filiū quidē Iesum, patrē uero & Christi patrē deū. Alij uero putatiue

ratione eum passum naturaliter impassibilem existentē.
 Qui autē à Valentino sunt, Iesum quidē qui sit ex dis-
 positione, ipsum esse qui per Mariā transferit, in quem
 illū de superiori saluatore descēdisse, quē & Christu di-
 ci, quoniam omnium qui emisissent eū, haberet vocabula:
 participasse autē cū eo, qui esset ex dispositione, de sua
 virtute & suo nomine, vt mors per hunc euacuaretur,
 cognosceretur autē pater, per eu Saluatorem quidem,
 qui desuper descendisset, quem & ipsum receptaculum
 Christi, & vniuersæ plenitudinis esse dicūt, lingua qui-
 dem vnū Christū Iesum cōfidentes, diuisi vero sententiā.
 Etenim hæc est ipsorum regula, quemadmodū prædixi-
 mus, vt alterum quidem Christum fuisse dicant, qui ab
 vniogenito ad correctionē plenitudinis præmissus est.
 Alterum vero Saluatorem esse ad glorificationē patris
 missum. Alterum vero ex dispositione, quem & passum
 dicunt recurrentem in pleroma Saluatorem, qui Chri-
 stum portabat. Necessè habemus vniuersam apostolo-
 rum de domino nostro Iesu Christo sententiā habere, &
 ostendere eos nō solum nihil tale sensisse de eo, verum
 amplius & significasse per spiritum sanctum, qui inci-
 perent talia docere summissi à satana, vt quorundam
 fidem euerterent, & abstraherent eos à vita.

¶ Aduersus eos qui dicunt putatiue illum ap-
 paruissē. Caput XVIII.

T quoniam Ioannes vnum & eundem nouit
 E verbum Dei, & hunc esse vniogenitum, & hunc
 incarnatū esse pro salute nostra Iesum Chri-
 stum dominū nostrū, sufficienter ex ipsius Ioannis ser-
 mone demonstrauimus. Sed & Matthæus vnū & eundem
 Iesum Christū cognoscens, eam quæ est secundum ho-
 minem generationē eius ex virgine exponēs, sicut pro-
 misit deus Dauid, ex fructu ventris eius, & excitaturū
 se æternum regnum, multo prius Abrahæ eandē faciēs
 promissionem, ait, Liber generationis Iesu Christi, filij
 Dauid, filij Abrahæ. Dehinc vt liberaret mentē nostram
 à suspitione, quæ est circa Ioseph, ait: Christi autem ge-
 neratio

neratio sic erat, Cú esset desponsata mater eius Ioseph,
 priusquàm conuenirent inuenta est in utero habens de
 spiritu sancto, Dehinc cum Ioseph cogitaret dimittere
 Mariã, quoniã prægnãs erat, assistenté ei angelú Dei &
 dicenté, Ne timueris assumere Mariã coniugem tuam,
 quod enim habet in utero de spiritu sancto est, pariet
 auté filiu, & vocabis nomé eius Iesum. Hic enim salua-
 bit populú suú à peccatis suis. Hoc auté factum est, vt
 adimpleretur quod dictum est à domino per prophetã,
 Ecce virgo concipiet in utero, & pariet filium, & voca-
 bunt nomé eius Emanuel, quod interpretatú est nobis-
 cum deus, manifeste significãs, & eã promissioné quæ
 fuerat ad patres impletam, ex virgine natú filium Dei,
 & hunc ipsum esse saluatoré Christum, quem prophetae
 prædicauerunt, nõ sicut ipsi dicunt Iesum quidé ipsum
 esse, qui ex Maria sit natus, Christum vero qui desuper
 descendit. Cæterum poterat dicere Matthæus, Iesu vero
 generatio sic erat, sed prouidés spiritus sanctus depra-
 uatores, & præmuniés cõtra fraudulentiam eorú per Mat-
 thæum, ait, Christi autem generatio sic erat: Et quoniã
 hic est Emanuel, ne forte tantum eum hominẽ putarem-
 us, Non enim ex voluntate carnis, neque ex volutate
 viri, sed ex volutate Dei, verbú caro factú est: neq; aliú
 quidé Iesum suspicemur fuisse, sed vnú & eundé scire-
 mus deú esse. Hoc ipsum interpretatus est Paulus, scri-
 bens ad Romanos: Paulus apostolus Iesu Christi, præ-
 destinatus in Euangeliú, quod promisit per prophetas
 suos, in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei
 ex semine David secundú carné. Qui prædestinatus est
 filius Dei in virtute per spiritum sanctificationis, ex re-
 surrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri. Et
 iterú ad Romanos scribés de Israël, dicit, Quorum pa-
 tres, & ex quibus Christus secundum carné, qui est deus
 super omnes benedictus in secula. Et iterum in episto-
 la quæ ad Galatas, ait, Cum auté venit plenitudo tem-
 poris, misit Deus filium suú, natú ex muliere, factum sub
 lege, vt eos qui sub lege erãt redimeret, vt adoptionem
 percipiamus: manifeste significans vnum quidé deum,
 qui

qui per prophetas promissionem de filio fecerit, vnum autē Iesum Christum dominū nostrum, qui de semine David, secundum eam generationē, quæ est ex Maria: hunc destinatū filium Dei Iesum Christum in virtute secundū spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum, vt sit primogenitus mortuorū, quēadmodum & primogenitus in omni cōditione, filius Dei, hominis filius factus, vt per eum adoptionē percipiamus, portante homine & capiēte, & cōplectēte filiū Dei. Propter hoc & Marcus ait, Initiū Euāgelij Iesu Christi filij Dei, quēadmodū scriptū est in prophetis, vnū & eundē sciēs filiū Dei Iesum, qui à prophetis annunciatu est, qui ex fructu vētris David, Emanuel magni cōsiliij patris nuntius, per quē oriri fecit deus domui David orientē & iustū, & erexit ei cornu salutis, & suscitauit testimoniū in Iacob, quēadmodū David causas generationis ei⁹ differēs, ait, Et legē posuit in Israël, vt cognoscat generatio altera, filij qui nascētur ex his, & ipsi exurgētes enarrabūt filijs suis, vt ponāt in deum spē suā, & præcepta ei⁹ exquirāt, Et rursus angel⁹ euāgelizās marię ait, Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & dabit ei domin⁹ thronū David patri sui, Eum qui sit fili⁹ altissimi, hunc eundē & David filiū cōfitemens. Cui⁹ & David dispositionē aduētus per spiritū sanctum cognoscēs, per quā dominus est omnium viuorū & mortuorum, dominum confessus est sedentē ad dexterā patris altissimi. Et Simeō autē ille, qui respōsum accepit à spiritu sancto, nō visum eum mortē, nisi prius videret Christū Iesum, hunc * ex manibus accipiēs virginis * benedixit deum & dixit, Nunc dimittis seruum tuum domine, secundū verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Quod parasti ante faciē omnium populorum, Lumen ad reuelationē gentium, & gloriā plebis tuæ Israël. Infantem quem in manibus portabat Iesum, natum ex Maria, ipsum cōfitemens esse Christum filium dei, Lumen omnium, & gloriā ipsius Israël & pacem, & refrigerium eorum, qui in dormitionē ierunt. Iā enim expoliabat hominēs, auferens ignorantia ipsorū, suam

Ali. ex non habetur.

Ali. primo gentium.

r iiij

autem

autem agnitionem eis donans, & dispartitionem factæ eorum, qui cognoscebant eum, quemadmodum Esaias, Voca, inquit, nomen eius, velociter spolia dispartire. Hæc sunt autè opera Christi. Ipse igitur erat Christus, quem portans Simeon benedixit altissimū, quem pastores cum vidissent, glorificabant deum, quem Ioannes, cum adhuc in ventre matris suæ esset, & ille in vulua Mariæ, dominū cognoscens, exultans salutabat. Quem Magi videntes, & adorātes, & afferentes munera, quæ prædiximus, & substernentes semetipfos æterno regi, per alterā abierunt viā, non iam per Assyriorū reuertentes viam. Priusquā enim cognosceret puer vocare patrem, aut matrem, accipiet viam tatem Damasci, & spolia Samariæ, contra regem Assyriorum, occulte quidem, sed potèter omnia manifestās, quoniā occulta manu expugnabat dominus Amalech: propter hoc & pueros eripiebat, qui erāt in domo Dauid, bene fortiti illo tēpore nasci, vt eos præmitteret in suū regnū, ipse infans cum esset, infantes hominu martyres parās propter Christū, qui in Bethleem natus est Iudæ, in ciuitate Dauid interfectos secundum scripturas. Propter quod & dominus discipulis post resurrectionē dicebat, O insensati & tardi corde ad credendum, in omnibus quæ loquuti sunt prophetæ. Nōne hæc oportebat pati Christū, & introire claritatē suā. Et iterū ait eis, Hij sunt sermones quos loquut⁹ sum ad vos, cū adhuc essent vobiscū, quoniā oportet impleri omnia scripta in lege Moyfi & prophetis, & psalmis de me. Tūc adaperuit eorū sensum, vt intelligerēt scripturas, & dixit ad eos, quoniā sic scriptū est Christū pati, & resurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius remissionē peccatorū in omnes gētes. Hic autè est qui ex Maria natus est. Oportet enim, inquit, filiū hominis multa pati, & reprobari, & crucifigi, & die tertio resurgere. Nō ergo alterū filium hominis nouit Euangeliū, nisi hunc qui ex Maria, qui & passus est. Sed neque Christum auolantem ante passionem ab Iesu, sed hunc qui natus est Iesum Christū nouit Dei filiū, & eundem hunc passum resurrexisse, quemadmodū Ioā-

nes

nes domini discipulus confirmat dicēs: Hæc autem scripta sunt vt credatis, quoniã Iesus est Christus fili⁹ Dei, & vt credentes vitam æternam habeatis in nomine ei⁹: prouidens has blasphemias regulas, quæ diuidunt dominum, quantum ex ipsis attinet, & ex altera & altera substantia dicētes eū factū. Propter quod & in epistola sua sic testificatus est nobis, Fioli nouissima hora est, & quemadmodum audistis, quoniam Antichristus venit, nunc Antichristi, multi facti sunt, vnde cognoscimus quoniam nouissima hora est. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: si enim fuissent ex nobis: permansissent utique nobiscum, sed vt manifestarentur quoniam non sunt ex nobis. Cognosci te ergo quoniam omne mendacium extraneum est, & non est de veritate. Quis est mendax, nisi qui negat, quoniam Iesus non est Christus, hic est Antichristus. Quia autem omnes qui prædicti sunt, & si lingua quidem consentunt vnū Iesum Christū, semetipso derident, aliud quidem sentientes, aliud verò dicentes. Etenim argumenta illorū varia, quæadmodū ostendimus, alterum quidem passum & natū hūc esse Christū annuntiant, & esse alterū eorum, Demiurgi autem qui sit ex dispositione, vel eū qui sit ex Ioseph, quēmq; passibilem argumentatur, alterū verò eorū ab inuisibilib⁹ & inenarrabilibus descendisse, quæ & inuisibilem, & incomprehensibilem, & impassibilem esse confirmant, errantes à veritate, eo quod absistat sententia eorū ab eo, qui est vere deus, nescientes quoniam hui⁹ verbū vnitus, qui semper humano generi adest vnitus, & consparsis suo plasmati secūdū placitū patris, & caro factus, ipse est Iesus Christus dominus noster, qui & passus est pro nobis, & surrexit propter nos. & rursum venturus est in gloria patris, ad resuscitandam vniuersam carnem, & ad ostensionem salutis, & regulam iusti iudicij ostendere omnibus, qui sub ipso facti sunt. Vnus igitur Deus pater, quemadmodum ostendimus, & vnus Christus Iesus dominus noster veniens per vniuersam dispositionē, & omnia in semetipso recapitulans, in omnibus autē est, & homo plasmatio dei: & ho-

minera

miné ergo semetipso recapitulatus est, inuisibilis visibilis factus, & incôprehensibilis factus cõprehensibilis, & împassibilis passibilis, & verbum homo, vniuersa in semetipsum recapitulans, vti sicut in supercælestibus, & & spiritualibus, & inuisibilis princeps est verbum Dei: sic & in visibilibus & corporalibus principatû habeat, in semetipsum primatum assumés, & apponés semetipsum caput ecclésiæ, vniuersa attrahat ad semetipsum apto in tẽpore. Nihil enim incomptum atque intempestiuum ad eum, quomodo nec incongrués est apud patrẽ. Præcognita sunt enim hæc omnia à patre, perficiuntur autem à filio, sicut congruum & consequés est apto tempore. Propter hoc properante Maria ad admirabile vini signû, & ante tempus voléte participare cõpendij poculo, dominus repellens eius intẽpestiuam festinationem dixit: Quid mihi & tibi est mulier, nondum venit hora mea, expectans eam horam quæ est à patre præcognita. Propter hoc cum sæpe vellent eum homines apprehendere, nemo, inquit, misit manus ei, nõdum enim venerat hora apprehésionis eius, nec tempus passionis, quod præcognitum fuerat à patre, quemadmodum & Abacuc propheta ait, In eo cum appropinquarent anni cognosceris, in aduētu temporis ostèderis, in eo quod turbeatur anima mea in ira misericordiæ tuæ memoraberis. Sed & Paulus ait. Cum autem venit plenitudo tẽporis, misit deus filium suum. Per quod manifestum est, quoniã omnia quæ præcognita erant à patre, ordine, & tempore, & hora præcognita & apta perfecit dominus noster vnus quidés & idé existés, diues auté & multus. Diuiti enim & multæ voluntati patris deseruit, cum sit ipse Saluator eorum qui saluãtur, & dominus eorû qui sunt sub domino, & deus eorum quæ cõstituta sunt, & vnigenitus patris, & Christus qui prædicatus est, & verbum dei incarnatus, cû aduenisset plenitudo tẽporis, in quo filiû hominis fieri oportebat filiû dei. Igitur omnes extra dispositioné sunt, qui sub obtétu agnitionis, alterû quidem Iesum intelligunt, alterû auté Christum, & alterum vnigenitum. Ob auté rursum esse verbum, & al-

terum

terum Saluatoré, quem etiam eorum qui in Demiurgi-
 ratione facti sunt A Eones, emissioné esse dicunt, hij qui
 sunt erroris discipuli, qui à foris quidem oues, per eam
 enim quã habet extrinsecus loquelã, similes nobis appa-
 rent, eadem nobiscum loquentes, intrinsecus verò lupi.
 Sétetia enim eorum homicidialis, deos quidé plures cõ-
 fingens, & patres multos simulãs, cõminués auté & per
 multa diuidens filium dei, quos & dominus nobis caue-
 re prædixit, & discipulus eius Ioãnes in prædicta episto-
 la fugere eos præcepit. Multi seductores exierunt in huc
 mundum, qui nõ cõstitentur Iesum Christum in carne ve-
 nisse. Hic est seductor & antichristus, videte eos, ne per-
 datis quod operati estis. Et rursus in epistola ait: Multi
 pseudoprophetae exierunt de seculo, in hoc cognoscite
 spiritum dei. Omnis spiritus qui cõstitetur Iesum Chri-
 stum in carne venisse, ex deo est. Et omnis spiritus qui sol-
 uit Iesum Christum, non est ex deo, sed ex antichristo est.
 Hæc auté similia sunt illi quod in Euãgelio dictum est,
 quoniã verbu caro factu est, & habitauit in nobis. Pro-
 pter quod rursus in epistola clamat: Omnis qui credit,
 quia Iesus est Christus, ex deo natus est, vnus & eundem sciens
 Iesum Christum, cui aperte sunt portæ celi, propter carna-
 lé eius assumptioné, qui etiã in eadẽ carne, in qua passus
 est, veniet, gloriã reuelans patris. Et Paulus autem his cõ-
 sentiens, Romanos alloquens, ait, Multo magis hij qui a-
 bundantiã gratiæ & iustitiæ accipiunt in vitam, regna-
 bunt per vnum Iesum Christum. Nescit ergo eum, qui e-
 uolauit Christum ab Iesu, neque eum nouit Saluatoré,
 qui sursum est, quẽ impassibile dicunt. Si enim alter qui
 dẽ passus est, alter auté impassibilis mansit, & alter qui-
 dem natus est, alter verò in eum qui natus est descendit,
 & rursus reliquit eum, non vnus, sed duo monstrantur:
 quoniã autem vnum eum, & qui natus est, & qui passus
 est, Christum Iesum nouit apostolus, in eadem epistola
 iterum dicit: An ignoratis, quia quotquot baptizati sumus
 in Christo Iesu, in morte eius baptizati sumus, vt
 quemadmodum resurrexit à mortuis, sic & nos in noui-
 tate vitæ ambulemus. Rursus autem significans Chri-
 stum

stum passum, & ipsum esse filium dei, qui pro nobis mortuus, & sanguine suo redemit nos, in præfinito tempore, ait, vt quid enim Christus cum adhuc essemus infirmi secundum tempus pro impiis mortuus est. Commendat autem suam dilectionem deus in nobis, quoniam cum adhuc essemus peccatores, pro nobis Christus mortuus est, multo magis iustificati nunc in sanguine eius salui erimus, per ipsum ab ira. Si enim cum essemus inimici, reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati, salui erim⁹ in vita eius. Hunc eundem qui apprehensus est, passus est, & effudit sanguinem suum pro nobis, hunc Christum, hunc filium Dei manifestissime annuntians, qui etiam surrexit, & assumptus est in cælum, quemadmodum ipse ait, Simul autem Christus mortuus, imò qui & resurrexit, qui est in dextera dei. Et iterum: Scientes quoniam resurgens à mortuis iam non moritur. Præuidens enim & ipse per spiritum subdiuisiones malorum magistrorum, & omnem ipsorum, occasionem dissensionis volens abscindere, ait quæ prædicta sunt. Si autem spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in nobis, qui suscitauit Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra: vnū quod non exclamat ad eos qui volunt audire: quoniam nolite errare, vnus & idem est Christus Iesus filius dei, qui per passionem reconciliauit nos deo, & resurrexit à mortuis, qui est in dextera patris, & perfectus in omnibus: qui cum vapularet non repercutiebat, qui cum pateretur, non est minatus: & cum tyrannidem pateretur, rogabat patrem, vt ignosceret his qui se crucifixerant. Ipse enim vere saluauit. Ipse enim verbum Dei, ipse vnigenitus à patre Christus Iesus Deus noster.

¶ De eo, qui descendit in ipsum spiritus.

Caput XIX.

E Tenim potuerunt dicere apostoli, Christum descendisse in Iesum: aut illum superiorē Saluatorem, in eum qui sit dispositionis: aut illū qui est ab inuisibilibus, in eum qui est Demiurgi. Sed nihil quidem tale neque scierunt, neque dixerunt, si enim scissent,

scissent, dixissent utique: quod autē erat, hoc & dixerūt,
 spiritum Dei sicut columbam descendisse in eum, hunc
 spiritum, de quo ab Esaia dictum est, Et requiescet su-
 per me spiritus Dei, sicut prædiximus. Et iterum, Spiri-
 tus domini super me, propter quod vnxit me. Iste spiri-
 tus, de quo ait dominus: Non enim vos estis qui loqui-
 mini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et
 iterū, Potestatem regenerationis demandans discipulis
 dicebat eis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes
 eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Hunc e-
 nim promisit per prophetas effundere se in nouissimis
 temporibus super seruos & ancillas, ut prophetent, vn-
 de & in filiū dei filiū hominis factū descendit, cū ipso af-
 fuescens habitare in genere humano, & requiescere in
 hominibus, & habitare in plasmate dei voluntatem pa-
 tris operans in ipsis, & renouās eos à vetustate in noui-
 tatem Christi. Hunc spiritum petit Dauid humano ge-
 neri dicens: Et spiritu principali confirma me. Quē &
 descendisse Lucas ait, post ascensum domini super disci-
 pulos in Pentecoste, habentem potestatem omnium gen-
 tium, ad introitum vitæ, & apertionem Noui testamen-
 ti: vnde & omnibus linguis conspiranter hymnum dice-
 bant deo. spiritu ad vnitatem redigente distantes tribus
 & primitias omnium gētium offerente patri, vnde & do-
 minus pollicitus est mittere se paracletum, qui nos ap-
 taret deo. Sicut enim de arido tritico massa vna fieri nō
 potest sine humore, neque vnus panis: ita nec nos mul-
 ti vnum fieri in Christo Iesu poteramus, sine aqua. quæ
 de cælo est. Et sicut arida terra, si nō percipiat humorē,
 non fructificat: sic & nos lignum aridum existentes pri-
 mum, nunquam fructificaremus vitam, sine superna vo-
 luntaria pluuia. Corpora enim nostra per lauacrum il-
 lud quod est ad incorruptionem vnitatem acceperunt:
 animæ autem per spiritum. vnde & vtraque necessaria,
 cum vtraque proficiunt in vitam dei: miserante domi-
 no nostro Iesu Christo, Samaritanæ præuaricatrici, quæ
 in vno viro nō māsit, sed fornicata est in multis impiis,
 & ostendēte ei & pollicente aquā viuā, ut vltius nō si-
 tiret

tiret, neque occuparetur ad humectationem aquæ labio-
 riosæ, habens in se potum salientem in vitam æternam:
 quã dominus accipiens munus à patre, ipse quoque his
 donauit, qui ex ipso participantur, in vniuersam terram
 mittens spiritum sanctum. Hanc muneris gratiã præui-
 dens Gedeon ille Israelita, quem elegit deus, vt saluaret
 populũ Israel de potentatu alienigenarum, demutauit
 petitionem è superiori, vellus lanam, in quod tãtum pri-
 mum ros fuerat, quod erat typus populi, ariditatem fu-
 turam prophetans: hoc est, non iam habituros eos à deo
 spiritum sanctum, sicut Esaias ait: Et nubibus mādabo,
 ne pluant super eam. In omni autē terra fieri ros, quod
 est spiritus dei, qui descendit in dominum, spiritus sa-
 pientiæ & intellectus, spiritus consilij & virtutis, spiri-
 tus scientiæ & pietatis, spiritus timoris dei: quē ipsum
 iterum dedit ecclesiæ, in omnem terram mittens de cæ-
 lis paracletum, vbi & diabolum, tanquam fulgur, proie-
 ctum ait dominus. Quapropter necessari⁹ nobis est ros
 dei, vt non comburamur, neque infructuosi efficiamur,
 & vbi accusatorem habemus, illic habeamus & paracle-
 tum: cōmendate domino spiritui sancto suum hominē,
 qui inciderat in latrones, cui ipse misertus est, & ligauit
 vulnera eius, dans duodenaria regalia, vt per spiritum
 imaginē & inscriptionē patris & filij accipiētes, fructi-
 ficemus creditum nobis denarium, multiplicatum do-
 mino annumerātes. Spiritu itaq; descendēte super præ-
 dictā dispositionē, & filio dei vnigenito, qui & verbū est
 patris, veniēte plenitudine tēporis incarnato, in homi-
 nē propter hominē, & omnē secundum hominē disposi-
 tionē implente Iesu Christo domino nostro vno & eodē
 existēte, sicut & ipse dominus testatur, & Apostoli cōfi-
 tētur, & prophetæ annuntiāt, mēdaces ostense sunt vni-
 uersæ doctrinæ eorū, qui octonationes, & quaternatio-
 nes putatiuas adinuenerūt, & subdiuisiones excogita-
 uerunt: qui spiritum quidē interimunt, aliū autē Chri-
 stum, & alium Iesum intelligūt, & nō vnum Christum,
 sed plures fuisse docēt: & si vnitos eos dixerint, iterum
 ostēdunt eum quidē participasse passionē, hunc autem
 impas-

Impasibile perseverasse, & hunc quidem ascendisse imple-
romam, hunc autem in medietate remansisse, & hunc qui-
dem in invisibilibus & innominabilibus epulari & oble-
ctari, hunc autem aspidere Demiurgo euacuant eum eum
virtute. Unde & oportebat & te, & omnes qui intedunt
huic scripturæ, & solliciti sunt pro sua salute, non quum
audiunt forinsecus eorum sermones sponte succubere. similia
enim loquentes fidelibus, sicut prædiximus, non solum
dissimilia sapiunt, sed & contraria, & per omnia plena
blasphemias, per quæ interficiunt eos, qui per similitudi-
nem verborum dissimile affectionis eorum in se attra-
hunt venenum. Sicut quis aquæ mixtum gypsum dans
pro lacte, seducat per similitudinem coloris, sicut quidam
dixit superior nobis, de omnibus qui quolibet modo de-
prauant quæ sunt dei, & adulterant veritatem dei, lacte
gypsum male miscetur.

Gypsum in-
ter venena
numeratur.

¶ Quæ causa fuit ut verbum dei caro fieret.
Caput XX.

Stenfo manifeste quod in principio verbum
existens apud deum, per quæ omnia facta sunt,
qui & semper aderat generi humano, hunc no-
uissimis temporibus secundum præfinitum tempus à pa-
tre unitum suo plasmati passibilem hominem factum, ex-
clusa est omnis cōtradictio dicentium: Si ergo tunc na-
tus est, non erat ante Christus. Ostendimus enim quia non
tunc cœpit filius dei existens semper apud patrem, sed
quando incarnatus & homo factus, longam hominum
expositionem in seipso recapitulavit, in compendio no-
bis salutem præstans, ut quod perdidimus in Adam,
id est, secundum imaginem & similitudinem esse dei, hoc
in Christo Iesu reciperemus. Quia enim non erat* pos-
sibile eum hominem, qui semel victus fuerat, & elusus per
*obedientiam replasmare, & obtinere brachium victo-
riæ, iterum autem impossibile erat, ut salutem perciperet,
qui sub peccato ceciderat, utraq; operatus est filius,
verbum dei existens, à patre descendens, dispensatione cō-
summans salutis nostræ, cui credere nos indubitate ad-
hortans,

Al. impossi-
bile.
Alias, inobe-
dientiam.

hortans, verum dicit, Ne dixeris in corde tuo, **Quis** descendet in cælum, hoc est Christum deducere, aut quis descendit in abyssum, hoc est Christum à mortuis eliberrare. Deinde infert, quoniam si cõfitearis in ore tuo dominum Iesum, & credideris in corde tuo, quoniam de illum excitauit à mortuis, saluus eris. Et rationem reddidit propter quam causam hæc fecit verbum dei, dicēs. In hoc enim Christus & vixit & mortuus est, & resurrexit, vt viuorum & mortuorū dominetur. Et iterū ad Corinthios scribens ait, Nos autem annuntiamus Christū Iesum crucifixum. & infert, Calix benedictionis quem benedicimus, nõnne communicatio sanguinis est Christi? **Quis** est autem qui communicat nobis de escis? vtrū is qui ab illis affigitur sursum Christus, superextēsus loco, id est funi, & formauit eorum matrem, an vero qui ex virgine est Emanuel, qui butyrum & mel manducauit, de quo ait propheta: Et homo est, & quis cognoscit eum? Hic idem à paulo annuntiabatur. Tradidi enim, inquit, vobis in primis, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundum scripturas, & quoniam sepultus est, & resurrexit tertia die secundum scripturas. Manifestum est igitur quoniã Paulus alterum Christū nescit, nisi hunc solum, qui & passus est, & sepultus est, & resurrexit: qui & natus est, quem & hominem dixit. Cū enim dixisset, Sic autem Christus annūtiatur, quoniam à mortuis resurrexit, intulit rationem reddēs incarnationis eius. Quoniã per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorū. & vbique in passione domini nostri & humanitate & mortificatione eius, Christi vsus est nomine, quemadmodū in illo: Noli esca tua perdere illum, pro quo Christus mortuus est. Et iterū, Nunc autem in Christo vos, qui aliquādo fuistis lōge, facti estis proximi in sanguine Christi. Et iterum, Christus nos redemit de maledicto legis, factus p̄ nobis maledictum, quoniã scriptū est, Maledictus omnis qui p̄det in ligno. Et iterū, Et pereat infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est, significans quoniã non Christus impassibilis descendit in Iesum, sed

sed ipse Iesus Christus cum esset, passus est pro nobis, qui discubuit & resurrexit, qui descendit & ascendit filius dei, filius hominis factus. Quemadmodum & ipsum nomen significat. In Christi enim nomine, subauditur, qui unxit, & ipse qui unctus est, & ipsa unctio in qua unctus est. Et unxit quidem pater, unctus est vero filius, in spiritu qui est unctio, quemadmodum per Esaiam ait sermo, Spiritus dei super me, propter quod unxit me, significans & unguentem patrem, & unctum filium, & unctio-nem qui est spiritus. Et ipse autem dominus manifestum fecit cum qui est passus. Cum enim interrogasset discipulos, Quem me homines dicunt esse filium hominis, Petrus cum respondisset, Tu es Christus filius dei viui, & cum laudatus esset ab eo, Quoniam caro & sanguis non reuelavit ei, sed pater qui est in caelis manifestum fecit, quoniam filius hominis, hic est Christus filius Dei viui. Ex eo enim, inquit, coepit demonstrare discipulis, quoniam oportet illum Hierosolymam ire, & multa pati a sacerdotibus, & reprobari, & crucifigi, & tertia die resurgere. Ipse qui agnitus est a Petro Christus, qui eum beatum dixit, quoniam pater ei reuelavit filium dei viui, dixit semetipsum oportere multa pati & crucifigi. Et tunc Petrum increpauit secundum opinionem hominum putantium eum esse Christum, & passionem eius auersantium, & dixit discipulis, Si quis vult post me venire, abneget se, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet illam, & qui eam perdiderit propter me, inueniet eam. Haec enim Christus manifeste dicebat, ipse existens Saluator eorum, qui propter suam confessionem in mortem traderentur, & perderent animas suas. Si autem ipse non erat passurus, sed auolaret a Iesu, quid & adhortabatur discipulos tollere crucem, & sequi se, quam ipse non tollebat secundum ipsos, sed relinquebat dispositione passionis. Quoniam enim non de agnitione superioris crucis dicit hoc, quemadmodum quidam audent exponere, sed de passione, quam oportebat illum pati, & ipsis discipulis eius futurum erat ut paterentur, intulit, Qui-

¶ cunque

cunque enim saluabit animam suam, perdet eam, & quæ
 perdidit, inueniet eam. Et quoniã passuri erãt discipu-
 li eius, propter ea dicebat Iudæis: Ecce mitto ad vos p-
 phetas, & sapientes, & doctores, & ex his interficietis &
 crucifigetis. Et discipulis dicebat, Ante duces & reges
 stabitis propter me, & ex vobis flagellabunt & interfici-
 ent, & persequentur à ciuitate in ciuitatem. Sciebat igi-
 tur & eos qui persequutionem passuri erant, sciebat &
 eos, qui flagellari & occidi haberent propter eum, & nõ
 altera cruce, sed passione, quã passurus esset ipse prior,
 post deinde discipuli eius. Erat ergo sermo eius adhor-
 tantis etiam illos, Nolite timere eos, qui occidunt cor-
 pus, animam autem non possunt occidere, timentes au-
 tem magis eum qui habet potestatem & corpus & ani-
 mam mittere in gehennam, & seruare eas quæ essent ad
 eum confessiones. Etenim ipse confessurum se promit-
 tebat coram patre suo eos, qui confitetur nomen suum
 coram hominibus, negaturum autem eos, qui negarent
 eum, & confusurum qui confunderentur contra confes-
 sionem eius. Et cum hæc ita se habeant, ad tantã temeri-
 tatem progressi sunt quidã, vt etiam martyres spernãt,
 & vituperent eos qui propter domini confessionem oc-
 ciduntur, & subtrahunt omnia à domino prædicta, & secu-
 dum hoc conantur vestigia sequi passionis domini pas-
 sibilis martyres facti, quos & concedimus ipsis martyri-
 bus. Cum enim inquireretur sanguis eorum & gloria cõ-
 sequentur, tunc à Christo confundentur omnes qui in-
 honorauerunt eorum martyriũ. Et ex hoc autẽ quod domi-
 nus in cruce dixerit, Pater dimitte eis, non enim sciunt
 quid faciunt, longanimitas & patientia & misericordia
 & bonitas Christi ostenditur, vt ipse & pateretur, & ipse
 excusaret eos, qui se male tractassent. Verbum enim dei
 quod nobis dixit, Diligite inimicos vestros, & orate pro
 eis qui vos oderunt, ipse hoc fecit in cruce, in tantum
 diligens humanum genus, vt etiam pro his qui se inter-
 ficerent, postularet. Si quis autem quasi duorum exi-
 stentium iudicium de his faciat, inuenietur multo me-
 lior & patientior & vere bonus, qui in vulnerib⁹ ipsis &
 plagis,

plagis, & reliquis, quæ in eum commiserunt beneficis
 est, nec memor est in se commissæ malitiæ, eo, qui auo-
 lauit, nec ullam iniuriam, neque opprobrium passus
 est. Hoc autem & illis occurrit, qui dicunt eum puta-
 tiue passum. Si enim non vere passus est, nulla gratia
 ei, cū nulla fuerit passio, & nos cum inciperemus vere
 pati seducens videbitur, adhortans nos vapulare, & alte-
 ram præbere maxillam, si ipse illud non prior in verita-
 te passus est: & quemadmodum illos seduxit, vt videre-
 tur eis ipse hoc quod non erat, & nos seducit adhortans
 perferre ea, quæ ipse non pertulit. Erimus autem & su-
 per magistrum dum patimur & sustinemus, quæ neque
 passus est, neque sustinuit magister, sed quoniam solus
 vere magister dominus noster, & bonus vere filius Dei,
 & patiens verbum Dei patris, filius hominis factus. Lu-
 ctatus est enim & vicit: erat enim homo p̄ patribus cer-
 tans, & per ob audientiam, inobaudientiam persoluens:
 alligauit enim fortem, & soluit infirmos, & salutem do-
 nauit plasmati suo, destruens peccatum. Est enim piissi-
 mus & misericors dominus, & amans humanum genus:
 hæere itaque fecit & aduniuit quemadmodum prædixi-
 mus hominem deo. Si enim homo non vicisset inimicū
 hominis, non iuste victus esset inimicus. Rursus autem
 nisi Deus donasset salutem, non firmiter haberemus fort.
 eam, & nisi homo * cognitus fuisset Deo nostro, non po-
 tuisset particeps fieri incorruptibilitatis. Oportuerat e-
 nim mediatorem Dei & hominum per suam ad vtrōs-
 que domesticitatem, in amicitiam & cōcordiam vtrōs-
 que reducere, & facere vt Deus assumeret hominem, &
 homo se dederet Deo. Qua enim ratione filiōrum ado-
 ptionis eius participes esse possemus, nisi per filium eā
 quæ est ad ipsum, recepissem⁹ ab eo cōmunionē, nisi ver-
 bū ei⁹ cōmunicasset nobis, caro factū. Quapropter & per
 omnem venit ætatem, omnibus restituens eam, quæ est
 ad Deum, communionem. Igitur qui dicunt eum puta-
 tiue manifestatū, neque incarnatū, neque vere hominē
 factum, adhuc sub veteri sunt dānatione, aduocationē
 præbentes peccato, non deuicta secundum eos morte;
 f ij quæ

Per legē con-
nitio pecca-
ti.

quæ regnauit ab Adam vsque ad Moysen, etiam in eos, qui non peccauerunt in similitudinem transgressionis Adæ. Veniens autem lex quæ data est per Moysen, & testificans de peccato, quoniam peccator est, regnum quidem eius abstulit, latronem & non regem eum detegēs, & homicidam eum ostendit, Onerauit autem hominem qui habebat peccatum in se, reum mortis ostendens eū. Spiritualis enim cum lex esset, manifestauit tantummodo peccatum, non autem interemit, dominabatur peccatum, sed homini. Oportebat enim eum, qui inciperet occidere peccatum, & mortis reum redimere hominem, id ipsum fieri quod erat ille, id est, hominem: Qui à peccato quidem in seruitium tractus fuerat, à morte verò teuebatur, vt peccatum ab homine interficeretur, & homo exiret à morte. Quemadmodum enim per inobedientiã vnus hominis, qui primus de terra rudi plasmatus est, peccatores facti sunt multi, & amiserūt vitam: ita oportuit & per obedientiã vnus hominis, qui primus de virgine natus est, iustificari multos & percipere salutem, Si igitur verbum dei homo factus est, quemadmodum & Moyses ait, Deus vera opera eius. Si autem non factus caro, parebat quasi caro, non erat verū opus eius. Quod autem parebat, hoc & erat, deus hominis antiquam plasmationem in se recapitulans, vt occideret quidem peccatum, euacuaret autem mortē, & viuificaret hominem & propter hoc vera opera eius.

¶ Aduersus eos qui dicunt eum ex Ioseph generatum. Cap. X X I.

R Vrsus autem qui nude tantum hominem eum dicunt ex Ioseph generatum, perseverātes in seruitute pristinæ inobedientiæ moriuntur, nondum commixtum verbum dei patris, neque per filium perficiētes libertatem, quemadmodum ipse ait: Si filius vos manumiserit, vere liberi eritis. Ignorantes autem eum qui ex virgine est Emanuel, priuātur munere eius, quod est vita æterna: nō recipiens autē verbum incorruptionis, perseverāt in carne mortali, & sunt debito

109

res mortis, antidotum vitæ nō accipientes. Ad quos verbum patris ait, suum munus gratiæ narrās. Ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes, vos autem sicut homines moriemini. Ad eos indubitate dicit, qui nō recipiunt munus adoptionis. sed cōtemnunt incarnationem puræ generationis, verbum dei, fraudātes hominem ab ea ascensione, quæ est ad dominum, & ingrati existentes verbo dei, quod incarnatū est propter ipsos. Propter hoc enim verbum dei homo, & qui filius dei est, filius hominis factus est, cōmixtus verbo dei, vt adoptionem percipiens fiat filius dei. non enim poteramus aliter incorruptelā & immortalitatem accipere, nisi aduniti fuissēmus incorruptelæ & immortalitati. Quemadmodum autē adunari possum⁹, nisi incorruptela & immortalitas facta fuisset id quod nos, vt* absolueretur quod erat corruptibile ab incorruptela, & quod erat mortale ab immortalitate, vt filiorum adoptionē perciperem⁹, quod per hoc, Generationem eius quis enarrabit? quoniam homo est, & quis agnoscat eum? Cognoscit autem illum is, cui pater qui est in cælis reuelavit, vt intelligat, quoniā is qui non voluntate carnis, neque ex voluntate viri natus est filius hominis, hic est Christus filius dei viui. Quoniam enim nemo in totum ex filiis Adæ deus appellatur secundum eum, aut dominus nominatur, ex scripturis demōstrauimus, quoniam ipse proprie præter omnes qui fuerunt tunc homines, deus & dominus, & rex æternus & vnigenitus & verbum incarnatum prædicatū, & à prophetis & apostolis, & ab ipso spiritu adest videre omnibus, qui vel modicum de veritate attigerint. Hæc autem non testificarentur scripturæ de eo, si similiter vt omnes homo tantum fuisset. Sed quoniam præclarā præter omnes habuit in se eam quæ est ab altissimo patre genituram, præclara autem functus est & ea quæ est ex virgine generatione, vtraque scripturæ diuinæ de eo testificantur, & quoniam homo indecorus & passibilis, & super pullum asinæ ascendens, aceto & felle potatur, & spernebatur in populo, & vsque ad mortem descendit, & quoniam dominus sanctus & mirabilis consiliarius, & decorus

& decorus specie, & deus fortis super nubes veniens vniuersorum iudex. Omnia de eo scripturæ prophetabāt. Sicut enim homo erat vt tētaretur, sic & verbum vt glorificaretur, quiescente quidem verbo, vt posset tentari & inhonorari & crucifigi & mori, absorpto autem homine in eo quod vincit, & substinet, & resurgit, & assumitur. Hic igitur filius dei dominus noster existens verbum patris, & filius hominis, quoniam ex Maria quæ ex hominibus habebat genus, quæ & ipsa erat homo, habuit secundum hominem generationem, factus est filius hominis. Propter hoc & ipse dominus dedit nobis signum in profundum, in altitudinem sursum, quod non postulauit homo, quia nec sperauit virginem prægnantem fieri posse quæ erat virgo, & parere filium, & hunc partum Deum esse nobiscum, & descendere in ea, quæ sunt deorsum terræ, quærentem ouem quæ perierat, quod quidem erat propriū ipsi plasma, & ascendere in altitudinem offerentem & commendātem patri eum hominem, qui fuerat inuentus, primitias resurrectionis hominis in semetipso faciens. Vt quemadmodum caput resurrexit à mortuis, sic & reliquum corpus omnis hominis, qui inuenitur in vita, impleto tempore condēnationis eius, quæ erat propter inobediētiam, resurgat, per compagine & coniunctiones coalescens & confirmatum augmētum dei, vnoquoque membrorum habēte propriam & aptam in corpore positionem: multæ enim mātionēs apud patrem, quoniam & multa mēbra in corpore.

¶ Quare magnanimus fuit Deus in obedientia hominis. Cap. XXII.

πραξις μ

Magnanimus igitur Deus deficiente homine, cāmque per verbum esse victoriam reddendā ei præuidens. Cum enim perficiebatur virtus in infirmitate, benignitatem Dei & magnificentissimā ostendebat virtutē. Sicut enim patienter sustinuit absorberi Ionam à Ceto, non vt absorberetur, & in totum periret, sed vt euomitur magis subigeretur Deo, & plus glorif-

glorificaret Deum, qui insperabilem salutem ei donasset, & firmam pœnitentiam faceret inimicis, vt conuerterentur ad dominum, qui eos liberaret a morte, conterritos ab eo signo quod factum erat circa Ionam, quem admodum scriptura de his dicit, Et reuersi sunt vnusquisque à via sua mala, & iniustitia quæ erat in manibus eorum, dicentes, Quis scit si conuertatur Deus & auertat iram suam à nobis & non peribimus, Sic ab initio fuit patiens Deus hominem absorberi à magno Ceto, qui fuit autor præuaricationis, non vt absorptus in totum periret, sed præstruens & præparans adinventionem salutis, quæ facta est à verbo per signum Ionæ, his qui eandem cum Iona de deo sententiam habuerunt, & cõfessi fuerunt, & dixerunt, Seruus domini ego sum, & dominum deum cæli ego uolo, qui fecit mare & aridam, vt inseparabilem homo à deo percipiens salutem, resurgat à mortuis, & clarificet deum, & eam quæ à Iona propheta est, dicat vocem, Clamaui * dominum meum Al. Deum in tribulatione mea, & exaudiuit me de ventre inferni: & semper permaneat glorificans Deum, & sine intermissione gratias referens pro ea salute, quam consecutus est ab eo, vt non gloriatur in conspectu domini omnis caro, nec vnquam de Deo contrarium sensum accipiat homo, propriam naturaliter arbitrans eam, quæ circa se esset incorruptelam, & non tenens veritatem, inani supercilio iactaretur, quasi naturaliter similis esset Deo. Ingratus enim magis eum hoc ei qui eum fecerat percipiens, & dilectionem quam habebat deus in homine obfuscabat, & excæcabat sensum suum ad non sentiendum, quod sit de Deo dignum, comparans & æqualem se iudicans Deo. Hæc ergo fuit magnanimitas Dei, vt per omnia pertransiens homo, & morum agnitionem percipiens, dehinc veniens ad resurrectionem quæ est à mortuis, & experimento dicens, vnde liberatus est, semper gratus existat domino, munus incorruptelæ cõsecutus ab eo, vt plus diligeret eum. Cui enim plus dimittitur, plus diligit. Cognoscat autem semetipsum quoniam mortalis & infirmus est, intelligat autem &

f iij * do

Aliàs,
Deum

* dominum quoniam in tantum immortalis & potens est, uti & mortali immortalitatem, & temporali æternitatem donet. Intelligat autem & reliquas virtutes Dei omnes in semetipsum ostensas, per quas edoctus sentiat de deo, quãtus est deus, Gloria enim hominis deus, operationes verò dei & omnis sapientiæ eius & virtutis receptaculum, homo. Quẽadmodum medicus in his qui ægrotant probatur, sic & deus in hominibus manifestatur. Quapropter & Paulus ait, Conclufit autem Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur, non de spiritualibus Aeonibus dicens hæc, sed de homine, qui fuit inobediens Deo, & proiectus de immortalitate, dehinc misericordiam consecutus est, per filium Dei, eã quæ est per ipsum percipiens adoptionem. Hic enim tenens sine inflatione & iactantia veram gloriam, de his quæ facta sunt, & de eo qui fecit, qui est potentissimus omnium Deus, quique omnibus ut sint præstitit, & manens in dilectione eius, & subiectione & gratiarum actione, maiorem ab eo gloriam accipiet prouectus, dum confimilis fiat eius, qui pro eo mortuus est: quoniam & ipse in similitudine carnis peccati factus est, uti condemnaret peccatum, & iam quasi condemnatum proiiceret illud extra carnem: prouocaret autem in similitudinem suam hominem, imitatore eum assignans Deo, & in paternam imponens regulam ad videndum Deum, & capere patrem, donans verbum Dei, quod habitauit in homine, & filius hominis factus est, ut assuesceret hominem percipere Deum, & assuesceret Deum habitare in homine, secundum placitum patris. Propter hoc ergo signum salutis nostræ, eum qui ex virgine Emanuel est ipse Dominus, quoniam ipse dominus erat, qui saluabat eos, quia per semetipsos non habebant saluari: & propter hoc Paulus infirmitatem hominis annuntians, ait, Scio enim quoniam non habitat in carne mea bonum, significans quoniam non a nobis, sed a Deo est bonum salutis nostræ. Et iterum, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Deinde infert liberatorem, Gratia Iesu Christi domini

domini nostri. Hoc autem idem & Esaias, Confortamini, inquit, manūs resolutæ & genua debilia, adhortamini pusillanimes sensu, confortamini ne timeatis : ecce deus noster iudicium retribuit, & retributurus est, ipse veniet & saluabit nos. Hoc quoniam non à nobis, sed à Dei adiumento habuimus saluari.

¶ Ostensio quoniam verbum domini caro factum est. Cap. XXIII.

R Vrsus quoniam neque homo tantum erit qui saluabit nos, neq; sine carne, sine carne enim angeli sunt. Prædicauit enim dicens, neque senior, neque angelus, sed ipse dominus saluabit eos, quoniam diligit eos, & parcet eis, ipse liberauit eos. & quoniã hic ipse homo verus visibilis incipiet esse, cum sit verbum salutare, rursus Esaias ait, Ecce Siõ ciuitas, salutare nostrum oculi tui videbunt. & quoniam non solum homo erat, qui moriebatur pro nobis, Esaias ait, Et cõmemoratus est dominus sanctus Israël mortuorum suorum, quia dormierant in terra sepultionis : & descendit ad eos euangelizare salutem, quæ est ab eo, vt saluaret eos. Hoc autẽ idẽ & Amos ppheta, Ipse cõuertetur. & miserebitur nostri, dissoluet iniustitias nostras, & proijciet in altitudinem maris peccata nostra. Et rursus significans locum aduentus eius, ait, Dominus ex Sion locutus est, & ex Hierusalem dedit vocem suam, & quoniam ex ea parte quæ est secundum Africum hæreditatis Iudæ veniet filius dei, qui deus est, exquirat & Bethleem vbi natus est dominus, in omnẽ terrã emit tet laudationes eius, sicut ait Habacuc propheta, Deus ab Africo veniet & sanctus de monte Effrẽ, Cooperuit cælum virtus eius, & laudatione eius plena est terra. Ante faciem eius præbit verbum & progredientur in campis pedes eius. Manifeste significans quoniã deus, & quoniam in Bethleem aduentus eius, & ex mõte Effrem qui est secundum Affricum hæreditatis, & quoniã homo, Progredientur enim, inquit, in cãpis pedes eius, hoc autem signum proprium hominis. Deus igitur ho

mo

mo factus est , & ipse dominus saluabit nos , ipse dans virgini signum.

¶ Ostensio, quia ecce virgo in vtero accipiet, sed non ecce adolescentula sicut quidã interpretantur. Cap. X X I I I.

Adolescētula

N On ergo vera est quorundam interpretatiō , qui ita audent interpretari scripturam. Ecce adolescentula in ventre habebit , & pariet filium, quemadmodum & Theodotion est interpretatus Ephesus, & Aquila Ponticus, vtrique Iudæi profelyti, quos sectati Ebionei, ex Ioseph generatum eum dicunt, tantam dispositionem Dei dissoluentes, quantum ad ipsos est, frustrantes prophetarum testimonium, quod operatus est deus . Prophetatum est quidem priusquã in Babylonem fieret populi transmigratio, id est, antequã Medi & Persæ acciperent principatum. Interpretatum vero in Græco ab ipsis Iudæis multum ante tempora aduentus domini nostri, vt nulla relinquatur suspicio, ne forte morem nobis gerentes Iudæi, hæc ita sint interpretati . Qui quidem si cognouissent nos futuros & vsuros his testimonijs, quæ sunt ex scripturis , nunquã dubitassent ipsi comburere scripturas, quæ & reliquas omnes manifestant participare vitæ , & eos qui gloriantur domum se esse Iacob & populum Israël, exhereditari ostendunt à gratia Dei.

¶ Quemadmodum interpretatæ sunt scripturæ in Græcã linguã & quando. Cap. X X V.

P Rius enim quã Romani possideret regnũ suũ, adhuc Macedonibus Asiã possidentibus, Ptolemæus Lagi filius cupiens eã bibliothecã quæ à se fabricata esset in Alexandria omnium hominum dignis conscriptionibus, petijt à Hierosolymis in Græcum sermonem interpretatas habere scripturas eorum. Illi vero obaudiebant tunc adhuc Meceдонibus, eos quos habebant, perfectiores scripturarum intellectores, & vtriusque loquelæ lxx. seniores miserunt Ptolemæo.

lemæo, facturos hoc quod ipse voluisset. Ille autē experimentum eorum sumere volens, & metuēs, ne forte consentientes eam veritatē quæ esset in scripturis, absconderēt per interpretationē, separans eos abinuicē, iussit omnes eandē interpretati scripturam, & hoc in omnibus libris fecit. Conuenientibus autem ipsis in vnum apud Ptolemæum, & comparantibus suas interpretationes, Deus glorificatus est, & scripturæ vere diuinæ creditæ sunt, omnibus eandē, & isdem verbis, & isdem nominibus recitatibus ab initio vsque ad finem, vti & præsentēs gentes cognoscerent, quoniam per aspirationem Dei & interpretatæ sunt scripturæ, & non esse mirabile, deum hoc in eis operatum, quando in ea captiuitate populi quæ facta est à Nabuchodonosor corruptis scripturis, & post septuaginta annos Iudæis descendentibus in regionem suam, & post deinde temporibus Artaxerxis Persarum regis inspirauit Hefdræ sacerdotibus Leui, prophetarum omnes rememorare sermones, & restituere populo eam legem, quæ data esset per Moysen. Cum tanta igitur veritate & gratia Dei interpretatæ sunt scripturæ, ex quibus præparauit & reformauit deus fidem nostram, quæ in filium eius est, & seruauit nobis simplices scripturas in Aegypto, in qua adoleuit & domus Iacob, effugiens famem, quæ fuit in Chanaan, in qua & dominus noster seruatus est, effugiens eam persecutionem, quæ erat in Herode. Et hæc earum scripturarum interpretatio priusquam dominus noster descenderet facta sit, & antequam Christiani ostenderētur, interpretata sit. Natus est ergo dominus noster, circa primum & quadragesimum annum Augusti imperij, multo autē vetustior fuit Ptolemæus, sub quo interpretatæ sunt scripturæ, Vere impudorati & audaces ostēduntur, qui nūc volunt aliter interpretationes facere, quādo ex ipsis scripturis arguātur à nobis, & in fidē aduentus filij Dei cōcludantur. Firma est autem, & non ficta, & sola vera, quæ secundum nos est, fides, manifestam ostensionem habens ex his scripturis, quæ interpretatæ sunt illo modo, quo prædixim⁹, & ecclesiæ

ecclesiæ annunciatio sine interpolatione. Etenim apostoli cum sint his omnibus vetustiores, consonant prædictæ interpretationi, & interpretatio consonat apostolorum traditioni. Etenim Petrus, & Ioannes, & Matthæus, & Paulus, & reliqui deinceps & horum sectatores prophetica omnia ita annunciauerunt, quemadmodum seniorum interpretatio continet. Vnus enim & idem spiritus Dei, qui in prophetis quidem præconauit quis & qualis esset aduentus domini, in senioribus autem interpretatus est bene, quæ bene prophetata fuerant. Ipse & in apostolis annunciauit plenitudinē temporum adoptionis venisse, & proximasse regnum cælorum, & inhabitare intra homines credentes in eum qui ex virgine natus est Emanuel.

¶ Ostensio quoniam virgo in utero accipiet, & non adolescentula. Cap. XXVI.

Quemadmodum ipsi testificantur, quoniam priusquam cõuenisset Ioseph cum Mariâ, manente igitur ea in virginitate, inuenta est in utero habens de spiritu sancto, & quoniam dixit ei Gabriel angelus, Spiritus sanctus adueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit te, quapropter quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei, & quoniam angelus in somnis dixit ad Ioseph. Hoc autem factum est, ut adimpleretur, quod dictum est ab Esaia propheta, Ecce virgo concipiet. Seniores autem sic interpretati sunt dixisse Esaia. Et adiecit dominus loqui ad Ahas, Pete tibi signum à domino Deo tuo in profundum * inferni, aut in * excelsum supra. Et dixit Ahas, Nō petam, & non tentabo dominum. Et dixit, Non pusillum vobis agonem præbere hominibus, & quemadmodum dominus præstat agonem, propter hoc dominus ipse donabit vobis signum. Ecce virgo in ventre accipiet, & pariet filium, & vocabis nomen eius Emanuel, butyrum & mel manducabit, priusquam cognoscat aut eligat mala, commutauit bonum vel malum, non consentiet nequitia vti eligat bonum. Diligenter igitur significauit spiritus

Ali. deorsum
Ali. altitudinem
nem sursum.

spiritus sanctus, per ea quæ dicta sunt, generationem eius, quæ ex virgine, & substantiam quoniã deus: Emanuel enim nomem hoc significat, & manifestat, quoniã homo, in eo quod dicit, Butyrum & mel māducabit, & in eo quod infantem nominat eum, & priusquam cognoscat bonum & malum, hæc enim omnia sunt hominis infantis. Quod autem non consentiet nequitia, vt eligat bonum, proprium hoc est Dei, vt non per hoc quod māducat butyrum & mel, nude solummodo eum hominem intelligeremus, neque rursus per nomē Emanuel sine carne eum deum suspicaremur.

¶ Quid est quod dictum est ad Dauid, De fructu ventris tui ponam in throno meo. Cap. XXVII.

T in eo quod dicit, Audite domus Dauid, significatis erat, quoniam quem promisit deus Dauid de fructu ventris eius æternum suscitaturum se regem, hic est qui ex virgine quæ fuit de genere Dauid generatus est. Propter hoc enim & de fructu ventris eius regem promisit, quod erat propriū virginis prægnantis, & non de fructu lumborum eius, nec de fructu renium eius, quod est proprium viri generantis, & mulieris ex viro cōceptionem facientis. Circumscripsit igitur genitalia viri in promissione scriptura, imò vero nec commemoratur, quoniam non ex voluntate viri erat, qui nascebatur. Statuit autem & confirmavit fructum ventris, vt generationem eius qui erat futurus ex virgine pronūciaret, quemadmodum Helizabæth impleta spiritu sancto testificata est, dicens ad Mariã, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui, significante spiritu sancto audire volentibus repromissionem, quam repromisit deus, de fructu ventris eius suscitare regem, impletam esse virginis, hoc est in Mariæ partu. Qui igitur transmunt id quod apud Esaiam, Ecce adolescentula in ventre concipiet, & Ioseph filium eum volunt esse, illud transmunt, quod est repromissionis, quod apud Dauid positum est

est, vbi promisit illi deus, de fructu vëtris suscitare conu Christi regis. Sed non intellexerunt, ceterum etiam hoc quoque ausi fuissent demutare. Quod autem dixerit Esaias, in profundum deorsum, vel in altitudinem sursum, significantis fuit, quoniam qui descendebat, ipse erat & qui ascendebat, In eo autem quod dixerit, Ipse dominus dabit signum, id quod erat inopinatum generationis eius significabat, quod nec factum esset aliter, nisi deus dominus omnium deus ipse dedisset signum in domo Dauid. Quid enim magnum, aut quod signum fieret in eo, quod adolescentula concipiens ex viro peperisset, quod euenit omnibus quæ pariunt mulieribus? sed quoniam inopinata salus hominibus inciperet fieri, Deo adiuuante, inopinatus & partus virginis fiebat, Deo dante signum hoc, sed nõ homine operante illud.

¶ Quid est apud Daniele lapid sine manibus excisus. Caput XXVIII.

P Ropter hoc & Daniel præuidens eius aduentum, lapidem sine manibus abscissum aduenisse in hunc mundum, hoc est enim quod sine manibus significabat, quod non operantibus humanis manibus, hoc est, virorum illorum, qui solent lapides cædere, in hunc mundum eius aduentus erat, id est, non operante in eum Ioseph, sed sola Maria, cooperante dispositione. Hic enim lapis à terra & ex virtute & arte constat Dei, propter hoc autè & Esaias ait, Sic dicit dominus. Ecce ego mitto in fundamenta Sion lapidè preciosum electum, summum angularè, honorificum, vti non ex voluntate viri, sed ex voluntate Dei, aduentum eius, qui secundum hominem est, intelligamus.

¶ Quare virga Moyfi serpens factus est. Caput XXIIX.

P Ropter hoc autè & Moyfes ostèdens typum, proiecit virgã in terrã, vt ea incarnata omnè Aegyptiorum præuaricationè, quæ insurgebat aduersus Dei dispositionè argueret & absorberet, & vt ipsi

ipsi Aegyptij testificarétur quoniã digitus est Dei, quã salutẽ operatur populo, & nõ Iosephi filius. Si enim Ioseph filius esset, quẽadmodum plus poterat quã Salomon, aut plus quã Iona habere, aut plus esse Dauid, cum esset ex eadem seminatione generatus & prole exstans ipsorum? vt quid autem & beatũ dicebat Petrum, quod eum cognosceret esse filium Dei viui? Super hoc autẽ nec rex esse posset, si quidem Ioseph filius fuisset, nec heres secundum Hieremiam.

¶ Ostensio quod si Ioseph filius fuisset dominus, non rex esse potuisset. Cap. X X X.

Ioseph enim Ioachim & Iechoniã filius ostẽditur, quẽadmodũ & Matthæus generationẽ eius exponit: Iechonias autẽ & qui ab eo omnes abdicati sunt à regno, Hieremia dicente sic, Vio ego dicit dominus, si factus fuerit Iechonias filius Ioachim rex Iuda, signaculum in manu dextera mea, inde abstrahã eũ, & tradã eũ in manu quãrentiũ animã eius. Et iterũ, Inhonoratus est Iechonias, quẽadmodum vas, quod non est opus, quoniã proiectus est in terrã, quam non sciebat. Terra audi sermonẽ domini, scribe virum hunc abdicatum hominẽ, quoniã non augebit de semine eius sedens super thronum Dauid princeps in Iuda. Et iterum deus ait, super Ioachim patre eius. Propter hoc sic dicit dominus super Ioachim patrẽ eius regem Iudæ, nõ enim erit ex eo sedens super thronũ Dauid, & mortificatũ eius erit proiectum in estu diei, & in glacie noctis, & respiciã super eum, & super filios eius, & inferã super eos, & super inhabitãtem Hierusalẽ, super terrã Iuda omnia mala quẽ locutũ sum super eos. Quẽ ergo eũ dicũt ex Ioseph generatũ, & in eo habere spẽ, abdicatos se faciũt à regno, sub maledictiõẽ & increpatiõẽ decidẽtes, quã erga Iochoniã & in semẽ eiũ est. Propter hoc enim dicta sunt hæc de Iechonia, spiritu præsciente ea quã à malis doctoribus dicuntur, vt discant, quoniam ex semine eius, id est ex Ioseph non erit natus.

scd

sed secundum remissionem Dei, de ventre Dauid suscitatur rex æternus, qui recapitulat omnia in se.

¶ Ostensio quoniam per quæ proiectus est homo de paradiso, per hæc iterum intrat in paradysum. Caput XXXI.

E T antiquam plasfactionem in se recapitulatus est. Quia quemadmodum per inobedientiam vnus hominis introitum peccatum habuit, & per peccatum mors obtinuit: sic & per obedientiam vnus hominis iustitia introducta vitam fructificet his, qui olim mortui erant, hominibus. Et quemadmodum protoplastus ille Adam de rudi terra, & de adhuc virgine, nondum enim puluerat deus & homo non erat operatus terram, habuit substantiam & plasmatus est manu Dei, id est verbo Dei: omnia enim per ipsum facta sunt: & sumpsit dominus limum à terra, & plasmavit hominem: Ita recapitulās in se Adam ipse verbum existens ex Maria, quæ adhuc erat virgo, recte accipiebat generationem Adæ recapitulationis. Si igitur primus Adam habuit patrem hominem, & ex semine viri natus est, merito dicerent & secundum Adam ex Ioseph esse generatum. Si autem ille de terra quidem sumptus est, & verbo dei plasmatus est, oportebat id ipsum verbum recapitulationē Adæ in semetipsum faciēs, eiusdem generationis habere similitudinē. Quare igitur non iterum sumpsit limum deus, sed ex Maria operatus est plasfactionem fieri: vt non alia plasmatio fieret, neque alia esset plasmatio quæ saluaretur, sed eadē ipsa recapitularetur seruata similitudine.

¶ Aduersus eos qui dicunt eum nihil de Maria accepisse. Cap. XXXII.

E Rant igitur qui dicunt eum nihil ex virginæ accepisse, vt abijciant carnis hæreditatē, abijciant autem & similitudinē. Si enim ille quidem de terra & manu & artificio Dei plasfactionem & substantiam habuit, hic autē non manu & artificio Dei,

Dei, iam non seruauit similitudinem hominis, qui factus est secundum imaginem ipsius & similitudinē, & incōstans artificium videbitur, non habens circa quod ostendat sapientiā suā. Hoc autem dicere est, & putatiue apparuisse eum, & tanquā hominem cum nō esset homo, & factum eum hominem, nihil assumentem de homine. Si enim non accepit ab homine substantiā carnis, neque homo factus est, neque filius hominis: & si hoc non factus est, quod nos eramus, nō magnū faciebat quod passus est & suscitauit. Nos autem quoniam corpus sumus de terra acceptum, & anima accipiens à deo spiritum, omnis quicumque confitebitur. Hoc itaq; factum est uerbum Dei, suum plasma in semetipsum recapitulans, & propter hoc filium hominis se confitetur, & beatificauit mites, quoniam ipsi hæreditabunt terrā. Et apostolus autem Paulus, in epistola quæ est ad Galatas, manifeste ait: Misit deus filium suum factum de muliere. Et rursus in ea quæ est ad Romanos, de filio autē, inquit, eius qui factus est ex semine David secundū carnem, qui prædestinatus est filius Dei in uirtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri. Cæterum superuacua est in Mariam descensio eius. Quid enim in eā descendebat, si nihil incipiebat sumere ab ea? Aut si nihil sumpisset ex Maria, nunquam eas, quæ à terra erant percepisset escas, per quas id quod à terra sumptū est nutriretur corpus, nec quadraginta diebus, quemadmodum Moyses & Helias ieiunans, esurisset corpus eius suam quærens escam: sed nec Ioannes discipulus eius de eo scribens dixisset, Iesum autem fatigatus in itinere sedebat: nec Dauid præclamasset in eum, Et super dolorem uulnerum meorum apposuerunt: nec nec lachrymasset super Lazarum: nec sudasset globos sanguinis: nec dixisset, quod tristis est anima mea, nec percusso latere exiisset sanguis & aqua. Hæc enim omnia signa carnis, quæ à terra sumpta est, quam in se recapitulatus est: suum plasma saluans.

¶

¶ Quare:

¶ Quare Lucas à domino inchoans genealogiã in Adam retulit, & quot sint ab Adã vsque ad dominũ generationes. Cap. XX XIII.

P Ropter hoc Lucas genealogiã, quæ est à generatione domini nostri vsque ad Adam lxxij. generationes habere ostendit, finẽ cõiungens initio, & significans quoniam ipse, qui omnes gẽtes exinde ab Adam dispersas, & vniuersas linguas & generationem hominum cum ipso Adam in semetipso recapitulatus est: vnde & à Paulo typus futuri dictus est ipse Adam: quoniam futuram circa filium Dei humani generis dispositionem in semetipsum fabricator omnium verbum præformauerat, prædestinante Deo primũ animalem hominẽ, videlicet, vt à spiritali saluaretur. Cum enim præexisteret saluãs, oportebat & quod saluaretur fieri, vt nõ vacuum sit saluans. Consequenter autem & Maria virgo obediens inuenitur dicens, Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuũ. Eua vero inobediẽs, non obaudiuit enim adhuc cũ esset virgo, quẽ admodum illa virũ quidem habẽs Adam, virgo tamen adhuc existens: erãt enim vtrique nudi in Paradiso, & non cõfundebãtur, quoniã Paulo attestãte, facti nõ intellectũ habebãt filiorũ generationis. Oportebat enim illos primo adolefcere, dehinc sic multiplicari. Sicut Eua inobediens facta & sibi & vniuerso generi humano causa facta est mortis: Sic & Maria habens prædestinatum virũ, tamen virgo obediens, & sibi & vniuerso generi humano causa facta est salutis. Et propter hoc, lex eã quæ desponsata erat viro, licet virgo sit adhuc, vxorẽ eius, qui desponsauerat vocat eã, quæ & Maria in Eua recirculationẽ significans, quia nõ aliter quod conligatum est solueretur, nisi ipse cõpagines aligationi reflectantur retrorsus, vt primæ cõiugationes soluãtur per secũdas, secundæ rursus liberarẽt primas. Et euenit primã quidẽ cõpaginẽ à secũda cõiugatione solucre, secundam vero conligationẽ, primũ solutionis habere locũ: & propter hoc dominus dicebat, primos quidẽ nouissimos

mos futuros, & nouissimos primos. Et propheta autē hoc idē significat dicēs. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Primogenitus enim mortuorū natus dominus, & in finē suū recipiens pristinos patres, regenerauit eos in vitam Dei, Ipse initiū uiuentiū factus, quoniā Adam initiū morientiū fact⁹ est. Propter hoc & Lucas initiū generationis inchoans in Adā retulit, significās quoniam nō illi hūc, sed hic illos in Euangeliū vitę regenerauit. Sic autem & Eux inobediētix nodus solutionē accipit per obedientiam Marię: quod enim alligauit uirgo Eua per incredulitatē, hoc uirgo Maria soluit per fidē. Necessē ergo fuit dominum ad perditam ouem uenientem, & tantę dispositionis recapitulationē facientē, & suum plasma requirentē, illum ipsum hominem saluare, qui factus fuerat secundū imaginem & similitudinē eius, id est, Adam implentem tempora eius condemnationis. quę facta fuerat propter inobediētiam: quę pater posuit in sua potestate, quoniā & omnis dispositio salutis, quę circa hominē fuit secundū placitum fiebat patris, uti nō uinceretur deus, neque infirmaretur ars eius. Si enim qui factus fuerat à Deo homo ut uiueret, hic amittēs uitā, læsus à serpēte qui deprauauerat, iā nō reuerteretur ad uitam, sed in totū proiectus esset mortuus, uictus esset deus & superasset serpentis nequitia uoluntatē Dei. Sed quoniā deus inuictus & magnanimus est, magnanimum quidem se exhibuit ad correctionem hominis & probationem omnium, quē admodum prædiximus, Per secundum autem hominem alligauit fortē. & diripuit eius uasa & euacuauit mortē, uiuificans eum hominem, qui fuerat mortificatus. Primum enim possessionis eius uas Adā factus est, quē & tenebat sub sua potestate, hoc est præuaricationē inique inferēs ei, & per occasionē immortalitatis mortificationē faciens in eum. Etenim promittens futuros eos tãquam deos, quod ei non est omnino possibile, mortem fecit in eis. unde & iuste à Deo recaptiuatus, qui hominem captiuum duxerat: solutus est autem condemnationis uinculis, qui captiuus ductus fuerat homo.

¶ **O**stensio quoniam Adā prior saluatur
à domino. Caput XXXIII.

Hic est autem Adā, si oportet verū dicere, pri-
miformis ille homo, de quo scriptura ait di-
xisse dominū : Faciamus hominē ad imaginē
& similitudinem nostram : nos autem omnes ex ipso,
propterea quoque ipsius hæreditauimus appellationē.
Cum autem saluatur homo, oportet saluari eum, qui
prior formatus est homo, quoniam nimis inrationabile
est, illum qui dem qui vehemēter ab inimico læsus erat
& prior captiuitatem passus est, dicere non eripi ab eo,
qui vicerit inimicum, ereptos vero filios eius, quos in
eadem captiuitate generauit. nec victus quidem adhuc
parebat inimicus, ipsis veterib⁹ spolijs manētibus apud
eum. Quemadmodum si hostes expugnauerint quosdā,
& victos duxerint captiuos, & multo tempore in serui-
tute possederint eos, ita vt generent apud eos, & aliquis
dolens pro his qui serui facti sunt, eosdem hostes expu-
gnet, non tamē iuste faciet, si filios quidem eorum qui
captiui ducti sunt, liberet de potestate eorū, qui in ser-
uitutem deduxerant patres eorum, ipsos vero qui capti-
uitatē sustinuerunt, subiectos relinquat inimicis, pro-
pter quos & vltionem fecit, cōsecutis libertatem filijs,
ex causa paternæ vindicationis, Sed nō relictis ipsis pa-
tribus, qui ipsam captiuitatē sustinuerunt: neq; enim
infirmus est deus, neque iniustus, qui opitulatus est ho-
mini, & in suam libertatem restaurauit eum.

¶ **Q**uare de Paradiso Adam proiecit
Deus. Caput XXXV.

Propter hoc & initio transgressionis Adæ, si-
cut enarrat scriptura, nō ipsum maledixit A-
dam, sed terrā in operibus eius, quēadmodū
ex veteribus quidam ait, Quoniam quidem transtulit
deus maledictum in terram, vt non perseueraret in ho-
mine. Condemnationem autem transgressionis acce-
pit homo tedia & terrenum laborem, & manducare pa-
nem in sudore vultus sui, & conuerti in terram ex qua
assumptus

assumptus est. Similiter autē & mulier tedia & labores, & gemitus, & tristitias partus & seruitiū, id est, vt seruiret viro suo, vt neque maledicto à Deo in totum seruirent, neque sine increpatione perseverantes deum contemnerent. Omnis autē maledictio decurrit in serpente, qui seduxerat eos. & dixit, inquit, deus serpenti: quoniam fecisti hoc, maledictus tu ab omnibus pecoribus & ab omnibus bestijs terræ. Hoc idem autē & dominus in Euangelio, his qui à sinistris inveniuntur ait, Abite maledicti in ignem æternum, quem præparauit pater meus diabolo & angelis eius, significans, quoniam non homini principaliter præparatus est æternus ignis, sed ei qui seduxit & offendere fecit hominem, inquam, qui princeps apostasiæ est principi abscessionis, & his angelis qui apostatæ facti sunt cum eo, quem quidem iuste percipient etiam hij, qui similiter illi sine pœnitentiâ & sine egressu in malitiæ perseverant operibus.

¶ De Cain, qui fratrem suum occidit.

Caput XXXVI.

Q Vemadmodū Cain cum accepisset consilium à domino, vti quiesceret in eo, quod nō recte diuisisset eam quæ erga fratrem erat cōmunicatiōne, sed cum zelo & malitia suspicatus est posse dominari ei, nō solū non acquieuit, sed & adiecit peccatū super peccatū, manifestās sententiam suam per operationē suam. Quod enim cogitauit hoc & operat⁹ est dominatus, & interfecit eū, subijciente Deo iustū iniusto, vt ille quidē per ea quæ passus est iustus ostēdatur, hic vero per ea quæ cōmisit detegeretur iniust⁹: & nō sic quidē mitigatus est, nec quieuit super factum malū, sed interrogatus vbi esset Abel frater eius, nescio ait, Nunquid custos fratris mei sum ego: extēdēs & multiplicās malū per responsionē, Etenim malū est occidere fratrem, multo peius sic audacter & in reuerēter respōdere omnia scienti Deo, quasi possit frustrari eū, Propter hoc & ipse maledictionē portauit, quoniā ad se peccatū attulit, non reueritus deum, neque confusus in fratricidio.

t iij

¶ Quare

¶ Quare folia fici circūcinxit se Adam.
Caput XXXV.

C Irca Adam autē nihil tale factum est, sed omnia in contrarium. Ab altero enim seductus sub occasione immortalitatis, statim timore corripitur & absconditur, nō quasi possit effugere deū, sed confusus quoniam transgressus præceptum eius, indignus est venire in conspectum & colloquiū Dei. Timor autem domini initiū intelligentiæ, intellectus vero transgressionis fecit pœnitentiā. Pœnitentibus autem largitur benignitatē suam deus. Etenim per succinctorium in facto ostendit suā pœnitentiam: folijs ficulis semetipsum contegens, existentibus & alijs folijs multis quæ minus corpus eius vexare potuissent, cōdignum tamen inobedienciæ amictum fecit, conterritus timore Dei, & retundēs petulantē carnis impetū: quoniam indolem & puerilē amiserat sensum, & in cogitationem peiorē venerat, frenū continentiæ sibi, & vxori suæ circumdedit, timens deū, & aduentū eius expectās, & velut tale quid significans: quoniā, inquit, eam quam habuit à spiritu sanctitatis stolam amisi per inobedientiam, & nūc cognosco quoniā sim dignus tali tegumento, quod delectationē quidē nullam præstat, mordet autem & pungit corpus. Et hoc videlicet semper hahuisset indumentū, humiliās semetipsum, nisi dominus qui est misericors, tunicas pelliceas, p folijs ficulneis induisset eos. Propter hoc autē & interrogat eos, vti ad mulierē veniret accusatio, & illā rursus interrogat, vti ad serpētem transmitteret causam. Dixit enim quod fuerat factum, serpens ait, seduxit me & māducaui. Serpētem vero nō interrogauit, sciebat enim eū principem transgressionis factum, sed maledictū primo immisit in eū, vti secūda increpatione veniret in hominē. Eum enim odit deus, qui seduxit hominem, ei vero, qui seductus est, sensim paulatimq; misertus est: quapropter & eiecit eū de Paradiso, & ad ligno vitæ longe transtulit: non inuidens ei lignum vitæ, quēadmodum quidā dicunt, sed

sed miserans eius, ut non perseveraret semper transgressor, neque immortale esset, quod esset circa eum, & malum interminabile & insensibile. Prohibuit autem eius transgressionem interponens mortem, & cessare faciens peccatum, finem inferens ei per carnis resolutionem, quæ fieret in terra, uti cessans aliquando homo vivere peccato, & moriens ei, inciperet vivere Deo.

¶ Quid est quod à propheta dictum est,
Supra aspidem & basiliscum ambulabis. Cap. XXXVIII.

¶ Vapropter inimiciam posuit inter serpentem & mulierem, & semen eius, observantes innocentem, illo quidem cui mordetur planta, & potente calcare caput inimici, altero vero mordente, & occidente, & interpediente ingressus hominis, quoad usque venit semen prædestinatum calcare caput eius, quod fuit partus Mariæ, de quo ait propheta. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Significans quia illud quod erigeretur & dilataretur aduersus hominem peccatum, quod frigidum reddebat eum, euacuaretur cum regnante morte, & conculcicaretur ab eo in nouissimis temporibus insiliens humano generi leo, hoc est, Antichristus, & Draconem illum serpenteum vetustum alligans & subiiciens potestati hominis, qui fuerat victus, ad calcandam omnem eius virtutem. Victus autem erat Adam ablata ab eo omni vita, & propter hoc victo rursus inimico recepit vitam Adam: nouissima autem inimica euacuatur mors, quæ primum possederat hominem. Quapropter liberato homine, fiet quod scriptum est. Absorpta est mors in victoria, ubi est mors victoria tua? ubi est mors aculeus tuus? quod non poterat iuste dici, si non ille liberatus fuit, cui primum dominata est mors. Illius enim salus euacuatio est mortis, domino igitur viuificante hominem, id est, Adam, euacuata est mors.

Et ipse conteret caput tuum

¶ Aduersus
† iiij

¶ Aduersus Tatiani doctrinã. Cap. XXXIX.

Entiuntur ergo omnes qui contradicunt eius
M salutem, semper seipfos excludentes à vita, eo
 quod non credant inuentam ouem que perie
 rat: si autè illa nõ est inuenta, adhuc possidetur in per
 ditione omnis hominis generatio: mendax ergo is, qui
 prior hanc sententiam, in nõ hanc ignorantiam & cæcita
 tem induxit Tatianus. Cõnexio quidè factus omnium
 hæreticorũ, què admodũ ostendimus, hoc autè à semet
 ipso adinuenit, vti nouum aliquid præter reliquos infe
 rens, vacuum loquès, vacuos à fide auditores sibi præ
 pararet, affectã magister haberi, tètã & subinde vti hu
 iusmodi à Paulo afsidue dictis: Quoniã in Adã omnes
 morimur, ignorans autè, quoniã vbi abundauit pecca
 tũ, superabudauit gratia. Osteso ergo hoc manifeste, eru
 bescant omnes qui ab eo sunt, & cõcertante Adam qua
 si magnum aliquid lucrentur, si ille non saluetur, quãto
 magis nihil proficiant, quemadmodum & serpens nihil
 profecit * suadens homini illud, quod eum transgres
 forem ostendit, initium & materiam apostasiæ suæ ha
 bens hominem, deum autè non vicit. Sic & hi qui con
 tradicunt salutem Adã, nihil proficiunt, nisi hoc quod se
 metipfos hæreticos & apostatas faciunt veritatis, & ad
 uocatos se serpentis & mortis ostendunt.

Al. dissuadés

¶ Aduersus eos qui ex quacunque causa schis
 ma faciunt. Caput XL.

Raductis igitur omnibus, qui nefandas infe
 rũ sentetias de factore & plasmatore nostro,
T qui & hunc mũdum fabricatus est, super què
 alius deus non est, & ipsis ostensionibus euerfis his, qui
 de substantia domini nostri, & de dispositione quam fe
 cit propter hominẽ suum falsa docent: Prædicationem
 vero ecclesiæ vndique constantè, & æqualiter perseue
 rantem, testimonium habentè à prophetis, & ab aposto
 lis, & ab omnibus discipulis, quemadmodũ ostendimus
 per initia, & medietates, & finem, & per vniuersam Dei
 dispositionẽ,

dispositionem, & eam quæ secundum salutem hominis est, solidam operationem, quæ est in fide nostra, quæ perceptam ab ecclesia custodimus, & quæ semper à spiritu dei, quasi in vase bono eximium quoddam depositum iuuenescens & iuuenescere faciens ipsum vas: in quo enim ecclesiæ creditum est dei munus, quemadmodum aspiratio plasmationi, ad hoc ut omnia membra percipientia uiuificentur: & in eo disposito est comunicatio Christi, id est, spiritus sanctus arra incorruptelæ, & confirmatio fidei nostræ, & scala ascensionis ad deum. In ecclesia enim, inquit, posuit deus apostolos, prophetas, doctores, & vniuersam reliquam operationem spiritus, cuius non sunt participes omnes, qui non concurrunt ad ecclesiam, sed semetipsos fraudant à vita, per sententiã malam, & operationem pessimam. Vbi enim ecclesia, ibi & spiritus, & ubi spiritus dei, illic ecclesia, & omnis gratia, spiritus autem veritas. Quapropter, qui non participant eum, neque à mammillis matris nutriuntur in vitam, neque percipiunt de corpore Christi procedentem nitidissimum fontem: sed effodiunt sibi lacus detritos de fossis terrenis, & de cæno putridam bibunt aquam, effugiẽtes fidem ecclesiæ, ne traducantur, reiicientes verò spiritum ut nõ erudiantur. Alienati verò à veritate diuine in omni volutatur errore, fluctuati ab eo, aliter atque aliter per tẽpora de eisdem sentientes, & nunquam scientiã stabilem habentes, Sophistæ verborum magis volentes esse, quàm discipuli veritatis. Nõ enim sunt fundati super viuam petram, sed super harenam habentem in semetipsa lapides multos: propter hoc multos deos fingunt, & quærere quidẽ semper in excusatione habent, cæcutiunt enim: inuenire verò nunquam possunt, blasphemant enim fabricatorem, hoc est eum, qui est vere deus, qui & præstat inuenire, putantes se super deum alterum inuenisse deum, vel alterã plenitudinem, vel alteram dispositionem. Quapropter & lumẽ quod est à deo non lucet eis, quoniam in honorauerunt & spreuerunt deum, minimum arbitantes eum: quoniã propter dilectionem suã & immensam benignitatem in agnitionem

venit

venit hominis : agnitionem autem non secundum magnitudinem, nec secundum substantiam, nemo enim meus est eam, nec palpauit: sed secundum illud ut sciremus, quoniam qui fecit & plasmauit, & insufflationem vitæ insufflauit eis, & per conditionem nutrit nos verbo suo confirmans, & sapientia compingens omnia, hic est, qui est solus vere deus: eum verò qui non est, somniantes su per hunc, ut magnum Deum putentur adinuenisse, què nemo possit cognoscere humano generi communicantem, nec terrena administrantem.

¶ Ostensio quoniã prouidentia Dei regitur hic mundus. Cap. XLI.

E Picuri videlicet inuenientes Deum, neque sibi neque aliis aliquid præstantem, id est, nullius prouidentiam habentem. Prouidentiam autè habet Deus omnium, propter hoc & cõsiliu dat: cõsiliu autè dans adest his, qui morum prouidentia habent. Necessè est igitur ea quæ prouidentur & gubernantur, cognoscere suum rectorem: quæ quidè nõ sunt irrationabilia, neque vana, sed habent sensibilitatem perceptam de prouidentia Dei. Et propter hoc Ethnicorum quidam, qui minus illecebris ac voluptatibus serue-runt, & non intantum superstitione idolorum abducti sunt, * pro iustitia eius moti, licet & tenuiter, tamen conuersi sunt, ut dicerent fabricatorem huius vniuersitatis patrem omnium prouidentem, & disponetem secundum nos mundum.

Al. prouidentia dei moti.

¶ Quoniam neq; iustitia sine bonitate constare potest, neq; bonitas sine iustitia. Cap. VLI.

R Vrsus ut increpatiuum auferrèt à patre, & iudiciale, ideo putantes & sine iracundia, & bonum arbitantes se aduenisse deum, alterum quidem iudicare, & alterum quidem saluare dixerunt, nescientes, utrorumque auferentes sensum & iustitiam. Si enim iudicialis non & bonus sit, ad dandum quidem

quidem his quibus debet, & exprobandum his, quibus oportet, neque iustus neque sapiens videbitur iudex. Rursus bonus, si hoc tantum sit bonus, non & probator, in quos emittat bonitatem, extra iustitiam erit & bonitatem, & infirma bonitas eius videbitur, non omnes saluans, si non cum iudicio fiat.

¶ Quoniam sapiens idem & iudex. Cap. XLIII.

M Arcion igitur ipse diuidens deum in duo, alterum quidem bonum, & alterum iudiciale dicens, ex utrisque interimit deum. Hic enim qui iudicialis, si non & bonus sit, non est deus, quia deus non est cui bonitas deficit: & ille rursus qui bonus, si non & iudicialis, idem quod hic patietur, ut auferatur ei, ne sit deus. Quemadmodum autem & sapientem dicunt patrem omnium, si non iudiciale ei assignent? Si enim sapiens est, probator est, probatori autem subest iudiciale, iudiciale autem assequitur iustitiam, ut iuste probeat iustitiam, prouocat iudicium: iudicium autem cum sit, cum iustitia transmittet ad sapientiam. Sapietia igitur preccellet pater super omnem humanam & angelicam sapientiam, quoniam dominus & iudex iustus, & dominator super omnes, Est enim & bonus & misericors & patiens, & saluat quos oportet: neque bonum ei deficit in se effectum, neque sapientia deminoratur: saluat enim quos debet saluare, & iudicat dignos iudicio: neque iustum immite ostenditur preccunte licet & preccedente bonitate.

¶ Ostensio quod verbum domini & iustum & bonum sit. Cap. XLIII.

Q VI igitur solem suum oriri facit omnibus benigne deus, & pluit super iustos & iniustos, iudicabit eos, qui ex æquo* benignitatem eius percipientes non similiter secundum dignationem munerationis eius conuersati sunt, sed in delitiis & luxuriis versati sunt aduersus benevolentiam eius, adhuc & blasphemantes eum, qui tanta beneficia in eos fecerit.

¶ Quemad-

Al. bonitatem.

¶ **Q**uemadmodum religiosior Plato quàm hæretici, ostendatur. Cap. XLV.

Quibus religiosior Plato ostenditur, qui eundem deum & iustum & bonum cõfessus est, habentem potestatem omnium ipsum facientem iudicium, sic dicens. Et deus quidem quemadmodum & vetus sermo est initium & finem & medietates omnium quæ sunt habens, recte perfecit, secundum naturam circumiens, hunc autem cõsequitur iustitia vltrix in eos, qui deficiunt à lege diuina.

¶ **Q**uemadmodum secundum suam regulam qui à Valentino sunt, extra veritatem ostendantur.

Cap. XLVI.

T iterum factorum & fabricatorum huius vniuersitatis bonum ostendit. * Bonum autem, inquit, nulla

Aliàs, bono
Hirs. non ha-
bet de quo-
quam.

E & causam fabricationis mundi cõstituens bonitatem dei, sed non ignorantiam, nec A Eonem qui errauit, nec de his fructum, nec matrem plorantem & lamentantem, nec alterum deum vel patrem. Iuste autem eos mater planget, & talium excogitatores & ad inuētores: digna enim commentiti sunt in capita sua, quoniam mater ipsorum extra plenitudinem est, id est extra dei agnitionem, & collectio eorum abortio facta est informis, & sine specie: nihil enim de veritate apprehendit, in vacuum & in vmbra decidit. Vacua enim doctrina ipsorum & in tenebrata, & horum eam non permittit introire in pleroma, nõ enim recipit eos spiritus in refrigerium. Pater enim ipsorum ignorantiam regenerans, mortis passionem in eis operatus est. Hæc non nos diffamamus, sed ipsi confirmant, ipsi docent, gloriantur in ipsis, altum sentiunt de matre, quæ sine patre dicunt genitam, hoc est sine deo fœminam à fœmina, quod est ex errantia corruptelam. Nos autem precamur nõ perseuerare eos in fouea, quæ ipsi foderunt, sed segregari ab huiusmodi matre, & exi-

te à Bytho, & abstinere à vacuo, & vmbra derelinque-
re, & legitime eos generari, conuersos ad ecclesiam dei,
& formari Christum in eis, & coguoscere eos fabricato-
rem & factorem huius vniuersitatis, solum verum deũ,
& dominum omniũ. Hæc præcamur de illis, vt illos eos
diligentes, quàm ipsi semetipsos putant diligere. Quæ
enim est à nobis dilectio, cū sit vera, salutaris est eis, si-
quidem eam recipiant. Est enim austero medicamini si-
milis, absumēs improbiore ac superfluam vulneris car-
nem. Elationem enim illorum & inflationem euacuat.
Quapropter tentantes, omni virtute manum porrigere
eis non tedeat nos. Prærogauimus autem super hæc
quæ dicta sunt in sequenti libro domini sermones, in-
ferre, si quos ex his per ipsam Christi doctrinam con-
uincentes, suadere possimus cessare ab eiusmodi erro-
re, & abstinere ab ea blasphemia, quæ est in fabricato-
rem ipsorum, qui & solus est deus, & pater domini no-
stri Iesu Christi. Libri tertij Finis.

INCIPIT LIBER QVARTVS;
& primo index capitum.

AE sunt exprobrationes & euerfiones falsæ a-	
H gnitionis.	
Ostenfio quoniam dominus vnum deum so-	
lum, & patrem cognoscebat.	1
Quæstio de eo quid sit, confiteor tibi pater domine cæ-	
li & terræ.	2
Ostenfio quod per Moysen legisdatio sermones sint	
Christi.	3
Expositio parabole diuitis & pauperis Lazari.	4
Ostenfio quoniam cælum & terra trāsient, dominus au-	
tem, qui condidit, & manet in æternum, ipse est pater	
domini nostri.	5
Quæ causa est quod cælum & terra tranfiet.	6
Quare relicta est Hierosolyma.	7
Ostenfio quod temporalis lex data est.	8
Quoniam	

Quoniam Christus est qui superinducit diem velut clibanum ardentem.	9
Ostensio eundem Deum & presentia & æterna fecisse.	10
Quemadmodum dominus eum qui de rubo locutus est ad Moysen, confitetur esse deum viventium.	11
Quoniam Abraham vidit Christum.	12
Quoniam vna & eadem Abrahamæ fides, & nostra.	13
Quid est quod nemo cognoscit patrem nisi filius, & per quot occasiones reuelat filius patrem.	14
Quemadmodum Abraham à verbo doctus est.	15
Quemadmodum promissionem quam promissit Deus Abrahamæ Christus perfecit.	16
Quare Iudæi abscefferunt à Deo.	17
Ostensio quoniam Abraham hæreditatem possidebit regnum cælorum.	18
Quoniam dominus sabbatis curans secundum legem faciebat.	19
Quoniam non contra legem faciebant discipuli domini sabbatis spicas legentes.	20
Ostensio vnus & eiusdem substantiæ esse, quæ secundum legem sunt, & ea quæ secundum Euangelium, & quemadmodum Nouum testamentum prædictum est à prophetis.	21
Quid est plusquam templum, & plusquam Salomō.	22
Quemadmodum Moyses aduentum Christi significauit, & tempus passionis, & locum in quo passus est.	23
Quoniam & prophetæ & iusti ante aduentum domini, cognouerunt aduentum eius.	24
Quemadmodum seniorum traditio contraria erat legi, quæ data est per Moysen.	25
De Pharisaica lege, quæ sunt particularia præcepta, & quæ Catholica.	26
Quemadmodum dominus, quæ de lege comprehendebantur, superextendit discipulis, non dissoluit, & secundum quid plus abundat iustitia nostra, quam scribarum & pharisæorum.	27
Quare fecit hominem Deus, & patres elegit, & nos vocauit, & quid præstat ea quæ est ad dominum seruitus, & quare	

- & quare talis lex populo data est. 28
- Quemadmodum in populo priore, & in ecclesia quædã præcepta propter duritiam & indictio audientiam hominum data sunt. 29
- Quare circumcisio data est populo, & obseruatio sabbatorum, & quam habent recapitulationem. 30
- In quo differt Decalogus à reliquis præceptis. 31
- Ostensio quoniã non propter se, nec indigēs deus de seruitio eorū, Leuiticã præcepit legem: quid enim requirit ab homine deus nullius indigens? 32
- Quemadmodum nomē domini nostri Iesu Christi proprium patris ostenditur. 33
- De sacrificiis, & oblationibus, & qui sunt, qui in veritate offerunt. 34
- Quorum typum accipiebat populus, quæadmodum per actus prophetæ prophetabant futura. 35
- Quemadmodum inuestigabilis & incomprehensibilis ostenditur is, qui hanc quæ secundum nos est condidit creaturam. 36
- Secundum quid notus deus, & quod ipse pater conditor omnium per suas manus formauit hominem. 37
- Quemadmodum in Abraham præfigurabatur fides nostra, & quæ est expositio eorum, quæ facta sunt à patribus. 38
- Quare lauit pede discipulorum dominus, & quare discumbentibus, & quod ipse similiter ante omnes deus ostenditur. 39
- De eo quod ait, non vos laborastis, alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis. 40
- Quare Paulus dicit se plus quàm omnes laborasse. 41
- Quæadmodum in circumcisione, & præputio, & fide vnus pater ostenditur. 42
- Quid est thesaurus absconditus in agro, & quod sola ecclesia recte legat scripturas. 43
- De presbyteris iniustis. 44
- Quibus doctoribus vtendum est de his peccatis, quæ ab antiquis gesta sunt. 45
- De transgressione populæ. 46
- Ostensio

Ostenſio quod vnum & idipſum ſit verbum dei diſpoſitor veterum & nouorum.	47
Secundum quid indurauit deus cor Pharaonis & miniſtrorum eius.	48
Quare ſecũdum iuſſum dei vaſa ab Aegyptiis ſumpſit populus in exodo & ex ipſis tabernaculum in crema fabricauit.	49
Quemadmodum vna & eadem populi profectio ex Aegypto, & eccleſiæ ex gentibus oſtenditur.	50
Oſtenſio generationis Loth ex filiabus ſuis.	51
Oſtenſio vnum & eundem eſſe patrem & non illorũ.	52
Quis eſt ſpiritualis diſcipulus, qui iudicat quidem omnes, ipſe autem à nemine iudicatur, & qui ſunt qui iudicantur.	53
Quemadmodum iudicabuntur gentes.	54
Quemadmodum iudicabuntur Iudæi.	55
Oſtenſio quoniam duos aduentus Chriſti prophetæ annuntiauerunt.	56
Quemadmodũ iudicabuntur, qui à Marcione ſunt.	57
Quemadmodum iudicabuntur qui ſunt à Valentino, & reliqui gnoſtici.	58
Quemadmodum iudicabuntur Ebionitæ.	59
Quemadmodum iudicabuntur, qui putatiue dicũt deũ manuſtatũ.	60
Quemadmodum iudicabuntur pseudoprophetæ.	61
Quemadmodum iudicabuntur qui ſchiſmata operantur & omnes qui ſe ſegregant ab eccleſia.	62
Quemadmodum omnia conſiſtunt ei, qui eſt eccleſiaſticus.	63
Oſtenſio quod eccleſia non tãtum perfectam habeat dilectionem, ſed quoniam & ſpiritus dei ſuper eã requieſcit, quod ab vno & eodem deo prophetia.	64
Quomodo prophetæ omnia prædixerunt, quæcunque Chriſtus operatus.	65
Quomodo prophetæ membra Chriſti ſunt, & quemadmodum vnusquisque eorum, ſecundum quod erat membrum, ſecundum hoc & prophetauit, & quoniam omnia quæ prophetæ prædixerũt, Chriſtũ adimpleuit.	66

Aduerſus

Aduersus eos qui dicunt, quid noui veniens attulit Christus?	67
Aduersus eos qui dicunt quædam à summitate dixisse prophetas, quædam verò à mundi fabricatore.	68
Quemadmodum de his ipsis dictis discrepant à semet- ipsis, qui sunt à Valentino.	69
Ostensio de domini sermonibus consistentis se à Deo pa- tre missum, à quo & prophetæ venerunt, & patres ele- cti sunt.	70
Ostensio quod homo liber sit, & suæ potestatis, ad hoc, vt ab se eligere possit meliora & contraria.	71
Ostensio quod non natura quidam boui sunt, quidã ve- rò mali, & quod in hominis electione sit bonum.	72
Quæ causa fuerit, quod non ab initio perfectus factus est homo.	73
Et secundum quid omnia quæ facta sunt indigent per- fecto, & vnde est indigentia.	74
Quid est quod à Paulo dictum est, lac vobis potum de- di, non escam.	75
Quæ est agnitio boni & mali, & quemadmodum homo cum indicto audiens fuisset, inualuit deus per dicti au- dientiam meliorem fieri hominem.	76
Quid est quod ad Prophetam dictum est, ego deus ze- lans & faciens pacem & condens malum.	77
Ostensio quoniam non alius est, qui requiem dat pater, alius autem qui ignem præparauit Deus.	78
Quare angeli, diaboli & filij nequitie dicti sunt.	79
Qui illi & ob quam causam progenies viperarum, quod non obediunt Euangelio.	80

FINIS INDICIS.

v

A R G V-

ARGVMENTVM IN QVARTO
 TVM IRENAEI LIBRV M PER
Erasmus Roterod.

H I C Irenæus velut eluctatus è locis confrago-
 sis & impeditis ingreditur campum liberiorē,
 explanans multa scripturarum loca, quæ de-
 prauarant hæretici. In hoc libro quemadmodum & in
 quinto, frequenter asserit liberum arbitrum, cui tri-
 buit, quod & angeli ceciderunt, & homo in mortē pro-
 lapsus est, & quotidie prolabantur impij. Idque facit nō
 vno in loco. Vnum locum ascribam ex cap. 71. Et pro-
 pter hoc, inquit, Deus consilium quidem bonum dat o-
 mnibus posuit autem in homine potestatem electionis,
 quemadmodum & in angelis &c. Et alibi dicit in hoc ho-
 minem esse conditum ad similitudinem Dei, quod per-
 missa sit illi libera voluntas. De Eucharistia frequenter
 meminit, sed ea religione qua ferè veteres solent de hoc
 mysterio verba facere, veluti cap. libri huius 32. vocat
 Eucharistiam noui testamenti nouā oblationem, quā ec-
 clesia ab apostolis traditā in vniuerso mūdo offert Deo.
 De trāssubstātiatione nihil aperte dicit, nisi quod Chri-
 stus, vt refert, panem ex frumento cōfectum dixerit cor-
 pus suum, vinum sanguinem suum cōfessus sit. Rursus
 cap. 34. sic loquitur. Quomodo autem dicunt carnem in
 corruptionem deuenire & nō percipere vitā, quæ à cor-
 pore domini & sanguine alitur. Ac mox, quemadmodū
 qui est à terra panis, percipiēs vocationem Dei, iam nō
 cōmunis panis est, sed Eucharistia ex duabus rebus cō-
 stans, terrena & cælesti. Et offerendi verbo frequenter
 vtitur. Tanta erat sanctissimis de rebus diuinis loquen-
 di reuerentia, priusquā ecclesia super huiusmodi my-
 steriis pronuntiaret explanatius, Opinor & ob eā cau-
 sam priscos doctores de multis parcius ac tectius fuisse
 loquutos, ne si sanctum proiecissent canibus, Ethni-
 cis ac Iudæis præberent ansam blasphemix, Sed melius
 ex ipso disces Irenæo.

P R O

PROLOGVS IN QVARTVM LIBRVM. *Hæ sunt exprobrationes & euer-
siones falsæ agnitionis.*

V N C * librum dilectissime trāsmissēs tibi, **Al. quartum**
H operis quod est de detectione & euerfione fal **librum.**
ſę cognitionis, quē admodū promiſim⁹, per do

mini sermones, ea quæ prædiximus cōfirmauimus, uti
& tu ſicut poſtulasti, vndiq; à nobis accipias occaſiones
ad cōſutandos omnes hæreticos, & eos omnino reſuſo-
nō lōgius ſinas in erroris procedere pfundū, neq; igno-
ratiæ præſocari pelago, ſed cōuertēs eos in veritatis por-
tum facias ſuā percipere ſalutē. Eum autē qui velit eos
cōuertere, oportet diligēter ſcire regulas ſiue argumēta
iſſorum: nec enim poſſibile eſt alicui curare quōſdā ma-
le habentes, qui ignorat paſſionē eorū qui male valent.
Quapropter hij qui ante nos fuerūt, & quidē multo no-
bis meliores, nō tamen ſatis potuerunt cōtradocere his
qui ſunt à Valētino, quia ignorabant regulā iſſorū, quā
nos cum omni diligētia in primo libro tibi tradidimus,
in quo & oſtendimus doctrinā eorum recapitulationem
eſſe omnium hæreticorum. Quapropter in ſecundo tan-
quā ſpeculum habuimus eos totius euerſionis. qui enim
his cōtradicut ſecūdum quod oportet, cōtradicut om-
nibus qui ſunt malæ ſentētiæ: & qui hos euertunt, euer-
tunt omnem hæreſim. ſuper omnes eſt enim blaſphemā
regula iſſorum, quandoquidem factorem & fabricato-
rem, qui eſt vnus Deus, ſecundum quod oſtendimus, de
labe ſiue defectione eum emiſſum dicunt. Blaſphemant
autē & in dominum, abſcindētes & diuidentes Ieſum à
Chriſto, & Chriſtum à ſaluatore, & ſaluatorem ruruſum
à verbo, & verbum ab vnigenito. Et quemadmodum fa-
bricatorem ex labe ſiue defectione emiſſum dicunt, ſic
& Chriſtum & ſpiritum ſanctum propter labē emiſſum
docuerunt. & ſaluatorē ab his Aeonibus, qui à labe e-
miſſi ſunt fructificationem eſſe, ut nil ſit apud eos ſine
blaſphemia. In eo igitur qui ante hunc eſt liber, oſtenſa

v ij cll

est de his omnibus sententia apostolorum. Quonia non solum nihil tale senserunt qui ab initio speculatores, & ministri fuerunt verbi veritatis, sed & prædicauerunt nobis fugere huiusmodi sententias, spiritu prouidetes eos, qui seducturi erant simpliciores. Quæadmodum enim serpens Euã seduxit, promittens ei, quod nõ habebat ipse: sic & hij prætententes maiorem agnitionẽ, & mysteria inenarrabilia, & promittentes eã, quã dicunt intra pleroma esse receptionem, in mortem demergunt sibi credentes, apostatas eos constituentes ab eo, qui eos fecit. Et tunc quidem apostata angelus per serpentem inobedientiam hominum operatus, existimauit latere se dominum, quapropter eandem ei formam & appellationẽ tribuit Deus. Nunc autem quoniam nouissima sunt tempora, extenditur malum in homines, non solum apostatas eos faciens, sed & blasphemos in plasmatores instituit multis machinationib⁹, id est, per omnes hæreticos qui prædicti sunt. Hij enim omnes, quamuis ex differentibus locis egrediantur, & differentia doceant, in idem tamen blasphemiam concurrunt propositum, letaliter vulnerantes, docendo in dominum fabricatorem blasphemiam & nutritorem nostrum, & derogando salutem hominis. Homo est autẽ temperatio animæ & carnis, qui secundum similitudinem dei formatus est, & per manus eius plasmatus est, hoc est, per filium & spiritum, quibus & dixit. Faciamus hominem. Hoc ergo propositum est eius, qui vitæ nostræ inuidet, incredulos suæ salutis efficere homines, & blasphemos in plasmatores Deum. Quæcunque enim cum grauitate summa dixerint omnes hæretici, in vltimum ad hoc deueniunt, vt blasphement fabricatorem, & contradicant saluti plasmatis Dei, quod quidem est caro: propter quã omnem dispositionem fecisse filium Dei multis modis ostendimus, & manifestauimus, neminẽ alium Deum appellari à scripturis, nisi patrem omnium, & filium, & eos qui adoptionem habent.

Prologus libri quarti, Finis.

Ostenso

OSTENSIO QVO- NIAM DOMINVS VNVM

*solum Deum & Patrem
cognoscebat.*

CAPVT PRIMVM.



VM sit igitur hoc firmum & constans
neminem alterum Deum & dominum
à spiritu prædicatum, nisi eum qui do-
minatur omniù Deus cum verbo suo,
& eos, qui adoptionis spiritum accipiunt,
hoc est, eos qui credunt in vnum & ve-
rum Deum, & Christum Iesum filium
Dei, similiter & apostolos neminem alium à semetipsis
Deum appellasse, aut dominum *cognouisse, multo au-
tem magis dominum, qui & nobis præcepit neminem
patrem confiteri, nisi eum qui est in cælis, qui est vnus
Deus, & vnus pater: manifeste falsa ostenduntur ea, quæ
dicunt circumuentores, & peruersissimi Sophistæ, dicē-
tes naturaliter & Deum & patrem esse, quem ipsi adin-
uenerunt, Demiurgum verò naturaliter, neque Deum,
neque patrem esse, sed verbotenus dici, eo quod domi-
netur conditioni, sicut dicunt peruersi grammatici, ex-
cogitantes in Deum, & doctrinam quidem Christi præ-
termittentes, à semetipsis autem falsa diuinantes aduer-
sus vniuersam Dei dispositionem argumētatur. Etenim
A Eonas suos & deos, & patres, & dominos, adhuc etiam
& cælos vocari dicunt cum matre sua, quæ & terram &
Hierusalem appellat, multis aliis vocabulis eam cogno-
minantes. Cui autem nō sit manifestum, quoniam si do-
minus multos patres scisset & deos, non præcepisset di-
scipulis suis vnum scire Deum, & hunc eundem solum
vocari patrem: sed potius distinxisset qui sunt verboten-
us dij ab eo qui sit verus, vt non errent secundum do-
v iij strinam

Al. cogno-
minasse

Strinam eius, neque alterum pro altero audiant. Si autem nobis quid præcepit vnum vocare patrem & deum, ipse autem interdum alteros confitetur patres, & deos eodem modo, alia quidem præcipiens videbitur discipulis, alia verò ipse, faciens. Non est hoc autem hoc magistri boni, sed seductoris & inuidi. Et apostoli autem secundum eum transgressores ostenduntur præcepti, Demiurgum Deum & dominum, & patrem confitentes, quemadmodum ostendimus, si non hic solus est Deus & pater. Iesus ergo transgressionis autor, & magister erit eis, quæ præcepit vnum vocari patrem, imponens eis necessitatem Demiurgum confiteri suum patrem, quæ admodum ostensum est.

¶ **Quæstio de eo quid sit, Cōfiteor tibi pater domine cæli & terræ.** Cap. I I.

M Oyses igitur recapitulatione vniuersæ legis, quam acceperat à Demiurgo, in Deuteronomio faciens, sic ait, Attende cælum & loquar, & audiat terra verba ex ore meo, Rursum David adiutorium suum dicens à domino fieri: Adiutoriū, inquit, meum à domino, qui fecit cælum & terrā. & Esaias confitetur à domino qui fecit cælum & terram, & dominatur eorum, fieri sermones. Audi, inquit cælum, & auribus percipe terra, quoniam dominus loquutus est. Et iterum sic ait, Dominus Deus qui fecit cælum, & affixit illud, qui confirmauit terram, & quæ in ea, & qui dat astatum populo, qui est super eam, & spiritum his qui calcant illam. Rursum dominus noster Iesus Christus eundem hunc patrem suum confitetur in eo, quod dicit, Cōfiteor tibi pater domine cæli & terræ. Quem patrem volunt nos audire hi, qui sunt Pandoræ peruersissimi Sophistæ? vtrum ne Bythum, quem à semetipsis finxerunt, an matrem eorum? an vnigenitum? An quæ Marcionitæ, vel cæteri adiunxerunt Deum? quem quidem non esse deum per multa demonstrauimus. An quod est verum fabricatorem cæli & terræ, quem & prophetæ prædicauerunt, quem & Christus suum patrem confitetur, quæ

& Iex annuntiat dicens, Audiui Israël, dominus deus tuus vnus est.

¶ Ostensio quod per Moyſen legisatio ſermones ſint Chriſti. Cap. III.

¶ Quoniam autem Moyſi literæ, verba ſint Chriſti, ipſe ait ad Iudæos, quemadmodum Ioannes in Euangelio commemoratus eſt, Si credidiſſetis Moyſi, credidiſſetis & mihi, de me enim ille ſcripſit. Si autem illius literis non creditis, neque meis ſermonibus creditis. Maniſteſtiſſime ſignificās Moyſi literas, ſuos eſſe ſermones. Ergo ſi Moyſi, & reliquorum ſine dubio prophetarum ſermones ipſius ſunt, quemadmodum demonſtrauimus. Et itetum ipſe dominus oſtendit Abraham dixiſſe diuiti, de his omnibus qui adhuc erant in vita, Si Moyſi & prophetis non obediunt, nec ſi quis à mortuis reſurgens ad illos eat, credent ei.

¶ Expoſitio parabolæ diuitis, & pauperis Lazari. Caput IIII.

¶ Non autem fabulam retulit nobis pauperis & diuitis, ſed primum quidem docuit neminem oportere delitiis vti, neque in ſecularibus oblectamentis, & multis epulis degere, ſeruire ſuis voluptatibus, & obliuiſci deum. Erat enim, inquit, diues, qui veſtiebatur purpura & byſſo, & epulabatur epulis ſplendidiſſimis. De talibus autem & per Eſaiam dixit ſpiritus, Cū ci-
 Al. delectabatur.
 tharis & tympanis, & pſalteriis, & tibiis vinū bibunt, opera autem dei nō intuentur, & opera manuum eius nō cōſiderāt. Ne ergo in eadem pœna cum his veniamus, finem eorum oſtendit dominus, ſimul ſignificans quod obediētes Moyſi & prophetis crederent in eum, quem ipſi prædicāſſent dei filium, qui reſurrexit à mortuis, & vitam nobis donat, & demonſtrat ex vna ſubſtantia eſſe omnia, id eſt, Abraham & Moyſen, & prophetas, etiam ipſum dominum qui reſurrexit à mortuis, in quem credunt multi, qui ſunt à circuncione, qui & Moyſen & prophetas audiunt prædicātes aduentum
 y iij filij Dei

filijs Dei. Qui autem dispernunt, & ab altera substantiâ eos esse dicunt, neque primogenitum mortuorum sciunt, separatim Christum intelligentes, tanquam impassibilem perseuerantem, & separatim eum qui passus est Iesum. Non enim à patre accipiunt cognoscere filiû, nec à filio discunt patrem, manifeste & sine parabolis eum Deum, qui est vere, docentem.

¶ **O**stensio, quoniã cælum quidẽ & terra trãfiet, dominus autẽ qui fecit ea manet in æternũ, & ipse est pater domini nostri. Cap. V.

N E, inquit, iuraueritis in totum, neque in cælã quoniam thronus est dei, neque in terram, quoniam scabellum pedum eius, neque per Hierusalem, quoniam ciuitas est magni regis. Hæc enim in fabricatorem manifeste dicta sunt, quemadmodum & Esaias ait, Cælum mihi sedes est, terra subpedaneum pedum meorum, & præter hunc alius non est deus, Cæterum à domino neque deus, neque magnus rex diceretur, huiusmodi enim nec comparisonem, nec ullam recipit superlationem. Qui enim super se habet aliquem superiorem, & sub alterius potestate est, hic neque deus, neque magnus rex dici potest. Sed nec per ironiã quidem hæc dicta esse poterunt dicere, cum cõuincantur ab ipsis dictis, quoniã in veritate dicta sunt. Etenim veritas erat ipse qui loquebatur, & vere vindicabat suã domum, proiciens ex ea numularios, qui & emebant & vendebant, dicens eis, scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncã latronum. Et quã ob causam habuit hoc facere & dicere, & domum suam vindicare, si alterum deum annuntiabat? Sed vt ostenderet transgressores paternæ legis. Neque enim domum incusabat, neque legem reprehendebat, quam venerat adimplere, sed eos qui non bene utebantur bono, & eos qui legẽ trãsgrediebãtur arguebat. Et ideo scribẽ & pharisæi qui cõperunt à temporibus legis contemnere Deum, nec verbum eius receperunt, id est, non crediderunt Christo, de quibus Esaias ait, Principes

Aliãs, domo

Principes tui indistincto audientes, sunt socij furum, diligentes munera, sectantes retributionem, pupillis non iudicantes, & iudicium viduarum non attendentes. Et Hieremias similiter, Qui præsunt, inquit, populo meo, me nesciebant, filij enim insensati & imprudetes sunt, sapietes sunt in malefaciendo, bene autem facere non cognouerunt. Quotquot autem timebant & solliciti erant circa legem eius, ipsi accurrerunt Christo, & saluati sunt omnes. Ite enim, inquit discipulis, ad oues quæ perierunt domus Israël. Et Samaritæ autem, inquit, cum mansisset dominus apud eos biduo, multo plures crediderunt propter sermones eius, & mulieri dicebant, Iam non propter tuam loquelam credimus, ipsi audiuimus & scimus, quoniam hic est vere saluator mundi. Et Paulus autem ait, & sic omnis Israël saluabitur: sed & legem pædagogum nostrum in Iesum Christum dixit. Non ergo quorundam infidelitatem legi ascribant, non enim prohibebat eos credere in filiū Dei sed adhortabatur dicens, non aliter saluari homines ab antiqua serpentis plaga, nisi credant in eum, qui secundum similitudinem carnis peccati, in ligno martyrij exaltatur à terra, & omnia trahit ad se, & viuificat mortuos.

¶ Quæ est causa, quod cælum & terra transigent. Caput VI.

Quoniam malignantes dicunt, Si enim cælum thronus Dei est, terra sub pedaneum eius, dictum est autem præterire cælum & terram, hisque prætereuntibus oportet etiam hunc deum, qui super sedeat præterire, & ideo non hunc esse deum, qui sit super omnia, Primo quidem nesciunt quid sit cælum thronus, & terra subpedaneum. Nec enim sciunt quid sit deus, sed putant eum more hominis sedere & contineri, non autem continere, sed & præteritionem cæli & terræ ignorant. Paulus autem non ignorauit dicens: Præterit enim figura huius mundi. Deinde quæstionem ipsorum soluit Dauid. Figura enim huius mundi prætereunte, nõ solum deum ait perseuerare, sed & seruos eius,

Ali. sanctis eius, in centesimo primo psalmo dicens ita, Initio terram tu fundasti domine, & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem perseuerabis, & omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut cooperimentum mutabis eos, & mutabuntur. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Filij seruatorum tuorum inhabitabunt, & semen eorum in æternum dirigitur. Manifeste ostendens quæ sint quæ præterierunt, & quis est, qui semper perseuerat deus cum * seruis suis. Et Esaias autem similiter, Alceuate, inquit, oculos vestros in cælum, & attendite in terram deorsum, quoniam cælum sicut fumus confirmatum est, terra autem sicut vestimentum veterascent. qui autem inhabitant in eis, quemadmodum hæc morientur, salutare autem meum in æternum erit. Iustitia autem mea non deficient.

¶ Quare relicta est Hierosolyma. Cap. VII.

Ali. creatura Dhuc & de Hierusalem, & de domino audent dicere, quoniam si esset magni regis ciuitas, non derelinqueretur. Simile autem est dicere, si quis diceret, quoniam si esset stipula * conditio Dei, nunquam à frumento derelinqueretur: & sarmenta vineæ, si à Deo facta sunt, nunquam à botris destituta absunderentur. Quemadmodum autem hæc non propter se principaliter facta sunt, sed propter crescentem in eis fructum, quo maturo facto & ablato derelinquuntur, & è medio auferuntur, quæ iam non sunt vtilia ad fructificationem: Sic & Hierosolyma, quæ iugum in se seruitutis portauerat, in quo domitus est homo, qui antea non subiciebatur Deo, cum mors regnabat, & domitus habilis factus est ad libertatem, adueniente fructu libertatis, & aucto & demesso, & in horreum apportatis ab ea hijs qui fructificare possunt, & in omni mundo disseminatis, quemadmodum Esaias ait, Filij Iacob germinabunt, & florebit Israël, & fructu ventris eius adimplebitur vniuersa terra. In vniuersa enim terra fructu disseminato merito derelicta est, & de medio ablata est, quæ aliquando quidem fructificauerat bene:

ex

¶ *Ex ipsa enim secundum carnem Christus fructificatus est, & apostoli, nunc autem iam utilis non est ad fructificationem: quæcunque enim temporale initium habet, necesse est ea & finem habere temporalem.*

¶ *Ostensio, quod temporalis lex data sit.* Caput VIII.

¶ *Veniam igitur à Moyse lex inchoauit, consequenter in Ioanne desinit, ad impletionem eius aduenerat Christus, & propter hoc lex & prophetæ apud eos vsque ad Ioannem, & Hierusalem itaque inchoans à Dauid, & adimplens tempora sua legis dationis, finem oportuit habere manifestato nouo testamento. Omnia enim mensura & ordine deus facit, & nihil non mensum apud eum, quoniam nec inpositum. Et bene, qui dixit ipsum immensum patrem in filio mensuratum. Mensura enim patris filius, quoniam & capit eum. Quoniam autem temporalis erat illorum administratio, Esaias ait, Derelinquetur filia Sion sicut casa in vinea, & velut custodiarum in cucumerario, Quando autem hæc derelinquentur, nonne cum fructus auferitur, & derelinquetur folia sola quæ iam fructificare non possunt? Et quid de Hierusalem dicimus, quandoquidem & figuram mundi vniuersi oporteat præterire, adueniente tempore præteritionis ipsius, ut fructus quidem in horreum colligatur, paleæ autem derelictæ comburantur. Dies enim domini quasi clibanus ardens, & erunt stipula omnes peccatores, qui faciunt iniusta, & comburet eos dies veniens.*

¶ *Ostensio, quoniam Christus est qui superinducit diem, velut clibanum ardentem.* Caput IX.

¶ *Vis est autem hic dominus, qui talé importat diem, Ioannes baptizator significat, dicēs de Christo. Ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & igni, palam habens in manu eius ad emundandum arcam suam, & fructum congregabit in horreum,*

reum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Nō ergo ali⁹ est qui frumentū fecit, & alius qui paleas, sed vnus & idem, & * iudicans ea, id est, separans. Sed frumentum quidē & paleæ, & animalia irrationabilia existentia, naturaliter talia facta sunt. Homo vero rationalis, & secundū hoc similis deo, liber in arbitrio factus & suæ potestatis, ipse sibi causa est, vt aliquādo quidē frumētum aliquādo autē palea fiat. Quapropter & iuste cōdēnabitur, quoniā rationalis factus amisit verā rationē, & irrationabiliter viuens, aduersatus est iustitiæ Dei, tradēs se omni terreno spiritui, & omnibus seruiēs voluptatibus. Quemadmodū propheta ait, Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

¶ Ostensio, eundem deum & præsentia & æterna fecisse. Caput X.

Alias, *temporalia* V Nus igitur & idem deus, qui plicat cælum, quemadmodum librum, & renouat faciē terre, qui * tempora fecit propter hominem, vt maturescens in eis fructificet immortalitatem, & qui æterna supraducit propter suam benignitatē, vt ostendat seculis superuenientibus inenarrabiles diuitias benignitatis suæ: qui à lege & prophetis annunciatus est, quem Christus suum patrem confessus est, ipse est autem fabricator, & ipse qui super omnia est deus, quemadmodum Esaias ait, Ego testis, dicit dominus deus, & puer quem elegi, vt cognoscatis quia ego sum, & ante me non fuit alius deus, & post me non erit. Ego sum deus, & ante me non est Saluator, annunciaui & saluaui. Et iterū, hoc sum deus primus, & super ventura ego sum. neque enim varie, neque elate, neque glorians dicit hæc, sed quoniam impossibile erat sine deo discere deum, per verbum suum docet homines scire deum. His igitur qui nesciunt hæc, & propter hoc alterum aduenisse putant patrem, iuste quis dicit: Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei.

¶ Quæ ad

¶ Quemadmodum dominus eum, qui de rubro locutus est ad Moysen, confitetur esse deum viuentium. Cap. IX.

Dominus enim noster & magister in ea response quam habuit ad Sadducæos, qui dicunt resurrectione non esse, propter hoc inhonorantes deum, atque legi detrahentes, & resurrectionem ostendit, & deum manifestauit, dicens eis. Erratis nescientes scripturas, neque virtute Dei: De resurrectione enim, inquit, mortuorum non legistis quid dictum est à Deo dicente, Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob, & adiecit, Non est mortuorum, sed viuentium: omnes enim ei viuunt, Per hæc itaque manifestum fecit, quonia is, qui de rubro locutus est Moyse, & manifestauit se esse deum patrum, hic est viuentium deus. Quis enim est viuorum deus, nisi qui est super omnia deus, & super quem alius non est deus, quem & Daniel propheta cum dixisset ei Cyrus rex Persarum, quare non adoras Bel? annunciauit dicens: Quoniam non colo idola manufacta, sed viuum deum, qui constituit cælum & terram, & habet omnis carnis dominationem. Iterum dixit. Dominum deum meum adorabo, quoniam hic est deus viuus. Qui igitur à prophetis adorabatur deus viuus, hic est viuorum deus. & verbum eius qui & locutus est Moyse, qui & Sadducæos redarguit, qui & resurrectionem & * dominum ostendit. Si enim deus mortuorum non est, sed viuorum, hic autem dormientium patrum deus dictus est. indubitate viuunt Deo, & non perierunt. cum sint filij resurrectionis: resurrectio autem ipse dominus est, quemadmodum ipse ait, Ego sum resurrectio & vita. Patres autem eius filij, dictum est autem à propheta. Pro patribus tuis facti sunt tibi filij tui. Ipse igitur Christus cum patre viuorum est deus, qui & locutus est Moyse, qui & patribus manifestatus est.

Alias, Dea.

¶ Quoniam

¶ Quoniã Abrahamã vidit Christũ. Cap. XII

E T hoc ipsum docens dicebat Iudæis, Abrahamã pater vester exultauit vt videret diem meum, & vidit, & gauisus est. Quid enim credidit Abraham Deo, & deputatum est ei ad iustitiam? Primũ quidẽ quoniam ipse est factor cæli & terræ solus deus. Deinde autem quoniam faciet semen eius, quasi stellas cæli: hoc est, quod à Paulo dicitur, quemadmodum luminaria in mundo. Iuste igitur derelinquens terrenam cognationem omnẽ, sequebatur verbum Dei, cum verbo peregrinans, vt cum verbo moraretur.

¶ Quoniam vna est & eadem Abrahamæ fides, & nostra. Caput XIII

I Vite autem & apostoli, ex Abraham genus habentes, derelinquentes nauiculam, & patrem, sequebantur verbum Dei. Iuste autẽ nos eandem fidem accipientes, quam habuit Abraham, tollentes crucem quemadmodum ligna Isaac, sequimur eũ. In Abrahamẽ enim prædixerat, & assuetus fuerat homo sequi verbum Dei. Etenim Abraham pronò animo vni genitum & dilectum filium suum concessit sacrificium deo, vt & deus beneplacitum habeat, pro vniuerso semine eius dilectum & vnigenitum filium suum præstare sacrificium in nostram redemptionem. Propheta ergo cum esset Abraham, & videret in spiritu diem aduentus domini, & passionis per quẽ ipse quoque & omnes qui similiter, vt ipse credidit, credunt Deo, saluari inciperent, exultauit vehemẽter. Non incognitus igitur erat dominus Abrahamæ, cuius diem cõcupiuit videre: sed neque pater domini: didicerat enim à verbo domini, & credidit ei. Quapropter & deputatum est ei ad iustitiã à domino. Fides quæ est ad deum, iustificat hominẽ, & propter hoc dicebat. Extẽdam manum meam ad deum altissimum, qui cõstituit cælum & terram. Hæc autem omnia conãtur euertere illi qui sunt malæ sententiæ, ob vnũ dictũ, quod quidẽ apud nos nõ bene intellectũ est.

¶ Quid

¶ Quid est, quod nemo cognoscit patrem nisi filius, & per quot occasiones reuelat fili^o patrē.

Caput XIIII.

Ominus enim ostendēs semetipsum discipulis, quoniā ipse est verbū, qui agnitionē patris facit, & exprobat Iudæis putantibus se habere deum, cum & frustrētur verbum eius, per quem cognoscitur deus, dicebat, Nemo cognoscit filium nisi pater, neque patrē quis cognoscit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Sic & Matthæus posuit, & Lucas similiter, & Marcus secundum idem ipsum. Ioannes enim præterit locum hūc. Hij autem qui peritiores apostolis volunt esse, sic dicebant, Nemo cognouit patrē nisi filius, nec filium nisi pater, & cui voluerit filius reuelare: & interpretantur, quasi à nullo cognitus sit verus deus ante domini aduentum: & eum deū qui à prophetis sit annunciat, dicunt non esse patrem Christi. Si autem Christus tunc inchoauit esse, quando & secundum hominem aduentum suum egit, & à temporibus Tyberij Cesaris commemoratus est pater prouidere hominibus, & non semper verbū eius vnā cum plasmate fuisse ostēdebat, nec tunc quidē oportuit alterū deū annunciari. sed causas tātā incuriæ & negligentiæ eius inquiri. Nullam enim oportet quæstionem talem esse, & tantū inualescere, vt & deum quidē mutet, & eā quæ est erga fabricatorem (qui nos alit suam conditionem) fidem nostram euacuet. Sicut enim in filium fidem nostram dirigimus, sic & in patrem dilectionem firmam, & immobilem habere debemus. Et bene Iustinus in eo libro qui est ad Marcionem ait, Quoniam ipsi quoque domino non credidisset alterū deum annuncianti, præter fabricatorem & factorē, nutritorē nostrū. Sed quoniam ab vno Deo, qui & hunc mundū fecit, & nos plasmavit, & omnia cōtinet, & administrat, vnigenit^o filius venit ad nos, suū plasma in semetipsum recapitulās, firma est mea ad * deū fides, & immobilis erga patrē dilectio, vtraq; Deo nobis præbete: neq; enim patrē cognoscere

Aliās, cum.

scere quis potest, nisi verbo Dei, id est, nisi filio reuelato, neque filium, nisi patris beneplacito. Bonum autem placitum patris filius perficit: mittit enim pater, mittitur autem & venit filius: & patrem quidem inuisibilem & interminabilem, quatum ad nos est, cognoscit suum ipsius verbum, & cum sit inenarrabilis, ipse enarrat eum nobis. rursus autem verbum suum solus cognoscit pater: utraque autem hæc & sic se habere manifestavit dominus, & propter hoc filius reuelat agnitionem patris per suam manifestationem. agnitione enim patris est, filij manifestatio. Omnia per verbum manifestantur. Ut ergo cognosceremus, quoniam qui aduenit filius, ipse est qui agnitionem patris facit, credentibus sibi dicebat discipulis. Nemo cognoscit patrem nisi filius, neque filium nisi pater, & quibuscunque filius reuelauerit, docens semetipsum & patrem, sicut est, ut alterum non recipiamus patrem, nisi eum, qui a filio reuelatur. Hic autem est fabricator celi & terræ, quemadmodum ex sermonibus eius ostenditur: & non is qui a Marcione, vel a Valentino, aut Basilide, aut Carpocrate, aut Simone, aut reliquis falso cognomine gnosticis adinuentus est falsus pater. Nemo enim illorum filius Dei, sed Christus Iesus dominus, non aduersumque & contrarium exercet discipuli. Nam incognitum deum audentes annuciare, debent autem in semetipsos audire: quemadmodum enim ignotus, qui ab ipsis cognoscitur? Quodcumque enim vel a paucis cognoscitur, non est incognitum. Dominus autem non in totum posse cognosci & patrem & filium dixit. Cæterum superuacuis fuisset aduentus eius. Quid enim huc veniebat? an uti diceret nobis, non ille quærere deum, incognitus est enim, & non inuenietis eum, quemadmodum & Christum a Eonibus eorum dixisse mentiuntur hij qui sunt a Valentino. Sed hoc quidem vanum est. Edocuit autem dominus, quoniam deum scire nemo possit, nisi Deo docente, hoc est, sine Deo non cognosci deum. Hoc ipsum autem cognosci eum, voluntatem esse patris. Cognoscunt enim eum quibuscunque reuelauerit filius, & ad hoc filius reuelauit patrem,

quemadmodum.
pro 202

patrem, vt per eum in omnibus manifestetur, & eos quidem qui credunt ei iusti, incorruptelam & æternum refrigerium recipiat. Credere autem ei, est facere eius voluntatem. Eos autem qui non credunt, & propter hoc fugiunt lumen eius in tenebris, quas ipsi sibi elegerunt, iuste recludet. Omnibus igitur reuelauit se pater, omnibus verbum suum visibile faciens, & rursus verbum omnibus ostendebat patrem & filium, cum ab omnibus videretur. Et ideo iustum iudicium dei super eos, qui similiter quidem viderunt. non autem similiter crediderunt. Etenim per ipsam conditionem reuelat verbum conditorum deum, & per mundum fabricatorem mundi dominum, & per plasmam eum qui plasmauerit artificem, & per filium eum patrem, qui genuerit filium: & hæc omnes similiter quidem colloquuntur, non autem similiter credunt, sed per legem & prophetas similiter verbum & semetipsum & patrem prædicabat. Et audiuit quidem vniuersus populus similiter, non similiter autem omnes crediderunt: & per ipsum verbum visibilem & palpabilem factum, pater ostendebatur, etiam si non omnes similiter credebant ei: sed omnes viderunt in filio patrem: inuisibile etenim filij pater, visibile autem patris filius, & propter hoc omnes Christum loquebatur præsentem eo, & deum nominabant. Sed & dæmones videntes filium dicebant, Scimus te qui es sanctus Dei, & têtans diabolus videns eum dicebat: Si tu es filius Dei. omnibus quidem videtibus & loquentibus filium & patrem, non autem omnibus credentibus. Oportebat enim veritatem ab omnibus accipere testimonium, & esse iudicium in salutem quidem credentium, in condemnationem autem non credentium, vt omnes iuste iudicentur, & ea quæ est in patrem & filium fides, ab omnibus comprobetur id est, ab omnibus confirmetur, ab omnibus accipiens testimonium, & à domesticis, quoniam & amici. & ab extraneis, quoniam & inimici. Illa est enim vera & sine contradictione probatio, quæ etiam ab aduersarijs ipsis singula testificationis profert, in ipsa quidem manifesta sua visione conuictis de præsentem negotio, & testificationibus, & significationibus,

ficantibus, postea vero ad inimicitiam erumpentibus & accusantibus, & volentibus non esse verum suum testimonium. Non ergo alius erat, qui cognoscebatur, & alius qui dicebat, Nemo cognoscit patrem, sed vnus & idem, omnia subiiciente ei patre, & ab omnibus accipiens testimonium, quoniam vere homo, & quoniam vere deus, à patre, à spiritu, & ab angelis, ab ipsa conditione, ab hominibus, & ab apostaticis spiritibus, & ab erroneis, & ab inimico, & nouissime ab ipsa morte. Omnia autem filius administrans patri, perficit ab initio vsque ad finem, & sine illo nemo potest cognoscere deum. Agnitio enim patris filius, agnitio autem filij in patre & per filium reuelata: & propter hoc dominus dicebat, Nemo cognoscit filium nisi pater, neque patrem nisi filius, & quibuscunque filius reuelauerit. Reuelauerit enim, non solum in futurum dictum est, quasi tunc inciperet verbum manifestare patrem, cum de Maria natus, sed comuniter per totum tempus positum est. Ab initio enim assistens filius suo plasmati, reuelat omnibus patrem, quibus vult, & quando vult, & quemadmodum vult pater: & propter hoc in omnibus, & per omnia vnus deus pater, & vnum verbum & vnus filius, & vnus spiritus, & vna fides, & salus omnibus credentibus in eum.

¶ **Q**uemadmodum Abraham à verbo doctus sit. Caput XV.

ET Abraham ergo à verbo cognoscens patrem, qui fecit cælum & terram hunc deum confitebatur: & doctus repræsentatione, quod inter homines homo futurus esset filius Dei, per cuius aduentum semen eius erat futurum, quasi stellæ cæli, concupiuit eam diè videre, vti & ipse cõplecteretur Christum: & per spiritum prophetiæ eam videns exultauit. Propter quod & Simeon ex sermone eius reimplebat gratulationem patriarchæ, & dicebat, Nunc remittis seruum tuum domine in pace, quoniam viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciè omnium populorum. Lumè in reuelatione oculorum, & gloriã populi Israël. Et ange-
II

li autem gratulationem magnam, vigilātibz nocte pastoribus enunciauerunt. Sed & Maria ait, Magnificat anima mea dominū, & exultauit spiritus meus in deo salutari meo: descendente quidē exultatione Abrahæ in eos, qui erāt ex femine ei⁹, euigilātes & vidētes Christū, & credentes ei: reciproca autē rursus egredientē exultatione à filijs Abraham, qui & concupierat diem aduentus Christi videre. Bene igitur dominus noster testimonium reddebat ei dicens, Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauisus est.

¶ Quemadmodum promissionem quam promisit deus Abrahæ Christus perfecit. Cap. X V I.

On enim tātum propter Abraham hoc dixit, sed vt ostenderet quoniam omnes qui ab initio cognitū habuerūt dominum, & aduentum Christi prophetauerunt, reuelationē acceperunt ab ipso filio, qui & in nouissimis temporibus visibilis & passibilis factus est, & cum humano genere loquutus est, vti ex lapidibus excitaret filios Abrahæ, & adimpleret repromissionem, quam promiserat illi deus, vt faceret semen eius tanquam stellas cæli, quēadmodum ait Ioannes Baptista. Potens est enim deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Hoc autem fecit Iesus, à lapidum religione extrahens nos, & à duris & infructuosis cogitationibus transferens nos, & similem Abrahæ fidem in nobis constituens. Quemadmodum & Paulus testificatur, dicens nos esse filios Abrahæ secundum similitudinem fidei, & repromissionē hæreditatis. Vnus igitur & idem deus, qui aduocauit Abraham, & repromissionem ei dedit: hic est enim fabricator, qui & per Christum preparat luminaria in mundo, eos, qui ex gentibus credunt. Vos autem, inquit estis lumen mundi, hoc est, quasi stellæ cæli. Hunc ergo recte ostēdimus à nemine cognosci, nisi à filio, & quibuscūque filius reuelauerit. Reuelat enim omnibus filius, quibus velit agnosci pater: & neque sine bona voluntate patris, neque sine administratione filij cognoscet quisquā deum.

Et propter hoc dicebat discipulis dominus , Ego sum via, veritas, & vita . Et nemo venit ad patrem nisi per me. Si cognouistis me, & patrem meum cognoscitis , & amodo cognouistis eum & vidistis. Ex quibus manifestū est, quoniā per filiū, id est, per verbum cognoscitur.

¶ Quare Iudæi abscefferunt à Deo.

Caput X V I I.

P Ropter hoc Iudæi excefferūt à Deo , verbum Dei nō recipientes, sed putantes per seipsum patrē sine verbo, id est, sine filio posse cognoscere deum, nescientes eum qui in figura loquutus est humana ad Abraham & Aaron, & ad Moysen dicētem, Videns vidi vexationem populi mei in AEGYPTO, & descendi liberare eos. Hic enim filius, qui & verbum dei, ab initio præstruebat non indigente patre angelis , vti faceret cōditionem, & formaret hominē, propter quem & conditio fiebat , neque rursus indigente ministerio ad fabricationem eorum negotiorum , quæ secundum hominem erant, sed habente copiosum & inenarrabile ministeriū, Ministrat enim ei ad omnia sua progenies, & figuratio sua, id est filius & spiritus, verbum & sapientia , quibus seruiunt & subiecti sunt omnes angeli. Vani igitur sunt qui propter hoc, quod dictum sit, Nemo cognoscit patrem nisi filius , alterum introducunt incognitum patrem.

¶ Ostensio quoniam Abrahā hæreditatē percipit regnum cælorum. Cap. X V I I I.

V Anus autē & Marcion, & qui ab eo, expellentes ab hæreditate Abrahā. cui spirit^o per multos, iā autē & per Paulū, testimoniū reddidit, Quoniā credit Deo, & deputatū est ei ad iustitiā: & do minus primū quidē de lapidibus excitās filios ei, & faciens semē eius quasi stellas cæli, dicēs, Quoniā veniēt ab oriēte & ab occidēte, ab aquilone, & austro, & recumbēt cum Abrahā, Isaac, & Iacob, in regno cælorū. Iterū dicēs Iudæis, Cum videritis Abrahā, & Isaac & Iacob, &

& omnes prophetas in regno Dei, vos autē proijci foras. Manifestū ergo, quoniā qui cōtradicūt salutē eius, & alterū prāter eu qui promissionē fecerit Abrahæ formant deum, extra regnum Dei sunt, & exhæredes sunt ab incorruptela, frustrantes & blasphemantes deū, qui in regnum cælorum introducit Abraham & semē eius quod est ecclesia, per Christū Iesum, cui & adoptio redditur & hæreditas quæ Abrahæ promissa est.

¶ Quoniam dominus sabbatis curans secundum legem faciebat. Cap. XIX.

V Indicabat enim semen eius dominus, solues à vinculis, & aduocans ad salutem, quemadmodum fecit in muliere quæ ab eo curata est, manifeste dicens hijs, qui non similes Abrahæ habebant fidem, Hypocritæ, vnusquisque vestrum die sabbatorū bouem suum vel asinum nō soluit & ducit & adquat? Hanc autem cum sit filia Abrahæ, quam alligauerat satanas xviii. annis, non oportuerat soluere ab hoc vinculo in die sabbatorū? Manifestū est igitur, quoniam eos, qui similiter vt Abrahā credebant ei, soluit & viuificat, nihil extra legē faciens, curās in die sabbatorum. Non enim prohibebat lex curare homines sabbatis, quæ & circūcidebat eos in hac die, & pro populo iubebat minī steria sacerdotibus perficere, sed & mutorū animalium curationem nō prohibebat, & Siloa etiā sæpe sabbatis curauit, & propter hoc a sidebant ei multi die sabbatorū. Continere se enim iubebat lex ab omni opere seruilī, id est ab omni auaritia, quæ per negotiationē, & reliquo terreno actu agitur. Animæ autē opera quæ fiūt per sententiam & sermones bonos in auxilium eorum qui proximi sunt, adhortabatur fieri, & propter hoc arguebat eos, qui iniuste exprobrabāt ei, quia sabbatis curabat. Non enim soluebat, sed implebat legē, summi sacerdotis operā faciens, propitiā pro hominibus deū, & emundans leprosos, infirmos curans, & ipse moriēs, vt exiliatus homo exiret de condemnatione, & reuerteretur intrepide ad suam hæreditatem.

x iij

¶ Quomodo

¶ Quomodo non contra legem faciebant discipuli idomini sabbatis spicas legētes, & quoniã Leuitæ omnes discipuli domini. Cap. X X.

S Ed & esuriētes accipere sabbatis escas, ex hijs quæ adiacebant, nõ vetabat lex, metere autē & colligere in horreũ vetabat. Et ideo dominus hijs qui inculpabant discipulos eius, quoniã vellentes spicas māducabāt, dixit, Nõ hoc legistis, quod fecit Dauid cum esurisset, quẽadmodũ introiuit in domum Dei, & panes propositionis māducauit, & dedit eis qui cum eo erant, quos non licebat manducare, nisi solis sacerdotibus: per legis verba suos discipulos excusans, & significãs licere sacerdotibus libere agere, Sacerdos autem scitus fuerat Dauid apud eum, quamuis Saul persecutionẽ faceret ei, omnes iusti sacerdotalẽ habēt ordinem. Sacerdotes autē sunt omnes domini apostoli, qui neque agros neque domos hæreditant hic, sed semper altari & Deo seruiunt. De quibus & Moyses in Dextero nomio, in benedictione Leui ait, Qui dicit patri suo, & matri suæ, non noui te, & fratres suos non agnouit, & filios suos abdicauit, custodiuit præcepta tua, & testamentum tuum seruauit. Qui autem sunt qui dereliquerunt patrem & matrem & omnibus proximis renunciauerunt propter verbum Dei & testamentum eius, nisi discipuli domini, de quibus iterũ Moyses, Hæreditas autem, inquit, non erit eis, Dominus enim ipse hæreditas ipsorum. Et iterum, Non erit sacerdotibus Leuitis in tota tribu Leui pars neque substantia cum Israël, fructificationes domini substantia eorum māducabunt eas. Propter hoc & Paulus, non inquirō, inquit datum, sed inquirō factum: discipulis, inquit dominus, Leuiticam substantiam habentibus, licebat eis esuriētibus a seminibus accipere escam. Dignus enim operarius esca sua. & sacerdotes in templo sabbatum prophanabant, & rei non erant, quia cum essent in templo, nõ secularia, sed dominica perficiebant, ministeria legis adimplentes, non autem prætereuntes legem, quemadmodum is qui

à semetipso arida ligna attulit in castra Dei, iuste lapidatus est. Omnis enim arbor, quæ non facit fructum bonum abscidetur, & in ignem mittetur, & quicumque templum Dei violauerit, violabit illum deus.

¶ **O**stensio vnius & eiusdem substantiæ esse quæ secundum legem sunt, & quæ secundum Euangelium, & quemadmodum nouum testamentum prædicatum est à prophetis.

Caput XXI.

V **N**ius igitur & eiusdem substantiæ sunt omnia, hoc est ab vno & eodem Deo, quemadmodum & dominus ait discipulis, Propterea omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini paterfamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Non alterum quidem vetera, alterum quidem proferentem noua docuit, sed vnũ & eundem. Paterfamilias enim dominus est, qui vniuersæ domui paternæ dominatur. seruis quidem & adhuc indisciplinatis condignam tradens legem, liberis autem & fide iustificatis congruentia dans præcepta, filiis adaperiens suam hæreditatem. Scribas autem & doctores regni cælorum, suos dicebat discipulos, de quibus alibi ait Iudæis, Ecce mitto ad vos sapientes, & scribas, & doctores, & ex eis occiditis, & effugabitis à ciuitate in ciuitatem. Ea autem quæ de thesauro profertur noua & vetera, sine contradictione duo testamenta dicit. Vetus quidem quod ante fuerat legislatio. Noua autem quæ secundum Euangelium est conuersatio ostendit, de qua David ait, Cantate domino canticum nouum. Et Esaias, Cantate domino hymnum nouum. Initium eius * glorificatur nomen eius, à summo terræ virtutes ali. gloriatur eius, in insulis annuunt. Et Hieremias ait, Ecce disponam, inquit, testamentum nouum, non quemadmodum disposui patribus vestris in monte Oreb. Vtraque autem testamenta vnus & idem paterfamilias produxit, verbum Dei dominus noster Iesus Christus, qui & Abrahamæ & Moyse loquutus est, nobis in nouitate restituit libertatem, & multiplicauit eam quæ ab ipso est gratia.

x iiij

¶ **Q**uid

¶ Quid est, plusquàm templum & plusquàm
Salomon hic. Caput XXI.

P Lus est enim, inquit, téplo hic. Plus autem & minus non in hijs dicitur, quæ inter se cõmunionem non habent, & sunt contrariæ naturæ, & pugnant aduersus se, sed in hijs quæ eiusdem sunt substantiæ, & cõmunicant secum, solum auté altitudine & magnitudine differunt: quæadmodum aqua ab aqua, & lumé à lumine, & gratia à gratia. Maior est igitur legis datio quæ in libertatem, quàm quæ data est in seruitutem: & ideo non in vnam gètem, sed in totum mundum diffusa est. Vnus autem & idem dominus qui plusquàm templum est, & plusquàm Salomon, & plusquàm Iona donat hominibus, id est, suam præsentiam & resurrectionem à mortuis, sed non deum immutans, nec alium prædicans patrem, sed eundem ipsum, qui semper habet & plura metiri domesticis, & proficiente eorum erga deum dilectione, plura & maiora donans, quæadmodum & dominus discipulis dicebat, Quoniam & maiora horum videbitis. Et Paulus ait, Non quod iam acceperim, aut iustificatus sim, aut iam perfectus sim, ex parte enim scimus, & ex parte prophetamus. Cũ autem venerit quod perfectum est, quæ sunt ex parte destruetur. Sicut igitur adueniente perfecto, non alterum patrem videbimus, sed hunc quem nunc videre concupimus, Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt: Neque alium Christum & Dei filium expectabimus, sed huc qui ex Maria, qui & passus est, in quem credimus, quem & diligimus. Quemadmodum Esaias ait, Et dicent in illa die, Ecce dominus deus noster in quem sperauimus, & exultauimus in salute nostra. Et Petrus ait in epistola sua, Quem non videntes diligitis, inquit, in quem nunc non videntes credidistis, gaudebitis gaudio inenarrabili: Neque alium spiritum sanctum percipimus, nisi hunc qui est nobiscum, & qui clamat, Abba pater, & in iisdé ipsis cognométum habebimus, & proficiem⁹, vt iã nõ per speculũ, & per ænigmata, sed
faciẽ

facie ad faciē fruamur muneribus Dei : sic & nunc plus templo, & plus Salomone percipientes, quod est aduentus filij Dei, non alterum didicimus deum, præter fabricatorem omnium, qui ab initio nobis demonstratus est, neque alterum Christum Dei filium, præter eum qui à prophetis prædicatus est. Nouo enim testamento cognito & prædicato per prophetas, & ille qui illud dispositurus erat secundum placitum patris prædicabatur, manifestatus hominibus quemadmodum voluit deus, vt possint semper proficere credentes in eum, & per testamenta maturefcere per effectum salutis. Vna enim salus est, vnus deus, qui formauit hominem, præcepta autē multa, & nō pauci gradus, qui adducunt hominem ad Deū. Terreno quidem & temporali regi, cum sit homo, licet aliquoties maiores profectus attribuere hiis, qui sunt subiecti, Deo autem non licebit cum sit idem, & semper maiorem gratiam prestare humano generi, & pluribus muneribus assidue honorare eos qui placent ei. Si autē hoc est proficere, alterum adinuenire patrem, præter eū qui ab initio annuntiatus est, & rursus præter eum qui putatur secūdo inuentus esse, alterum tertium adinuenire, & eiusdem erit profectus & à tertio quartū, & adhuc rursus alterum, & alterum: & sic semper putās proficere, talis sensus nunquam in vno stabit deo. Expulsus enim ab eo qui est, & reuersus retrorsum queret quidē semper, inueniet autem nunquam deum, sed semper incomprehensibilitatis profundo natabit, nisi per pœnitentiam conuersus, vnde & abiectus erat reuertatur, Deum patrem Demiurgum cōfiteas & credens, qui à lege & prophetis annuntiatus est. qui à Christo testificatus est, quemadmodum ipse ait ad eos, qui accusabāt eius discipulos, quasi non seruarent traditionem seniorum. Quare vos frustramini præceptum diuinum propter traditionem vestram. Dominus enim dixit, Honora patrē & matrē, & qui maledixerit patri & matri, morte moriatur. Et iterū secūdo ait, & frustrati estis sermonem Dei propter traditionem vestram : Manifestissime dominum & patrē confiteas Christus eum, qui in lege dixit,

ge dixit, Honora patrem & matrem, vt tibi bene fit. Verbum enim dei cõfessus est legis præceptũ verax deus, & neminẽ alterum deum appellauit quàm suum patrem.

¶ Quemadmodum Moyses aduentũ Christi significauit, & tempus pafsionis, & locum in quo passus est. Cap. XXIII.

B Ene igitur & Ioannes meminit dicentem deũ Iudæis, Scrutamini scripturas, in quibus pũtatis vos vitam æternam habere, illa sunt quæ testimonium perhibent de me, & non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Quomodo igitur testabantur de eo scripturæ, nisi ab vno & eodem essent patre, præstruentes homines de aduentu filij eius, & prænuntiantes salutẽ, quæ ab eo? Si enim crederetis Moysi, crederetis & mihi, de me enim ille scripsit, scilicet quod infeminatus est vbique in scripturis eius filius dei, aliquando quidẽ cum Abraham loquens, aliquando cum eodem comensurus, aliquando autem Sodomitis inducens iudicium, & rursum cum videtur, & in viam dirigit Iacob, & de rubo loquitur cum Moysẽ. Et non est numerũ dicere, in quibus à Moysẽ ostenditur filij Dei, cuius & diem pafsionis non ignorauit, sed figuratim prænuntiauit eum, Pascha nominans, & in eadem ipsa quæ ante tantum temporis à Moysẽ prædicata est, passus est dominus adimplens pascha. Non solum autem diem descripsit, sed & locum ex extremitate temporum, & signum occasum solis, dicens, Non poteritis immolare pascha in vlla alia ciuitatum tuarum, quam dominus deus tuus dat tibi, nisi in eo loco, quem delegerit dominus deus tuus inuocari nomen suum ibi. Immolabis pascha vespere ad occasum solis. Iã autem & manifestauerat eius aduentũ, dicẽs, Nõ deerit princeps in Iudæa, neq; dux ex scemoribus eius, quoadusq; veniat cui repositum est, & ipse est spes gentium, aligãs ad vitem pullum suum, & ad ilicẽ pullum asinæ, lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum, lætificabuntur oculi eius à vino, & candidi dentes eius tãquam lac. Inquirant enim hij, qui

qui omnia scrutari dicuntur id tempus in quo defecit princeps & dux ex Iudæa, & qui est gentium spes & qui vitis, & qui pullus eius, & quod indumentum, & qui oculi, & qui dentes, & quod vinum, & vnumquodque ex occultis exquirant, & inuenient non alium nisi dominū nostrum Iesum Christum annūtiatū. Quapropter Moyses increpās populū, quod ingratus existeret, ait, Sic populus fatuus, & non sapiens hæc domino retribuistis. Et rursus significans, quoniam qui ab initio condidit & fecit eos verbum, & in nouissimis temporibus redimēs & viuificans ostenditur pendens in ligno, & nō credent ei, ait enim, Et erit vita tua pendens ante oculos tuos, & non credes vitæ tuæ: & iterum, Nōne hic idem pater tuus possidet te, & fecit te, & creauit te?

¶ Quoniam & prophetæ & iusti ante aduentum domini cognouerunt aduentum eius.

Caput XXIIII.

Quoniam autem non solum prophetæ & iusti multi præscientes per spiritum aduentum eius, orauerunt in illud tēpus venire, in quo facie ad faciem viderent dominum suum, & sermones audirent eius, dominus fecit manifestum, dicens discipulis, Multi prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Quemadmodum igitur concupierunt & audire & videre, nisi præscissent futurum eius aduentum? Quomodo autem præscire potuerunt, nisi ab ipso præscientiam ante accepissent? Quomodo autem scripturæ testificātur de eo, nisi ab vno & eodē deo omnia semper per verbū reuelata & ostēsa fuissent credētibus, aliquando quidē colloquente eo cum suo plasmate, aliquando autem dante legem, aliquādo verò exprobrante, aliquādo verò exhortante, ac deinceps liberāte seruum suū, & adoptāte in filium, & apto tempore incorruptibilem hæreditatem præstante, ad perfectionem hominis. plasmavit enim eum in augmentum & incrementum, quemadmodum & scriptura dicit, Crescite & multiplicamini.

Et

Et hoc deus ab homine differt, quoniã deus quidem facit, homo autem fit. & quidem qui facit, semper idẽ est: quod autem fit, & initium & medietatem, & adiectionẽ, & augmentum accipere debet. Et deus quidẽ bene facit, bene autem fit homini. Deus quidem perfectus in omnibus, ipsi sibi æqualis & similis totus cum sit lumen & totus mens, homo verò perfectum percipiens & augmentum ad deum. Quemadmodum enim deus semper idẽ est, sic & homo in deo intentus, semper proficiet ad deũ: neque enim deus cessat aliquando in benefaciẽdo & locupletãdo hominem, neque homo cessat beneficium accipere & ditari à deo: exceptorium enim bonitatis & organum clarificationis eius homo, gratus ei qui se fecit: & iterum exceptoriũ iusti iudicij eius homo ingratus, & spernens plasmatorem, & non subiectus verbo eius, qui plurimum semper fructificantibus, & plus habentibus, dominicum argentum daturum se pollicitus est, Euge, inquit, serue bone & fidelis, quia in modico fidelis fuisti, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui, Ipse dominus plurimum non promittens. Sicut ergo nunc fructificantibus plurimum daturum se pollicitus est secundum murationem agnitionis, Ipse enim dominus perseuerat & idem pater reuelatur: Sic ergo & posterioribus maiorem quã quæ fuit in veteri testamento, murationem gratiæ attribuit, vnus & idẽ dominus per suum aduẽtum. Et illi qui per famulos audiebant venturum regem, mediocriter gaudebant, secundum quod sperabant venturum eum: qui autem præsentem viderunt, & libertatem adepti & potiti sunt eius muratione, maiorem gratiam & abundantiorẽ exultationem habent gaudentes de regis aduentu, quemadmodum & Dauid dicit, Anima mea exultabit in domino, locundabitur in salutari eius. Et propter hoc Hierosolymam introeunte eo, omnes qui erant in via Dauid, in dolore animæ cognouerunt suum regem, & substrauerunt ei vestimenta, & ramis viridibus adornaerunt viam, cum magna lætitia & exultatione clamantes & dicentes, Osanna fili Dauid, benedictus qui venit in nomine

in nomine domini, Osanna in excelsis. Zelantibus autē malis dispensatoribus qui circūueniebant inferiores & dominabātur eorum, quibus ratio nō constabat, & propter hoc nolentibus credere venisse regem, & dicentibus ei, Audis quid isti dicunt? ait dominus, Nunquā legistis, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudē? id quod à David in filium Dei dictum erat, in se factum ostendens, & significans illos quidem nescire virtutem scripturæ, & dispositionem Dei: se autem esse qui à prophetis annuntiatus est Christus, cuius nomen in omni terra laudatur, ex ore infantium & lactentium laudem perficientis suo patri: quapropter & elevata est magnificentia eius super cælos. Si ergo idem ipse adest, qui prædicatus est à prophetis, dominus noster Iesus Christus, & aduentus eius plenior gratiam & maior munerationem attribuit, hiis qui susceperunt eum, manifestum quoniā & pater idem est, qui à prophetis annuntiatus est, & non alterius patris agnitionē fecit veniens filius, sed eiusdem qui ab initio prædicatus est, à quo libertatem detulit hiis, qui legitime & prono animo, & toto corde deseruiunt ei: contemptoribus, & non subiectis deo, sed in gloria hominum exteriores mundi huius sectantibus, quæ in figuram futurorum traditæ erāt, velut vmbra cuiusdam descriptionem faciente lege, atque delirante, de téporalibus æterna, de terrenis cælestia, fingētibus plusquā quæ dicta sunt sese obseruare, tanquam diligentiam suam etiam ipsi deo præferentibus, intus autem pleni hypocrisis, & cupiditate, & omni malitia, in sempiternam attulit perditionem, abscindēs eos à vita.

Legendū arbi-
tror deliniā-
te.

¶ Quemadmodum seniorum tradito contraria erat legi datæ per Moysen. Cap. XXV.

S Eniorū enim ipsorū traditio quā ex lege obseruare fingebant, cōtraria erat legi, quæ data est per Moysen. ppter hoc & Esaias ait Caupones tui miscent vinum aqua, Ostendens quod auctero Dei præcepto miscerent seniores aquatam traditionem, id est,

est, aggredientes adulteram legem & cōtrariam legi, sicut & dominus fecit manifestum, dicens eis, **Quare** vos transgredimini præceptum Dei propter traditionem vestrā? Non solum autē per præuaricationē frustrati sunt legem Dei, miscentes vinum aqua, sed & suā legem e cōtrario statuerunt, quæ vsque adhuc Pharisaica vocatur. In qua quædam quidem auferunt, quædā verò addunt, quemadmodum volunt interpretantur, quibus vtuntur singulariter magistri eorum, quas traditiones volentes iudicare legi dei instituēti eos aduentū Christi nō subiecti esse voluerunt, sed dominum arguebant in sabbatis curantem, quod quidem sicut prædiximus lex non prohibebat. Etenim ipsi secundum aliquid curabant, circumcidentes hominem in sabbato: se autem ipsos non redargebant, per traditionem prædictam & pharisaicā legem transgredientes præceptum dei, & præceptum legis non habētes, id est, dilectionem quæ est circa deum. **Quoniam** autem hoc primum & maximum præceptum est, sequens autem circa proximum, dominus docuit, totam legem & prophetas pendere dicēs ex ipsis præceptis. Et ipse autem aliud maius hoc præcepto nō detulit, sed hoc ipsum renouauit suis discipulis, iubens eis, Deum diligere ex toto corde, & ceteros quemadmodum se. Si autem ab alio descendisset patre, nunquam ex lege primo & summo vsus esset præcepto, sed vtique omnimodo eniteretur in alium hoc à perfecto patre deferre, & non eo vti quod à deo legis fuisset datum. Et Paulus autē, Adimpletio, inquit, legis dilectio, & omnibus cæteris euacuatis manere fidem, spem, dilectionem, maiorem autem esse omnium dilectionem, neque agnitionem sine dilectione, quæ est erga Deū præstare aliquid, neque mysteriorum comprehensionem, neque fidem, neque prophetiam, sed omnia vacua & frustrata esse sine dilectione: dilectionem verò perficere perfectum hominem, & eum qui diligit deum esse perfectū, & in hoc æuo, & in futuro. nunquam enim desinimus diligentes deum, sed quanto plus eum intuiti fuerimus, tanto plus eum diligimus.

¶ De

De pharisaica lege, quæ sunt particularia præcepta & quæ catholica. Cap. XXVI.

I N lege igitur, & in Euangelio cum sit primū & maximum præceptum diligere dominum Deū ex toto corde, dehinc simile illi, Diligere proximū sicut teipsum, vnus & idē ostēditur legis & Euāgelij cōditor. Cōsummata enim vitæ præcepta in vtrōq; testamēto cū sint eadē, eundē ostēderunt Deū, qui particularia quidē præcepta apta vtrifq; præceptis, sed eminentiora, & summa, sine quibus saluari nō potest, in vtrōq; eadē suavit. Quē autem non confundat dominus ostendens non ab altero deo esse legem, sic dicens eis, qui à se docebātur turbæ, & discipulis, Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi. omnia itaque quæ dixerint vobis, custodite & facite, secūdum autē opera eorum nolite facere. dicunt enim & non faciunt. alligant enim sarcinas graues, & imponunt super humeros hominum: ipsi autē nec digito quidem volūt eas mouere. Non ergo eā legem quæ per Moysen data incusabat, quā adhuc Saulus Hierosolymis suadebat fieri: sed illos redarguebat, quod verba quidem legis enuntiarent, essent autē sine dilectione, & propter hoc iniusti in deum & in proximos extiterunt. Quemadmodum ait Esaias, Populus hic labiis me honorat, cor autē eorum lōge est à me, frustra autē colunt me docētes doctrinas, & præcepta hominum. Nō per Moysen datam legem dicēs præcepta hominum, sed traditiones presbyterorum ipsorū quas finxerant, quas vindicantes frustrabantur legem Dei, & propter hoc nec verbo eius subiecti sunt. Hoc enim est quod à Paulo dicitur de istis, Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam volentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. finis enim legis Christus, si non omnium credenti. Et quomodo finis legis Christus, si non initium eius esset? Quī enim finem intulit, hic & initium operatus est. Ipse est qui dicit Moysi, Videns vidi vexationē populi mei qui est in Aegypto & descendi vt eruā eos, ab initio assuetus verbum dei ascendere & descendere

dere propter salutem eorum, qui male haberent. Quoniam auté lex prædocuit hominem sequi oportere Christum, ipse facit manifestum, ei qui interrogauit eum, quid faciens vitam æternam hæreditaret, sic respódens, Si vis vitam introire custodi præcepta. Illo auté interrogante, quæ rursus dominus, Non mœchaberis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium reddes honora patrem & matrem, & diliges proximum tanquã teipsum, velut gradus proponens præcepta legis, introitus sequi eum vnicum dicens omnibus dicebat. Ille autem cum dixisset, omnia feci, & forte non fecerat, nam utique non diceretur ei custodi præcepta, arguens dominus cupiditatem eius dixit ei. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & diuide pauperibus, & veni & sequere me. Apostolorum partem promittens eis, qui sic fecerint, & non alterum deum annuntiabat eis, qui sequebantur eum, præter eum qui ab initio à lege annuntiatus est, nec alium filium, nec matrem Enthymesin AEonis qui fuit in passione, & in defectione, nec triginta AEonum plenitudinem, quæ vacua & inconstans ostensa est, nec eam fabulam, quæ à reliquis hæreticis ficta est, sed docebat vt facerent præcepta, quæ ab initio præcepit deus, & vt veterem cupiditatem per opera bona soluerent, & sequerentur Christum. Quoniam autem ea quæ possidentur pauperibus diuisa, solutione faciunt præteritæ cupiditatis, Zachæus facit manifestum, Ecce, dicens, dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si cuius quid defraudaui, reddo quadruplum.

¶ Quemadmodum dominus quæ de lege comprehendebantur super extendit discipulis & nõ dissoluit, & secundum quid plus
 . abundauit iustitia nostra, quàm scribarum & pharisæorum.
 Caput XXVII.

E T quia dominus naturalia legis per quæ homo iustificatur, quam etiam à legis datione custodiebant, qui fide iustificabantur & placebant

bant Deo, non dissoluit, sed extendit, sed & impleuit, ex
 sermonibus eius ostéditur. Dicitum est enim, inquit, an-
 tiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quoniã
 omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam,
 iam mœchatus est eã in corde suo. Et iterũ dictum est,
 Nõ occides. Ego auté dico vobis, Omnis qui irascitur
 fratri suo sine causa, reus erit iudiciõ. & dictum est, Nõ
 periurabis. Ego autem dico vobis, non iurate in totum.
 Sit autem vobis sermo, etiam etiam, & non non. Et
 quæcunque sunt talia. Omnia enim hæc non contrarie-
 tatem & dissolutionem præteritorum continent sicut
 qui à Marcione sunt vociferantur, sed plenitudinem &
 extensionem, sicut ipse ait, Nisi abundauerit iustitia ve-
 stra plusquã scribarum & pharisæorum, non intrabi-
 tis in regnũ cælorum. Qui autem erat plus? Primo qui-
 dem nõ tantum in patrem, sed & in filium eius iam ma-
 nifestatum credere: hic est enim qui in communionem
 & vnitatem deo hominem domino ducit. Post deinde
 non solum dicere, sed & facere. Illi enim dicebant, sed
 non faciebant: & non tantum abstinere à malis operi-
 bus, sed etiam à concupiscentiis eorum. Hęc autem nõ
 quasi contraria legi docebat, sed adimplens legem, &
 insigens iustificationes legis in nobis. Illud autem iuis-
 set legi contrarium, si quodcũque lex vetasset fieri, id-
 ipsum discipulis suis iussisset facere. Et hoc auté quod
 præcepit, non solum vetitis à lege, sed etiam à concupi-
 scentiis eorum abstinere, non contrarium est, quemad-
 modum prædiximus, neque soluentis legem, sed ad-
 implentis, & extendētis, & dilatantis. Etenim lex, quip-
 pe seruis posita, per ea quæ foris erant corporalia ani-
 mam erudiebat, velut per vinculum attrahens eam ad
 obedientiam præceptorum, vti disceret homo ad seuien-
 dum deo. Verbum autem liberã animam, & per ipsam
 corpus voluntarie emundari docuit: quo facto necessẽ
 fuit auferre quidem vincula seruitutis, quibus iam as-
 sueti erant, & sine vinculis esse quidem, super extendi
 verò decreta libertatis, & augeri subiectionẽ, quę est ad
 regem, vt non retrorsus quis renitens indignus appa-

reat ei qui se liberauerit. Eam verò pietatem & obedientiam quæ est erga patrèfamiliàs, est esse quidem eandè & seruis & liberis, maiorem autem fiduciam habere liberos, quoniam sit maior & gloriosior operatio libertatis, quàm ea quæ est in seruitutem obsequentia. Et propter hoc dominus pro eo quod est, Non mœchaberis, nec concupiscere præcepit, & pro eo quod est, Non occides, neque irasci quidem, & pro eo quod est decimare, omnia quæ sunt pauperibus diuidere, & non tantùm proximos, sed etiam inimicos diligere, & non tantum bonos datores & communicatores esse, sed etiam aduersus eos qui tollunt nostra, gratuito donatores. Tollenti enim tibi tunicam, remitte ei & pallium, & ab eo qui tollit tua nõ reposcas, & quemadmodum vultis vt faciant vobis homines, facite eis, vt non quasi nolentes fraudari contristemus, sed quasi volentes donauerimus, gaudeamus, gratiam magis præstantes in proximos, quàm necessitati seruientes. Et si quis te, inquit, angariauerit mille passus, vade cum eo alia duo, vti non quasi seruus sequaris, sed quasi liber præcedas, aptum te omnibus & vtilem proximo præstans, non illorum malitiã intuens, sed tuam bonitatè perficiès, configurans temetipsum patri, qui solè suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hæc autem omnia quemadmodum prædiximus non dissoluentis erant legem, sed adimplentis & extendentis, & dilatantis in nobis. Tanquã si aliquis dicat, maiorem libertatis operationem, & pleniorẽ erga libertatem nostram infixam nobis subiectionem, & affectionem. Non enim propter hoc liberabimur, vt ab eo abscedamus: nec enim potest quisquam extra/dominica constitutus bona, sibimetipsi acquirere salutis alimenta: sed .t. plus gratiam eius adepti, plus eum diligamus, Quanto autem plus eum dilexerimus, eo magis gloriam accipiemus, cum simus semper in cõspectu patris. Quia igitur naturalia omnia præcepta communia sunt nobis & illis, in illis quidem initium & ortum habuerunt, in nobis augmentum & adimpletionem perceperunt. Assentire enim deo, & sequi eius
verbum,

Verbum, & super omnia diligere eum, & proximum sicut seipsum, domo autem hominis proximos, & abstinere ab omni mala operatione, & quæcunque talia communia vtrisque sunt, vnum & eundem ostendunt deum. Est autem dominus noster verbum Dei qui primo quidem seruos attraxit Deo, postea autem libertauit eos, qui subiecti sunt ei, quemadmodum ipse ait discipulis, Iam non dico vos seruos, quia seruus nescit, quid eius dominus faciat. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis. In eo enim quod dicit, Iam nō dico vos seruos, manifestissime significauit se esse, qui primo quidem eam seruitutem quæ est et erga deum, hominibus per legem constituerit, post deinde libertatem eis donauerit. Et in eo quod dicit, Quoniam seruus nescit quid faciat dominus eius, ignorantiam seruilis populi manifestat per suum aduentum. In eo autem quod amicos dei dicit suos discipulos, manifeste ostendit, se esse verbum Dei, quem & Abraham voluntarie & sine vinculis propter generositatem fidei sequens, amicus factus est Dei. Sed neque Abraham amicitiam propter indigentiam assumpsit, Dei verbum existens ab initio perfectus, Antequam enim Abraham esset, ego sum, inquit, Sed vt ipse Abraham donaret æternam vitam existens bonus, quoniam amicitia Dei immortalitatis est condonatrix, hiis qui aggrediuntur eam.

¶ Quare fecit Deus hominem, & patres elegit, & nos vocauit, & quid præstat ea quæ est ad Deum, seruitus, & quare talis lex populo data est.

Cap. XXVII.

¶ Igitur initio non quasi indigens Deus hominem plasmauit Adam, sed vt haberet in quem collocaret sua beneficia. Nō solum ante Adā, sed & ante omnem conditionem glorificabat verbum patrem suum manens in eo, & ipse à patre glorificabatur, quemadmodum ipse ait, Pater clarifica me claritate, quā habui apud te priusquā mundus fieret. Nec nostro

y ij ministerio

ministerio indigens iussit vt eum sequeremur , sed nō bis ipsis attribueret salutem . Sequi enim Saluatorem, participare est salutē, & sequi lumen, participare est lumē: qui autē in lumine sunt, nō ipsi lumē illumināt sed illumināur & illustrantur ab eo. Ipsi quidē ei nihil præstant, beneficium autem percipientes illuminantur à lumine. Sic & seruitus erga deum, deo quidem nihil præstat, nec opus est deo humano obsequio, ipse autē sequētibz & seruiētibz ei vitam & incorruptelam, & gloriam æternam attribuit, beneficium præstans seruiētibz sibi, ob id quod seruiunt, & sequētibz ob id quod sequuntur, sed non beneficium ipso ab eis percipiente. Est enim diues, perfectus, & sine indigētia . Propter hoc autem exquirat ab hominibus seruitutem , vt quoniam est bonus & misericors , beneficiat eis qui perseverant in seruitute eius. Quantum enim deus nullius indiget, in tantum homo indiget dei communione . Hæc est enim gloria hominis , perseverare ac manere in dei seruitute, & propter hoc dicebat discipulis dominus, Non vos me elegistis , sed ego eligi vos, significans quoniam nō ipsi glorificabant eum sequentes eum, sed in eo quod sequentur filium dei, glorificabantur ab eo . Et iterum, Volo vt vbi ego sum , ibi & hij sint, vt videant claritatē meam, non vane glorians super hoc , sed gloriam suam participare volens discipulis suis, de quibus Esaias ait, Ab oriente attraham semen tuum, & ab occasu colligante , & dicam Aquiloni adhuc, & Austro, noli prohibere, attrahe filios meos de longinquo , & filias meas à summitatibus terræ . Omnes enim quotquot vocati estis in nomine meo, in gloria enim mea præparavi , & formavi, & feci eum. hæc ideo , Quoniam vbicunq; est cadaver, illic congregabuntur & aquilæ , participantēs gloriæ domini, qui & formavit , & ad hoc præparavit nos, vt dum sumus cum eo, participemus gloriæ eius. Sic & deus ab initio hominem quidem plasmauit propter suam munificētiā, Patriarchas verò elegit propter illorum salutem, populum verò formabat, docens indocibilem qui deū, Prophetas verò præstruebat in terra, assuescēs hominem

hominem portare eius spiritum, & communionem habere cum deo, ipse quidem nullius indigens, hiis verò qui indigentes sunt eius, suam præbens communionem, & hiis qui ei complacebant fabricationem salutis vt architectus delinians, & non videntibus in Aegypto à semetipso dans ducationem, Et hiis qui inquieti erant, in eremo dans aptissimam legem, & hiis qui in bonam terram introierunt dignum præbens hæreditatem, & hiis qui conuertuntur ad patrem, saginatum occidenis vitulum, & primam stolam donans, multis modis componens humanum genus ad consonantiam salutis. & propter hoc Ioannes in Apocalypsi ait, Et vox eius quasi vox aquarum multarum. vere aquæ multæ spiritus dei. Quoniam diues & quoniam magnus est pater, & per omnes illos trāsiens verbum sine inuidia vtilitatem præstabat eis, qui subiecti sibi erant, omni conditioni congruentem & aptam legem conscribens. Si autem & populo tabernaculi factionem, & ædificationem templi, & Leuitarum electionem, sacrificia quoque & oblationes, & monitiones, & reliquã omnem legis statuebat de seruitutionem. Ipse quidem nullius horum est indigens, est enim semper plenus omnibus bonis, omnémque odorẽ suauitatis, & omnes suaueolentium vaporations habes in se, etiam antequã Moyfes esset: facilem autem ad idola reuerti populum erudiebat per multas aduocationes, præstruens eos perseuerare, & seruire deo, per ea quæ erant secunda ad prima aduocans, hoc est, per typica ad vera, & per temporalia ad æterna, & per carnalia ad spiritalia, & per terrena ad cælestia. Quemadmodum dictum est Moyfi, Quoniam facies omnia iuxta typum eorum, quæ vidisti in monte: xl. enim diebus discebat tenere sermones Dei, & characteres cælestes, & imagines spirituales, & præfigurationes futurorũ, quẽadmodũ & Paulus ait, Bibebant enim de spiritali* petra, petra autẽ erat Christus. Rursus prædictis hiis quæ in lege sunt, intulit. Omnia autem hæc in figura veniebant illis. Scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos finis seculorum deuenit. Per typos ergo discebant

Alias, de sequenti petra

tinere deū, & perseverare in obsequiis eius. Itaque lex, & disciplina erat illis, à prophetia futurorū. Nam Deus primo quidem per naturalia præcepta, quæ ab initio infixata dedit hominibus, admonens eos, id est, per Decalogum, quæ si quis non fecerit, non habeat salutem, nihil plus ab eis exquirit. Quemadmodum Moyses in Deuteronomio ait, Hij sermones omnes, quos loquutus est dominus ad omnem synagogam filiorum Israël in monte, & adiecit, & scripsit ea in duabus tabulis lapideis, & dedit mihi propter hoc ut custodirent præcepta, hij qui velint sequi eum.

¶ Quemadmodum in populo priore, & in ecclesia quædam præcepta propter duritiam & inobedientiam hominum data sunt. Cap. XXIIX.

A T ubi conuersi sunt in vituli factionem, & reuersi sunt animis suis in Aegyptum serui pro liberis cupientes esse, aptam concupiscentiæ suæ acceperunt reliquam seruitutem, à Deo quidem nõ abscedentem, in seruitutis autem iugo dominatē eis. Quemadmodum & Ezechiel propheta causas talis legis datæ reddens, ait, Et post concupiscentiam cordis sui erant oculi eorum, & ego dedi eis præcepta non bona, & iustificationes, in quibus non viuent in eis. Et Lucas autem Stephanum, qui primus in diaconium ab apostolis electus est, & primus occisus est propter Christi martyrium, sic dixisse de Moyses scripsit. Ille quidem accepit præcepta Dei viui dare vobis, cui noluerunt obedire patres vestri, & abiecerunt & conuersi sunt corde suo in Aegyptum dicentes ad Aaron, Fac nobis deos qui nos antecedant. Moyses enim qui eduxit nos de terra Aegypti, quid ei contigerit ignoramus: & vitulū fecerunt in diebus illis, & tulerunt sacrificia idolo, & letabantur in factis manuum suarum. Conuertit autem deus, & tradidit eos seruire exercitibus cæli, quæadmodum scriptum est in libro prophetarum, Nunquid sacrificia & oblationes obtulistis mihi annis xl. in eremo domus Israël, & accepistis tabernaculum Moloch, & stellam dei Rempham
figuras

Figuras quas fecistis adorare eas: manifeste significans, quoniam non ab altero deo talis illi data lex est, sed ab eodem ipso apta illorū seruituti. Quapropter & in Exodo ad Moysen dicit, Emittam ante te angelum meum, non enim ascendam tecum, quoniam populus duræ cervicis est. Et non solum autem hoc, sed & præcepta quædam à Moysese posita eis propter duritiã illorum, & quod nollent esse subiecti, manifestavit dominus, cum dixisset eis: Quare ergo Moyses præcepit dare libellum repudij, & remittere vxorem? dicens eis, Hæc vobis propter duritiam cordis vestri permisit, ab initio autem nõ ita factum est: Moysen quidem excusans, quasi fidelem seruum, vnum autem, qui ab initio masculum & fœminam fecit, deum confitens, illos autem arguens tanquã duros, & non subiectos: & propter hoc aptum duritiæ eorum repudij præceptum à Moysese acceperunt. Et quid dicimus de veteri testamento hæc? quandoquidem & in nouo Apostoli hoc idem facientes inueniuntur propter prædictam causam, statim dicente Paulo, Hoc autem ego dico, non dominus. & iterum, Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum præceptum. & iterum, De virginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do, tanquã misericordiã cõsequutus à domino, vt fidelis essem. Sed & alio loco ait: Ne accipiet vos satanas propter incontinentiã vestrã. Si igitur & in nouo testamento quædã præcepta secundum ignorantiam apostoli cõcedentes inueniuntur propter quorundam incontinentiam, vt nõ obdurati tales, in totum desperantes salutem suã, apostatæ fiant à Deo: nõ oportet mirari, si & in veteri testamento idẽ deus tale aliquid voluit fieri pro vtilitate populi, illicitens eos per prædictas obseruationes, vt per eas salutem decalogi obseruantes, munera det ei, & ab eo nõ reuerteretur ad idololatriã, nec apostatæ fierent à deo, sed toto corde discerent diligere eum. Si autem quidam propter inobedientes Israelitas & perditos infirmum dicunt legis doctorẽ, inuenient in ea vocatione quæ est secundum nos, multos quidẽ vocatos, paucos verò electos, & intrinsecus lupos, foris verò

indutos pelles ouium, & id quod erat semper liberum, & suæ potestatis in homine semper seruasse deum, & suâ exhortationem, vt iuste qui non obediunt, & qui obediunt & credunt ei, honorentur incorruptibilitate.

¶ Quare circuncisio data est, & obseruatio sabbatorum, & quam habent recapitulationem. Cap. X X X.

¶ Quoniam autem & circuncisionem non quasi consummationem iustitiæ, sed in signo eam dedit deus, vt cognoscibile perseveret genus Abrahamæ, ex ipsa scriptura discimus. Dixit enim, inquit, deus ad Abraham, Circuncidetur omne masculinum vestrum, & circuncidetur carnem præputij vestri, & erit in signum testamenti inter me & vos. Hoc idem de sabbatis Ezechiel propheta ait, Et sabbata mea dedi eis, vt sint in signo inter me & ipsos, vt sciant quoniã ego sum dominus, qui sanctifico vos. Et in Exodo deº ait ad Moysen, Et sabbata mea obseruabitis, erit enim in signum apud me vobis in generationes vestras. In signo ergo data sunt hæc, non autem sine symbolo erant signa, id est, sine argumento, neque ociosa, tanquã quæ à sapiente artifice darentur, sed secundum carnem circuncisio, præfigurabat spiritalem. Etenim nos, ait Apostolus, circuncisus sumus circuncisione non manu facta. Et propheta ait, Circuncidite duritiam cordis vestri. Sabbata autem, perseverantiam totius diei erga deum deseruitionis edocebant. Aestimati enim sumus, ait Apostolus Paulus, tota die vt oues occisionis, scilicet & consecrati, & ministrantes omni tempore fidei nostræ, & perseverantes ei, & abstinentes ab omni avaritia, non acquirentes nec possidentes thesauros in terra. Manifestabatur autem & tanquã de ea quæ facta sunt requietio dei, hoc est, regnũ in quo requiescens homo ille qui perseverauerit deo assistere, participabit de mensa dei. Et quia non per hæc iustificabatur homo, sed in signo data sunt populo, ostendit quod ipse Abraham sine circuncisione, & sine obseruatione

natione sabbatorum credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei vocatus est. Sed & Loth sine circumcissione eductus est de Sodomis, percipiens salutem à Deo. Item Deo placens Noë cum esset incircuncisus, accepit mensuras mundi secundum generationes: sed & Enoch sine circumcissione placens Deo cum esset homo, Dei legatione ad angelos fungebatur, & translatus est, & conseruatur vsque tunc testis iustitiae Dei, quoniam angeli transgressi deciderunt in iudicium, homo autem placens, translatus est in salutem. Sed & reliqua autem omnis multitudo eorum, qui ante Abraham fuerunt, iusti, & eorum patriarcharum, qui ante Moysen fuerunt, sine hiis quæ prædicta sunt, & sine lege Moysei iustificabantur. Quemadmodum & ipse Moyses in Deuteronomio ait ad populum, Dominus deus tuus testamentum disposuit in Ore, & non patribus vestris disposuit dominus testamentum hoc, sed ad vos. Quare igitur patribus non disposuit testamētum? Quia lex non est posita iustis, iusti autem patres, virtutem decalogi conscriptam habentes in cordibus & animabus suis, diligentes scilicet deū, qui fecit eos, & abstinentes erga proximum ab iniustitia, propter quod non fuit necesse admonere eos correptoriis literis, quia habebant in semetipsis iustitiam legis. Cum autem hæc iniustitia & dilectio quæ erat erga deum, cessisset in obliuionem, & extincta esset in Aegypto, necessario deus propter multam suam erga homines beneuolentiam semetipsum ostendebat per vocem, & eduxit de Aegypto populum in virtute, vti rursus fieret homo discipulus & sectator Dei, & subaffligebat indicto audientes, vt non contemnerent eum, qui se fecit, & manna cibauit eos, vti rationalem acciperent escam. Quemadmodum & Moyses in Deuteronomio ait, Et cibauit te manna, quod non sciebant patres tui: vti cognoscas, quoniam non in pane solo viuet homo, sed & in omni verbo Dei, quod procedit de ore eius, viuit homo.

¶ In quo differt decalogus à reliquis præceptis. Caput. XXXI.

ERga deū dilectionem præsciebat, & eam quæ ad proximū est iustitiā insinuabatur, vt nec in iustus, nec indignus sit Deo præstruēte hominem per decalogum in suam amicitiam, & eam quæ circa proximū est concordiam. Quæ quidē ipsi proderāt homini, nihil tamen indigētix Deo ab homine, & propter hoc scriptura ait, Hos sermones locutus est dominus ad omnē synagogā filiorum Israël in monte, & nihil adiecit. Nihil enim, quæadmodum prædiximus indigebat ab eis. & iterum Moyses ait, Et nunc Israël, quid dominus deus tuus postulat à te, nisi timere dominum deum tuum, ambulare in omnibus viis eius, & diligere eū, & seruire domino Deo tuo, ex tota anima tua. Hæc quidē gloriosum faciebāt hominē, id quod deerat ei in plenitia, id est, amicitia dei. Deo autem præstabat nihil, nec enim indigebat deus dilectione hominis. Deerat autē homini gloria Dei, quā nullo modo poterat percipere, nisi per eam obsequentiā, quæ est erga deū. Et propter hoc iterū Moyses ait, Elige vitam, vt viuas tu & semen tuum, Diligere dominū deum tuum, & audire vocem eius, & apprehendere eum. Quoniam hæc est vita tua, & longitudo dierum tuorū. In quam vitā præstruēs hominē, decalogi quidē verba, ipse per semetipsum omnibus similiter dominus locutus est. Et ideo similiter permanent apud nos, extensionem & augmentū, sed nō dissolutionem accipientia per carnalem eius aduētum. Seruitutis autē præcepta, separatim per Moysen præcepit populo, apta illorum eruditioni siue castigationi. Quæadmodum ipse Moyses ait, Et mihi præcepit dominus in tempore illo dicere vobis iustificationes & iudicia. Hæc ergo quæ in seruitutem & in signū data sunt illis, circūcinxit nouo libertatis testamento. Quæ autem naturalia & liberalia & cōmunia omnium auxit & dilatauit, sine inuidia largitur, donās hominib⁹ per adoptionem patrē scire deū, & diligere eum ex toto corde, & si-

ac

ne auersione sequi eius verbū, nō tantum abstinentes à malis operationibus, sed etiā à concupiscentiis earum. Auxit autē etiā & timorē: filios enim plus timere oportet, quā seruos, & maiorem dilectionē habere in patre. Et propter hoc ait dominus, Omnem sermonē otiosum quem locuti fuerint homines, reddēt pro eo rationem in die iudicij, Et qui viderit mulierem ad concupiscendum eā, iam mœchatus est eam in corde suo: & qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicio. Vt sciamus, quoniā nō solū factorū reddimus rationē Deo vt serui, sed etiā sermonū & cogitationū, tāquam qui & libertatis potestātē acceperimus, in quā magis probatur homo, si reuereatur vt timeat, & diligat deū. Et propter hoc Petrus ait, Non velamentū malitiæ habere nos libertatē, sed ad propitiationē & manifestationem fidei,

¶ **O**stensio quoniam non propter se, nec indigens deus seruitio eorum, Leuiticam præcepit legem: qui etiam requirit ab homine deus, nullius indigens. Cap. XXXII.

Quoniam autem non indigens deus seruitute eorum, sed propter ipsos quasdam obseruantias in lege præcepit, plenissime prophetę indicant. Et rursus, quoniam non indiget deus oblatione hominum, sed propter ipsum qui offerat hominem, manifeste dominus docuit, quemadmodū ostendimus. Si quando enim negligentes eos iustitiā, & abstinentes à dilectione Dei videbat, per sacrificia autē, & reliquas typicas obseruantias putātes propitiari dominū, dicebat eis Samuel quidē sic, Non vult deus holocausta & sacrificia, sed vult exaudiri vocem suā. Ecce auditus bonus super sacrificiū, & auditus super adipem arietum. Dauid autē ait, Sacrificiū & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi: holocausta autē pro delicto non postulasti. Docens eos quoniā obauditionem vult deus, quæ seruat eos, quā sacrificia & holocaustomata, quæ nihil eis profunt ad iustitiā, & nouum simul prophetans

prophetans testamentum. Manifestius autem adhuc in
 quinquagesimo psalmo de hiis ait. Quoniã si voluisses
 sacrificium dedissem, vtique holocaustis non delectaberis.
 Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum
 & humiliatum deus non despicias. Quoniam ergo nihil
 indiget deus in eo qui est ante hunc psalmo ait, Non
 accipiã de domo tua vitulos, nec de gregibus tuis hircos.
 Quoniam meæ sunt omnes vestræ terræ, iumenta in montibus,
 & boues, cognoui omnia volatilia cæli, & species agri
 mecum est. Si esuriero non dicam tibi, meus est orbis
 terræ, & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes
 taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Deinde ne
 quis putet, propterea quod irasceretur eum recusare hæc,
 infert cõsiliu ei dans. Immola Deo sacrificium laudis,
 & redde altissimo vota tua, & inuoca me in die
 tribulationis tuæ, & eripiam te, & glorificabis me.
 Illa quidem per quæ putabant peccantes propitiari
 deum abnuens, & ostendens quod ipse nullius rei
 indiget: his autem per quæ iustificatur homo, & appropin-
 quat Deo, hortatur & admonet. Hoc idem autem &
 Esaias ait, Quo mihi multitudinem sacrificiorum ve-
 strorum? dicit dominus, Plenus sum. Et cum abnuisset
 holocaustomata, & sacrificium, & oblationes, & adhuc
 etiam & Neomenias, & sabbata, & ferias, & reliquam
 vniuersam consequentem hijs obseruationem, intulit,
 suadens eis quæ salutaria sunt. Lauamini, mundi estote,
 auferte nequitias à cordib⁹ vestris corã oculis meis,
 desinite à malitiis vestris, discite bonum facere, exquirite
 iudicium, eruite eum qui iniuriam patitur, iudicate
 pupillo, & iustificate viduam, & venite disputemus,
 dicit dominus. Non enim sicut mutus homo, vt multi
 audent dicere, diuertit eorum sacrificium. Sed miserã
 eorum cæcitati, & verum sacrificium insinuans, quod
 offerentes propitiabuntur deum, vt ab eo vitam percipiant.
 Quemadmodum alibi ait, Sacrificium Deo cor
 contribulatum, odor suauitatis Deo cor clarificã eum
 qui plasmavit. Si enim irascens abnueret hæc cæcorum
 sacrificia, tanquam qui indigni essent consequi misericordiam

cordiam eius, non utiq; eisdem ipsis suaderet, per quæ saluari possent. Sed quoniam deus misericors est, non abstidit eos à bono consilio. Nam per Hieremiam cum dixisset, Quò mihi thus de Saba affertis, & cinanomum de terra longinqua? holocaustomata, & sacrificia vestra non delectauerunt me, intulit, Audite sermonem domini omni Iuda, hæc dicit dominus deus Israël, Dirigite vias vestras, & studia vestra, & constituam vos in loco isto, nec consili fueritis vobismet in sermonibus mendacibus. Quoniam in totum non proderunt vobis, dicentes, Templum domini, templum domini, templum domini est. Et iterum significans, quoniam non propter hoc eduxit eos de Aegypto, ut sacrificia ei offerrent, sed ut obliti idololatriæ Aegyptiorum, audire vocem domini possent, quæ erat ei salus & gloria, sic per eundem Hieremiam ait, Hæc dicit dominus, holocaustomata vestra colligite cum sacrificijs vestris, & manducate carnes. Quoniam non sum locutus ad patres vestros, nec de holocaustomatibus & sacrificijs præcepi eis, quæ die eduxi eos de Aegypto, sed sermonem hunc præcepi eis, dicens, Audite vocem meam, & ero deus vester, & vos eritis populus meus, & ambulate in omnibus vijs meis, quæcunque præcepero vobis, ut bene sit vobis. & non obaudierunt, nec intenderunt: sed ambulauerunt in cogitationibus cordis malitiæ suæ, & facti sunt retrorsus, & non ad priora. Et iterum per eundem ipsum dicens, Sed in hoc gloriatur qui gloriatur, intelligere & scire, quoniam ego sum dominus, qui facio misericordiam & iustitiam, & iudicium in terra, intulit, Quoniam in hijs voluntas mea est, dicit dominus. Sed nec in sacrificijs, nec in holocaustomatibus, nec in oblationibus. Non enim principaliter hæc, sed secundum consequentiam, & propter prædictam causam habuit populus, sicut iterum Esaias ait, Non obtulisti mihi oves holocaustomatibus tuis, nec in sacrificijs tuis clarificasti me, non seruisti mihi in sacrificijs, nec aliquid laboriose fecisti in thure, nec mercatus es mihi argento incensum, nec adipem sacrificiorum tuorum concupiui, sed in peccatis tuis,

& in iniquitatibus tuis ante me stetisti. Super quem iuratur, ait, aspiciam, nisi in humilem & quietum, & tremētē sermones meos. Non enim adipēs & carnes pingues auferent à te iniustitias tuas : hoc est enim ieiunium, quod ego elegi, dicit dominus, Solue omnē nodum iniustitiæ, dissolue cōnexus violentorū commerciorum, dimitte quassatos in requiē, & omnē conscriptionē iniustam conscinde. Frange esuriēti panem tuum ex animo, & peregrinum sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, cooperi eum, & domesticos seminis tui despicias: tunc erumpet matutinum lumen tuum, & sanitates tibi cito orientur, & præcedet ante te iustitia, & gloria Dei circundabit te. Et adhuc te loquente dicam, Ecce adsum. Et Zacharias autem in xij. prophetis, significans eis voluntatem Dei, ait, Hæc dicit dominus omnipotens, Iudicium iustum iudicate, pietatem & misericordiam facite, vnusquisque ad fratrem suum, Viduā, & orphanum, & profolytum, & pauperem nolite opprimere, & vnusquisque malitiæ fratris sui non reminiscatur in corde suo. Et iterum, Hij sunt, inquit, sermones quos facietis: Loquimini veritatē vnusquisque ad proximum suum, & iudicium pacificum iudicate in portis vestris, & vnusquisque malitiam fratris sui non recogitet in corde suo, & iurationē falsam ne dixeritis. Quoniam hæc omnia odi, dicit dominus omnipotēs. Et Dauid autem similiter, Quis est, inquit, homo, qui vult vitam, & amat videre dies bonos? Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum, Declina à malo, & fac bonum: inquire pacem, & sequere eam. Ex quibus omnibus manifestum est, quia non sacrificia & holocaustomata quærebat ab eis deus, sed fidem; & obedientiam, & iustitiam, propter illorum salutem. Sicut in Osæ propheta docens deus suam voluntatem, dicebat, Misericordiam volo, quàm sacrificium, & agnitionem Dei super holocaustomata. Sed & dominus noster eadem monebat eos, dicens, Si enim cognouissetis, quid est, Misericordiam volo quàm sacrificium, nunquàm condemnaretis immerentes; testimonium

Quem reddens prophetis, quoniam veritatem prædicabant, illos autem arguens sua culpa insipientes. Sed & suis discipulis dans consilium, primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed vt ipsi nec infructuosi nec ingrati sint, eum qui ex creatura panis est, accipit & gratias egit dicens, Hoc est meum corpus. Et calicem similiter, qui est ex ea creatura, quæ est secundum nos, suum sanguinem confessus est, & noui testamenti nouam docuit oblationem, quam ecclesia ab apostolis accipiens in vniuerso mundo offert Deo, ei qui alimenta nobis præstat primitias suorum munerum in nouo testamento, de quo in xij. prophetis Malachias sic præsignificauit, Nō est mihi volūtas in vobis, dicit dominus omnipotēs, & sacrificium non accipiam de manibus vestris. Quoniam ab ortu solis vsque ad occasum nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incensum offertur nomini meo, & sacrificium purum. Quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit dominus omnipotens: manifestissime significans per hæc, quoniam prior quidem populus cessauit offerre Deo: omni autem loco sacrificium offertur ei, & hoc purum; nomen autem eius glorificatur in gentibus.

Eucharistia.

¶ Quemadmodū nomen domini Iesu Christi, propriū patris ostēditur. Cap. XXXIII.

Quod est autem nomen, quod in gentibus glorificatur, quāquam quod est domini, per quæ glorificatur pater, & glorificatur homo: & quoniam propriū filij eius est, & ab eo factus est homo, suum illud vocat. Quemadmodū si quis rex ipse filij sui pingat imaginem, iuste suam illam dicit imaginem secundum vtrumque, quoniam & filij eius est, & quoniam ipse fecit eam: sic & Iesu Christi nomen, quod per vniuersum mundū glorificatur in ecclesia, suum esse confiteatur pater, & quoniam filij eius est, & quoniam ipse scribēs id, ad salutem dedit hominum. Quoniam ergo nomen filij propriū patris est, & in Deo omnipotente, per Iesum Christum offert ecclesia, bene ait secundum vtrāque; & in omni loco incensum offertur nomini meo,

meo, & sacrificium purum. Incensa autem Ioannes in Apocalypsi, orationes ait esse sanctorum.

¶ De sacrificiis & oblationibus, & qui sunt, qui in veritate offerunt. Cap. XXXIII.

Igitur ecclesie oblatio, quam dominus docuit offerri in vniuerso mundo, purum sacrificium reputatum est apud deum, & acceptum est ei, non quod indigeat à nobis sacrificium, sed quoniam is qui offert, glorificatur ipse in eo quod offert, si acceptetur munus eius. Per munus enim erga regem & honos, & affectio ostenditur: quod in omni simplicitate & innocetia dominus volens nos offerre prædicauit, dicens, Quum igitur offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris, quoniam frater tuus habet aliquid aduersum te, dimitte munus tuum ante altare, & vade primum recõciliari fratri tuo, & tunc reuersus offer munus tuum. Offerre igitur oportet Deo primitias eius creaturæ, sicut & Moyses ait. Non apparebis vacuus ante conspectum domini Dei tui: vt in quibus gratus extitit homo, in hiis gratus ei deputatus, eum qui est ab eo percipiat honorem. Et genus oblationum reprobatum est, oblationes enim & illic, oblationes autem & hic. Sacrificia in populo, sacrificia & in ecclesia. Sed species immutata est tantum, quippe cum iam non à seruis, sed à liberis offeratur. Vnus enim & idem dominus, proprium autem character seruis oblationis, & proprium liberorum, vt & per oblationes ostendatur indicium libertatis. Nihil enim ociosum, nec sine signo, siue argumento apud eum. Et propter hoc illi quidem decimas suorum habebant consecratas. Qui autem perceperunt libertatem, omnia quæ sunt ipsorum ad dominicos decernunt vsus, hilariter & libere dantes ea, non quæ sunt minora, vtpote maiorem spem habentes vidua illa & paupera hoc totum victum suum mittente in gazophylacium Dei. Ab initio enim respexit deus ad munera Abel, quoniam cum simplicitate & iustitia offerebat. Super sacrificium autem Cain non respexit, quoniam cum zelo & malitia, quæ

erat aduersus fratrem, diuisionem habebat in corde. Quemadmodum occulta eius arguens deus ait, Nonne si recte offeras, recte autem non diuidas peccasti, quiesce, quoniam non sacrificio placatur deus. Si enim quis solummodo secundum quod videtur, munde & recte, & legitime offerre temptauerit, secundum suam animam non recte diuidat eam quæ est ad proximum communionem, neque timorem habeat Dei, non per id quod recte foris oblatum est sacrificium, ad se ducit deum, intus habens peccatum: nec oblatio talis proderit ei aliquid, sed cessatio mali, quod est intus conceptum, ne per assimulatam operationem, magis autem peccatum ipsum sibi homicidam faciat hominem. Propter quod & dicebat dominus, Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quoniam similes estis monumentis dealbatis. A foris enim sepulchrum apparet formosum, intus autem plenum est ossibus mortuorum, & vniuersa immunditia: sic & vos à foris quidem apparetis hominibus quasi iusti, intus autem pleni estis malitia & hypocrisis. Cum à foris enim recte offerre putentur, similem zelum Cain habebant in semetipsis, propter quod occiderunt iustum, prætermittentes consilium verbi, quemadmodum & Cain. Illi enim ait, quiesce, & non assensit. Quiescere autem quid est aliud, quàm desinere à proposito impetus? Et hiis similia dicens, Pharisæe, inquit, cæce emunda quod est intus calicis, vt fiat & quod foris est mundum. Et non audierunt. Ecce enim, ait Hieremias, non sunt oculi tui, nec cor tuum bonum, sed in cupiditate tua, & sanguinem iustum vt effundas eum, & ad iniustitiam, & ad homicidium vt facias. Et iterum Esaias, Fecistis, inquit, concilium non per me, & testamenta, non per spiritum meum. Vt igitur interior eorum voluntas & cogitatio ad manifestum producta, sine culpa & malum non operantem ostendat esse deum, eum qui absconsa manifestat, sed eum qui malum operetur, cum minime acquiesceret Cain, ait ei, Ad te conuersio eius, & tu dominaberis eius. Pilato quo-

que similiter dicebat, Nullam haberes potestatem in me, nisi data tibi fuisset desuper, concedente Deo semper iustū, vt hic quidē ex hiis quę passus est & sustinuit, probat⁹ recipiatur, qui autē malignatus est ex hiis quę egit adiudicatus, expellatur. Igitur non sacrificia sanctificant hominem, non enim indiget sacrificio deus, sed conscientia eius qui offert, sanctificat sacrificium pura existens, & præstat acceptare deum quasi ab amico. Peccator autem, inquit, qui occidit mihi vitulum, quasi occidat canem. Quoniam igitur cum simplicitate ecclesia offert, iuste munus eius purum sacrificium apud deum deputatum est. Quemadmodum & Paulus Philippenſibus ait: repletus sum acceptis ab Epaphrodito, quę à vobis missa sunt. odorem suauitatis, hostiam acceptabilem, placentem Deo. Oportet enim nos oblationem Deo facere, & in omnibus gratos inueniri fabricatori Deo, in sententia pura, & fide sine hypocrisis, in spe firma, in dilectione feruenti, primitias earum quę sunt eius creaturarum offerentes: & hanc oblationem ecclesia sola puram offert fabricatori, offerēs ei cum gratiarum actione ex creatura eius. Iudæi autem iam non offerunt: manus enim eorum sanguine plenę sunt: nō enim receperunt verbum, per quod offertur Deo. Sed neque omnes hæreticorum synagogæ. Alij enim alterum præter fabricatorem dicentes patrem, ideo quę secundum nos creature sunt offerentes ei, cupidum alieni ostendunt eum, & aliena concupiscentem. Qui vero ex defectione & ignorantia & passione dicunt facta ea quę sunt secundum nos, & ignorantia & passionis & defectionis fructus offerentes, peccant in patrem suum, contumeliam facientes magis ei, quàm gratias agentes. Quomodo autem constabit eis, eum panem in quo gratiæ actæ sint, corpus esse domini sui, & calicem sanguinis eius, si non ipsum fabricatoris mundi filium dicant, id est, verbum eius, per quod lignum fructificate defluunt fontes, dat primum quidem fœnum, post deinde spicā, deinde plenum triticum in spica. Quomodo autem rursus dicūr carnem
ia

in corruptionem deuenire, & nõ percipere vitam, quæ à corpore domini & sanguine alitur? Ergo aut sententiã mutant, aut abstineant offerendo quæ prædicta sunt. Nostra autem consonans est sententia Eucharistiæ, & Eucharistia rursus confirmat sententiam nostram. Offerimus enim ei, quæ sunt eius, congruenter commutationem & vnitatem prædicantes carnis & spiritus. Quemadmodum enim qui est à terra panis percipiens vocationem Dei, iam non communis panis est, sed Eucharistia, ex duabus rebus constans, terrena & cælesti: Sic & corpora nostra percipientia Eucharistiam, iam non sunt corruptibilia, spem resurrectionis habentia. Offerimus auté ei non quasi indigenti, sed gratias agentes donationi eius, & sanctificantes creaturam. Quemadmodum enim deus non indiget eorum quæ à nobis sunt, sic nos indigemus offerre aliquid Deo. Sicut Salomon ait, Qui miseretur pauperi, fœneratur Deo. Quis enim nullius indigens est deus, in se assumit bonas operationes nostras, ad hoc vt præstet nobis retributionem bonorum suorum. Sicut dominus noster ait: Venite benedicti patris mei, percipite præparatum vobis regnũ: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, sitiui & potastis me, hospes fui & collegistis me, nudus & cooperuistis me, infirmus & visitastis me, in carcere & venistis ad me. Sicut igitur non hiis indigens, attamen à nobis propter nos fieri vult, ne simus infructuosi: Ita ad ipsum verbum dedit populo præceptum faciendarum oblationum, quamuis non indigeret eis, vt disceret Deo seruire. Sic & ideo nos quoque offerre vult munus ad altare frequenter sine intermissione. Est ergo altare in cælis; Illuc enim præces nostræ, & oblationes nostræ diriguntur: & ad templum; quemadmodum Ioannes in Apocalypsi ait, & apertum est templum Dei, & tabernaculum. Ecce enim, inquit, tabernaculum Dei, in quo habitabit cum hominibus.

¶ Quorum

z ij

¶ Quorum typum accipiebat populus, quemadmodum & prophetabant prophetæ futura. Cap. XXXV.

M Vnera autem & oblationes, & sacrificia omnia in typo populus accepit. Quemadmodum ostensum est Moyfi in monte Sinai ab vno & eodem Deo, cuius & nunc in ecclesia glorificatur nomen in omnibus gentibus. Sed terrena quidē quæ sunt erga nos disposita, congruit typos esse eorum, quæ sunt cælestia, ab eodem tamen Deo facta. Nec enim aliter poterat assimilari spiritualium imaginum. Quæ autem supercælestia & spiritalia sunt, & quantum ad nos spectat inuisibilia & inenarrabilia, typos rursus alterorum cælestium dicere, & alterius pleromatis, & deum alterius patris imaginem esse, & errantium est à veritate, & omnimodo stultorum & hebetum. Cogentur enim hij tales, quemadmodum sæpenumero ostendimus, semper typos typorum, & imagines imaginum ad inuenire, & nunquam figere animum suum in vno & vero Deo: supra enim deum factæ sunt cogitationes ipsorum, supergressi cordibus suis ipsum magistrum, superpitione quidem superelati & supergressi, veritate autem declinantes à vero Deo.

¶ Quemadmodum inuestigabilis & incomprehensibilis ostenditur is, qui hæc quæ secundū nos est condidit creaturam. Caput XXXVI.

A D quos iuste quis dicat, quemadmodum ipse sermo suggeretur. Quatenus super deum extollitis cogitationes vestras, inconsiderate elati? Audistis mentos esse cælos in palmo, dicite mihi mensuram, & enarrate multitudinem cælorum innumerabilem, exponite mihi plenitudinem, latitudinem, & longitudinem, & altitudinem circummensationis, initium & finem, quæ non intelliget cor hominis, & non comprehendet ea. Vere enim magna sunt thesau

thesaurophylacia caelestia, immensurabilis est in corde deus, & incomprehensibilis in animo, qui comprehendit terram pugillo, quis perspiciat mensuram, & dextræ eius digitum qui cognoscet? aut manum eius quis intelliget, eam quæ mensurat immensa, eam quæ tendit mensura sua mensuram cælorum, & constringit pupillo terram cum abyssis, quæ in se continet latitudinem, & longitudinem, & profundum deorsum, & altitudinem supernam vniuersæ conditionis, quæ videtur, quæ auditur & intelligitur, & quæ inuisibilis est: & propter hoc super omne initium & potestatem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, omnium quæ facta & condita sunt existens deus, ipse est qui cælos implet, & perspicit abyssos, qui est etiam cum vnoquoque nostrum. Deus enim, inquit, appropinquans ego sum, & non deus de longinquo. Si absconditur homo in absconsis, & ego eum non videbo? manus enim eius apprehendit omnia: & ipsa est quæ cælos quidem illuminat, etiam quæ sub cælo sunt, & scrutatur renes, & corda, & in absconsis inest & in secretis nostris, & in manifesto alit & conseruat nos. Si autem plenitudinem & magnitudinem manus eius non comprehendit homo, quemadmodum poterit quis intelligere aut cognoscere in corde tam magnum deum? Quem quasi iam mensi sint, & perspexerint, & vniuersum eum decucurrerint, super eum esse aliud pleroma. A Eorum cõsingunt, & alterum patrem: ad caelestia quidem non suspicientes, vere autem in profundum Bythum dementiae descendentes: patrem quidem dicentes suum finiri, vsque ad ea quæ sunt extra pleroma: Demiurgum vero rursus non attingere vsque ad pleroma. Et sic neutrum eorum ponunt esse perfectum, & comprehendentem omnia. Deerit enim illi quidem vniuersa quæ est extra pleroma fabricatio, huic autem quæ est intra pleroma fabricatio, & neuter eorum erit omnium deus. Quoniam autem magnitudinem Dei ex hiis quæ ab eo facta sunt nemo enarrare potest, hoc omnibus manifestum est: & quoniam magnitudo eius non deficit, sed

omnia continet, & peruenit vsque ad nos, & nobiscum est, omnis quicumque digne Deo sapit confitebitur.

¶ Secundum quid not⁹ deus, & quod ipse pater conditor omnium per suas manus formauit hominē. Cap. XXXVI.

Igitur secundum magnitudinem non est cognoscere deum, Impossibile est enim mensurari patrem : Secundum autem dilectionem eius, hæc est enim quæ nos per verbum eius ducit ad deum obaudiētes ei, semper dicimus quoniam est tātus deus, & ipse est qui per semetipsum constituit, & fecit & adornauit, & continet omnia, in omnibus autem & nos, & hunc mundum qui est secundum nos. Et nos igitur cum hiis quæ continentur ab eo, facti sumus. Et hic est de quo scriptura ait, Et plasmauit deus hominem, limum terræ accipiens, & insufflauit in faciem eius flatum vitæ. Non angeli fecerunt nos, nec nos plasmauerunt, nec angeli potuerūt imaginē facere Dei, nec alius quis, præter verbum domini, nec virtus longe absistens à patre vniuersorum. Nec enim indigebat horum deus ad faciendum, quæ ipse apud se præhnerat fieri, quasi ipse suas nõ haberet manus. Adest enim ei semper verbum & sapientia filius, & spiritus, per quos, & in quibus omnia libere & sponte fecit, ad quos & loquitur, dicens, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, ipse à semetipso substantiam creaturarum, & exemplum factorum, & figuram in mundo ornamentorum accipiens. Bene ergo scriptura dicit: Primo omnium crede, quoniam vnus est deus, qui omnia constituit & consummauit, & fecit ex eo quod nõ erat, vt essent omnia, omnium capax, & qui à nemine capiat. Bene autē & in prophetis Malachias ait: Nõne vn⁹ deus qui constituit nos? Nõne pater vnus est omnium nostrorū? Consequēter autē & Apostolus ait: Vn⁹ deus, inquit, pater qui super omnes, & in omnibus nobis. Similiter autem & dominus, omnia mihi, inquit, tradita sunt à patre meo, Manifeste ab eo qui omnia fecit. Non enim

enim aliena, sed sua tradidit ei, In omnibus autem nihil subtractum est, & propter hoc id est Iudex viuentium & mortuorum, habens clauem Dauid, aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit. Nemo enim alius poterat nec in cælo, nec in terra, nec sub terra aperire patrum librum, nec videre eum, nisi agnus qui occisus est, & sanguine suo redemit nos: ab eodem, qui omnia verbo fecit, & sapientia adornauit accipiens omnium potestatem, quando verbum caro factum est, ut quemadmodum in cælis principatum habuit verbum Dei, sic & in terra haberet principatum: quoniam homo iustus, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: principatum autem habeat eorum que sunt sub terra, ipse primogenitus mortuorum factus: & ut viderent omnia, quemadmodum prædiximus, suum regem, & ut in carnem domini occurrat paterna lux, & à carne eius rutila veniat in nos, & sic homo deueniat in incorruptelam, circumdatus paterno lumine. Et quoniam verbum, id est, filius semper cum patre erat, per multa demonstrauius. Quoniam & sapientia que est spiritus, erat apud deum ante omnem constitutionem, per Salomonem ait: Deus sapientia fundauit terram, parauit autem cælum prudentia. Sensu eius abyssi eruperunt, nubes autem manauerunt ros. Et rursus, Dominus creauit me principium viarum suarum, in opera sua ante seculum fundauit me, in initio antequam terram faceret, & priusquam procederent fontes aquarum, antequam montes confirmarentur, Ante omnes autem colles genuit me. Et iterum, Cum pararet cælum eram cum illo, & cum firmos faceret fontes abyssi, quando fortia faciebat fundamenta terræ, eram apud eum aptans. Ego eram cui adgaudebat, quotidie autem delectabar ante faciem eius in omni tempore, cum lætaretur orbe perfecto, & iocundaretur in filiis hominum. Unus igitur deus, qui verbo & sapientia fecit & aptauit omnia, hic est autem Demiurgus, qui & mundum hunc attribuit humano generi, qui secundum magnitudinem quidem ignotus est omnibus hiis qui ab eo facti sunt.

Nemo enim inuestigauit altitudinem eius, nec veterū, nec eorum qui nunc sunt. Secundum autē dilectionem cognoscitur semper, per eum per quem constituit omnia. Est autē hic verbu eius dominus noster Iesus Christus, qui in nouissimis téporibus homo, in hominibus factus est, vt finem coniungeret principio, id est, hominem Deo. Et propterea prophetæ ab eodem verbo propheticum accipientes charisma, prædicauerunt eius secundum carnem aduentum, per quem commixtio & communio Dei & hominis secundum placitum patris facta est, ab initio prænunciante verbo Dei, quoniam videbitur deus ab hominibus, & conuersabitur cum eis super terram, & colloqueretur affuturus esset, id est ab vniuerso suo plasmate, saluans illud, & parcibilis ab eo, & liberans nos de manibus omnium odientū nos, transgressionis spiritu, & faciens nos seruire sibi in sanctitate & iustitia omnes dies nostros, vti complexus homo spiritum Dei, in gloriam cedat patris. Hæc propheticæ significabant prophetæ, sed non quemadmodum quidam dicunt, inuisibili patre omnium existente alterum esse eum, qui à prophetis videretur. Hoc autem dicunt, qui in totum quid sit prophetia nesciunt. Nam prophetia est prædicatio futurorum, id est, eorum quæ post erunt, præsignificatio. Præsignificabant enim prophetæ, quoniam videbitur deus ab hominibus, quemadmodum & dominus ait, Beati mūdo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Sed secundum magnitudinem quidem eius, & mirabilem gloriam nemo videbit deum, & viuet, Incapabilis enim pater: secundum autem dilectionē & humanitatē, & quod omnia possit; etiā hoc cōcedit hiis qui se diligunt, id est videre deum, quod & prophetabāt prophetæ. Quoniā quæ impossibilia apud deū. Homo etenim à se non videt deum. Ille autē volēs videtur ab hominibus, à quibus vult, & quæadmodum vult. Potens est enim in omnibus deus, visus quidē tūc per spiritū prophetiæ, visus est autē & per filiū adoptiue, videbitur autē & in regno cælorū paternaliter, spiritu quidē præparāte hominē in filiū Dei, filio autē adducente

ducente ad patrem, patre autem incorruptelam donante in æternam vitam, quæ unicuique euenit ex eo quod videat deum. Quemadmodum enim videntes lumē intra lumen sunt & claritatem eius recipiūt, Sic & qui vident deum, intra deum sunt, percipientes eius claritatem. viuificat autem eos claritas, percipiunt ergo vitam qui vidēt deum: & propter hoc incapibilis, visibilis se & comprehensibilem, & capace[m] hominibus præstat, vt viuificet percipientes & videntes se. quemadmodū enim magnitudo eius inuestigabilis est, sic & benignitas eius enarrabilis, per quam visus vitam præstat iis, qui vidēt eum. Quoniam viuere sine vita impossibile est: subsistētia vitæ autem, de participatione euenit: participatio autem Dei, est videre deum, & frui benignitate eius. Homines igitur videbunt deum, & viuēt per visionem, immortales facti, & pertingentes vsque in deum. Quod sicut prædixi per prophetas figuraliter manifestabatur, quoniam videbitur Deus ab hominibus, qui portant spiritum eius, & semper aduētum Christi sustinent. Quemadmodum & in Deuteronomio Moyses ait: In die ista videbimus, quoniam loquetur deus ad hominem, & viuēt. Quidam enim eorum videbant spiritum propheticum, & operationes eius in omnia genera charismatum effusa: alij verò aduentum domini, & eā quæ est ab initio administrationem, per quam perfecti, voluntatem patri quæ est in cælis, & quæ est in terris: alij verò & glorias paternas temporibus aptas, & ipsis qui videbant, & qui tunc audiebant, & omnibus qui deinceps audituri erant. Sic igitur manifestabatur deus, per omnia enim hæc Deus pater ostenditur, spiritu quidem operante, filio verò administrante, patre verò comprobante, homine verò consummante ad salutem. Quemadmodum & per prophetam Osce ait, Ego, inquit, visiones multiplicauī, & in manibus prophetarum assimilatus sum. Apostolus autem id ipsum exposuit, dicens, Diuisiones autē charismatum sunt, idem autē spiritus, & diuisiones ministeriorum sunt, idē dominus, & diuisiones operationum sunt, idē autē deus, qui operatur omnia in omnibus.

bus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Sed quoniam qui in omnia in omnibus operatur deus est, qualis est & quatenus est, inuisibilis & inenarrabilis est omnibus, quæ ab eo facta sunt, Incognitus autem nequaquam: omnia enim per verbum eius discunt, qui est vnus deus pater qui cõtinet omnia, & omnibus esse præstat, quemadmodum in Euãgelio scriptum est, Deum nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarravit. Enarrat ergo filius ab initio patris, quippe qui ab initio est cum patre, qui & visiones propheticas, & diuisiones charismatum, & ministeria sua, & patris glorificationem consequenter & composite ostenderit humano generi apto tempore ad vtilitatem. Vbi est enim consequentia, illic & constantia, & vbi est constantia, illic & pro tempore, & vbi pro tempore, illic & vtilitas, & propterea verbum dispensatum paternæ gratiæ factus est ad vtilitatem hominum, propter quos fecit tantas dispositiones, hominibus quidem ostendens deum, deum autem exhibens hominem: & inuisibilitatem quidem patris custodiens, ne quando homo fieret contemptor dei, & vt semper haberet, ad quod proficeret: visibilem autem rursus hominibus per multas dispositiones ostendens deum, ne in totum deficiens homo cessaret esse: Gloria enim dei viuens homo, Vita autem hominis, visio dei. Si enim quæ est per conditionem ostensio dei vitam præstat hominibus in terra viuentibus, multo magis ea quæ est per verbum manifestatio patris, vitam præstat hiis, qui vident deum. Quoniam ergo spiritus dei, per prophetas futura significauit, præformans nos, & præaptas ad id, vt subditi deo simus: futurum autem erat, vt homo per sancti spiritus bene placitum videret: necessario oportebat eos per quos futura prædicabantur videre deum, quem ipsi hominibus videndum intimabant: vti non solum dicatur prophetice deus, & dei filius, & filius, & pater, sed vt videatur omnibus membris sanctificatis & edoctis ea quæ sunt dei, vt præformaretur & præmeditaretur homo applicari in eam gloriam, quæ post reuelabitur hiis qui diligunt deum

deum. Non enim solum sermone prophetabāt prophetæ, sed & visione, & cōuersatione, & actibus quos faciebant, secundum id quod suggerebat spiritus: secundum hanc igitur rationem inuisibilem videbant deum. Quē admodum & Esaias ait, Regem dominum sabaoth vidi oculis meis, significans, quoniam videbit oculis deū homo, & vocem eius audiet. Secundum hanc igitur rationem, & filium dei hominem videbāt conuersatum cum hominibus, id quod futurum erat prophetantes, cum qui nondum aderat, adesse dicentes, & impassibilem passibilem annuntiantes, & eum qui tunc in cælis, in limbum mortis descendisse, dicentes, Et reliquas autem eius recapitulationis dispositiones, quasdam quidem per visiones videbant, quasdam per verbum annuntiabāt, quasdam verò per operationem typice significabāt, quæ quidem videnda erant visibiliter videntes, quæ verò audienda erant, sermone præconantes, quæ verò agenda erant, operatione perficientes, vniuersa verò prophetice annunciantes. Propterea & Moyses trasgressori quidem legis populo igneum deum esse dicebat, igneum à deo diem superduci minitans. His verò qui erga dominum timorem habebant, dominus deus, dicebat, misericors, pius, & magnanimus, & magnæ miserationis, & verax, & iustitiam seruans, & misericordiã in milia, auferens iniustitias, & nequitias, & peccata. Et verbū quidem loquebatur Moyfi apparens in conspectu, quemadmodum si quis loquatur ad amicum suum: Moyses verò cupiuit manifeste videre eum, qui secum loquebatur, & dictum est ei, Sta in loco alto petræ, & manum meam contegam super te. Quando verò trāsierit claritas mea, tunc videbis quæ sunt posteriora mea, facies autem mea non videbitur tibi, non enim videt homo faciē meam, & viuet: vtrāque significans, quoniã & impossibile est homini videre deum, & quoniam per sapientiã dei in nouissimis temporibus videbit deum homo, in altitudine petræ, hoc est in eo qui est secundum hominē eius aduentus, & propter hoc facie ad faciem confabulatus est cum eo in altitudine montis, assistente etiam Helia,

Helia, quemadmodum Euangelium retulit, restituentem in fine pristinam repromissionem. Non igitur manifeste ipsi faciem Dei videbant prophetae, sed dispositiones & mysteria quæ inciperet homo videre deum. Quemadmodum & Heliae dicebatur, Exies cras & stabis in conspectu domini, & ecce dominus transiet, & ecce spiritus magnus, & fortis qui dissoluet montes, & conteret petras in conspectu domini, & non in spiritu dominus, & post spiritum terræmotus, & non in terræmotu dominus, & post terræmotum ignis, & non in igne dominus, & post ignem vox auræ tenuis. Per hæc enim & per prophetas valde indignans, propter transgressionem populi & propter interfectionem prophetarum, docebatur mitius agere, ac secundum hominem aduentus domini significabatur futurus, post illam legem quæ data est per Moysen, mitis & tranquillus, in quo nec calamum quassatum confregit, nec linum fumigans extinxit. Ostendebatur autem & regni eius mitis & pacifica requietio. Post enim spiritum qui conterit montes, & post terræmotum, & post ignem, tranquilla & pacifica regni eius adueniunt tempora, in quibus cum omni tranquillitate spiritus Dei viuificat, & auget hominem. Manifestius autem adhuc per Ezechielem factum est, quoniam ex parte dispositiones Dei, sed non ipsum videbant prophetae priores deum. Hic enim dei cum vidisset visionem, & Cherubim & rotas eorum, & vniuersæ progressionis eius mysterium cum retulisset, & similitudinem quasi figuram hominis, & illa quidem quæ erant super lumbos eius quasi figuram electri, quæ autem deorsum quasi visionem ignis, & reliquam vniuersam thronorum visionem manifestans, ne quis putaret forte eum in hiis proprie vidisse deum, intulit, hæc visio similitudinis gloriæ domini. Igitur si neque Moyses vidit deum, nec Helias, nec Ezechiel, qui multa de cælestibus viderunt, quæ autem ab hiis videbantur erant similitudines claritatis domini, & prophetiæ futurorum, manifestum est quoniam pater quidem inuisibilis, de quo & dominus dixit: Deum nemo vidit vnquam. Verbum autem eius quemadmodum

dum volebat ipse, & ad vtilitatem videntium claritatem
 monstrabat patris, & dispositiones exponebat. Quem-
 admodum & dominus dixit, Vnigenitus deus qui est in
 sinu patris, ipse enarrauit. Et ipse autem interpretatur
 patris verbum, vtpote diues & multus existens, non in
 vna figura, nec in vno caractere videbatur videnti-
 bus eum, sed secundum dispésationum eius causas siue
 efficaciam, sicut in Daniele scriptum est, Aliquando e-
 nim cum hiis qui erant circa Ananiam, Azariam, Mi-
 zaelem videbatur, assistens eis in fornace ignis, & in ca-
 mino, & liberans eos de igne, Et visio, inquit, quarti, si-
 milis filio dei. Aliquãdo autê lapis à môte abscisus sine
 manibus, & percutiens téporalia regna, & ventilans ea,
 & ipse replens vniversam terram. Rursum hic idem vi-
 debitur quasi filius hominis in nubibus cæli veniens, &
 appropinquans ad veteré dierum, & sumens ab eo vni-
 uersam potestatem & gloriam, & regnum, Et potestas,
 inquit, eius potestas æterna, & regnum eius non inter-
 bit, Sed & Ioannes domini discipulus in Apocalypsi sa-
 cerdotalem & gloriosum regni eius videns aduentum,
 Conuersus sum, inquit, videre vocem quæ loquebatur
 mecum, & conuersus vidi septem candelabra aurea, & in-
 ter candelabra similem filio hominis indutum podere,
 & adcinctum ad mammæ zonam aureã. Caput autem
 eius & capilli quemadmodum lana alba, quomodo nix,
 & oculi eius vt flamma ignis, & pedes eius similes chal-
 colibano, quemadmodum in camino succensus est. Vox
 eius quasi vox aquarum, & habet stellas septem in ma-
 nu dextera sua, & de ore eius romphea ex vtrâque parte
 acuta exiebat, & facies eius quemadmodum sol fulgens
 in virtute sua. In hiis enim aliquid à patre clarum eius
 significat, vt caput, aliquid verò sacerdotale, vt poderé:
 & propter hoc Moyses secundum typum vestiuit ponti-
 ficem: aliquid verò ad finem, quemadmodum chalcoli-
 banum in camino succensum, quod est fortitudo fidei,
 & perseverabile orationum, propter adueniens in fine
 temporum succensionis incendium. Ioanne verò non
 sustinente visioné, Et cecidi enim, inquit, ad pedes eius
 quasi

quasi mortuus, vt fieret quod scriptum est, Nemo videt deū, & viuet, & viuificās eū verbum & admonens, quoniā ipse est in cuius pectore recūbebat ad ecnā, interrogās quis esset qui inciperet eū tradere, Et dicebat, Ego sum primus & nouissimus, & qui viuo, & fui mortuus, & ecce viuo in secula seculorum, & habeo clauēs mortis & inferorum. Et post hæc in secunda visione eundem dominū vidēs, Vidi enim, inquit, in medio throni & quatuor animalium, & in medio presbyterorum agnum stātem quasi occisum, habentem cornua septem, & oculos septē, qui sunt septē spiritus dei, dimissi in vniuersam terrā. Et rursus de eodē ipso agno, ait, Et ecce equus albus, & qui sedebat super eū vocabatur fidelis, & verus, & per iustitiā iudicat, & pugnat, & oculi eius sicut flāma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo scit nisi ipse, & circumamictus vestimentum aspersum sanguine, & vocatur nomen eius verbum dei, & exercitus cæli sequebatur eum in equis albis, vestiti bissinum album mundum, & de ore eius procedit rōphea acuta, vt in ea percutiat gentes, & ipse pascet eos in virga ferrea, & ipse calcat lacū vini furoris iræ dei omnipotentis, & habet super vestitum, & super femur suū nomē scriptum, Rex regum, & dominus dominantium. Sic semper verbum Dei velut lineamenta rerum futurarum habet, & velut species dispositionū patris hominibus ostendebat, docens nos quæ sunt Dei. Nō solum autē per visiones quæ videbātur, & sermones qui præconabātur, sed & in operationibus visus est prophetis, vt per eos præfiguraret, & prædemonstraret futura. Propter quod & Osee propheta accepit vxorē fornicationis, per operationē prophetās, quoniā fornicādo fornicabitur terra à domino, hoc est, qui super terram sunt homines, & de huiusmodi hominibus beneplacitū habebit deus assumere ecclesiam sanctificandam communicatione filij eius, sicut & illa sanctificata est communicatione prophetæ. Et propter hoc Paulus sanctificatam ait infidelem mulierem in viro fideli. Adhuc etiā filios suos nominauit propheta, non misericordiam cōsequen-

ta & nō populus, vt quēadmodū Apostolus ait, Fiat quē nō populus, populus, & nō misericordiā cōsequuta, misericordiā cōsequuta, & in loco eliberata, in quo vocabitur nō populus, ibi vocabūtur filij dei viui. Id quod à propheta typice per operationē factū est, ostēdit Apostolus vere factū in ecclesia, & Christo. Sic autē & Moyſes Aethiopiſſam accipiebat vxorē, quā ipſe Iſraelitidā fecit, præſignificans quoniam oleaſter inſeritur in oliuam, & participans pinguedinis eius erat. Quoniā enim is qui ſecundum carnem natus eſt Chriſtus, à populo quidem habebat inquiri, vt occideretur, liberari verò in Aegypto, id eſt in gentibus, & ſanctificare eos, qui ibi eſſent infantes, vnde & eccleſiam ſibi perfecit: Aegyptus enim ab initio gentilis, quemadmodum Aethiopiſſa: propter hoc per nuptias Moyſi in nuptiæ verbū ostendebantur, & per Aethiopiſſam coniugem, ea quæ ex gentibus eſt eccleſia manifeſtabatur, cui qui detrahunt, & inculant & derident eam, non erunt mundi, Leproſi enim erunt & abiicientur à iuſtorum caſtris. Sic autem & Raab fornicaria ſemetipſam quidem cōdemnans, quoniam eſſet gentilis omnium peccatorum rea, ſuſcepit autem ſpeculatores, qui ſpeculabantur vniuerſam terram, & apud ſe abſcōdit patrem ſcilicet & filium & ſpiritum ſanctum. Et cum vniuerſa ciuitas, in qua habitabat, concidiſſet in ruſnam, canētibus ſeptem tubicinis in vltimis Raab fornicaria cōſeruata eſt, cum vniuerſa domo ſua fide ſigni coccini ſicut & dominus dicebat hiis qui aduētum eius non excipiebant, phariſæi ſcilicet, & coccini ſignū nullificāt, quod erat paſcha, redemptio & exodus populi ex Aegypto, dicens, Publicani & meretrices præcedēt vos in regno cælorum.

¶ Quemadmodum in Abraham præfiguratur fides noſtra, & quæ ex poſitio eorū, quæ facta ſunt à patribus.

Caput XXXVIII.

¶ Quoniam autē & in Abraham præfigurabatur fides noſtra, & quoniam patriarcha noſtræ fidei velut propheta fuit, pleniffime Apoſtolus

Ius docuit in epistola ad Galatas, dicens, Qui ergo tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus legis an ex auditu fidei? Sicut Abraham credidit deo, & reputatum est illi ad iustitiã. Cognoscite itaque quoniam qui sunt ex fide, hij filij sunt Abraham, Præuidens autem scriptura, quoniam ex fide iustificat gentes, prænuntiavit Abraham, quoniam benedicentur in eo omnes gentes. Itaque qui ex fide sunt, benedicentur cum fidei Abraham. Ob quæ non solum prophetã eum dixit fidei, sed & patrem eorum qui ex gentibus credunt in Christum Iesum, eo quod vna & eadẽ illius & nostra sit fides, illo quidem credente futuris quasi iam factis; propter repromissionẽ Dei: nobis quoque similiter per fidem speculãtib; eam quæ est in regno hæreditatem, propter repromissionem dei. Et ea autẽ quæ circa Isaac non sine significatione sunt. In ea enim epistola quæ est ad Romanos, ait Apostolus, Sed & Rebecca, ex vno concubitu habens Isaac, patris nostri à verbo responsum accepit, vt secundum electionẽ propositũ Dei permaneat, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, Duo enim populi in vtero tuo, & duæ gentes in ventre tuo, & populus populum superabit, & maior seruet minori. Ex quibus manifestatum est, non solum prophetationes patriarcharum, sed & partum Rebeckæ prophetiam fuisse se duorum populorum, & vnum quidem esse maiorem, alterum verò minorem, & alterum quidẽ sub seruitio, alterum autem liberum, Vnius autem & eiusdem patris vnus & idem deus noster, & illorum: qui est absconforũ cognitor, qui scit omnia antequã fiant, & propter hoc dicens, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Si quis autẽ & actus qui sunt Iacob addiscat, inueniet eos non inanes, sed plenos dispositionum: & in primis in natiuitate eius, quemadmodum apprehendit calcamneum fratris, & Iacob vocatus est, id est supplantator, tenens sed qui non tenetur, ligans pedes, sed quin non ligatur, luctans & vincens, tenens in manu calcaneum aduersarij, id est victoriam. Ad hoc enim nascebatur dominus, cuius typum generationis monstrabat, de quo & Ioannes

in Apo.

In Apocalypsi ait, Et exiuit vincens, vt vinceret. Deinde autem primogenita accipiēs, quando vituperauit ea frater eius: quemadmodum & iunior populus eum primogenitum Christum accepit, cū eum repulit populus ætate prouectior, dicens, Non habemus regem nisi Cæsare. In Christo autē vniuersa benedictio, & propter hoc benedictiones prioris populi à patre subripuit posterior populus, Quēadmodū Iacob abstulit benedictionē huius Esau. Ob quam causam fratris patiebatur insidias, & persecutiones frater suus, sicut & ecclesia hoc idem à Iudæis patiebatur. Peregre nascebantur duodecim tribus genus Israël, quoniam & Christus peregre incipiebat decastylum firmamentum ecclesiæ generare. Varię oues quæ fiebant hinc Iacob merces, & Christi merces ex variis & differentibus gentibus, in vnam cohortem fidei cōuenientes fiunt homines, quemadmodum pater promisit ei, Postula, dicens, à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Et quoniam multitudines filiorum domini prophetæ fiebant Iacob, necessitas omnis fuit ex duabus fororibus eum filios facere: Quēadmodum Christus ex duabus legibus vnus & eiusdem patris. Similiter autē & ex ancillis, significans quoniam secundum carnem ex liberis & ex seruis Christus statuet filios dei, similiter omnibus dans munus spiritus viuificātis nos. Omnia autem ille faciebat propter illam iuniorem, bonos oculos habentem Rachel: quæ præ figurabat ecclesiam, propter quam sustinuit Christus: qui tunc quidem patriarchas suos & prophetas præfigurans & prænūtians futura, præexercens suam partem dispositionibus Dei, & assuscens hæreditatem suam obedire Deo, & peregrinari in seculo, & sequi verbum eius, & præfigurare futura, Nichil enim vacuum, neque sine signo apud eum.

A

¶ Quart

¶ Quare lauit pedes discipulorum suorum, & quare discumbētibus, & quod ipse similiter ante omnes deus ostenditur.

Cap. X X X I X.

I N nouissimis autem temporibus, cum venit plenitudo temporis libertatis, ipsum verbum per seipsum sordes abluit filiorum Siō, manibus suis lauās pedes discipulorum. Hic est enim finis humani generis, reādicātis deum, & vti quemadmodum in initio per primos omnes in seruitutē redacti sumus debito mortis, sic in vltimo per nouissima omnes, qui ab initio discipuli, emundati & abluti quæ sunt mortis, in vitā veniāt Dei. Qui enim pedes lauit discipulorum, totum sanctificauit corpus, & emundationem adduxit. Quapropter & recumbētibus eis ministrabat escam, significās eos qui in terra recūbebant, quibus venit ministrare vitam. Sicut Hieremias ait, Recōmemoratus est dominus sanctus Israel mortuorū suorum, qui prædormierunt in terra defossionis, & descēdit ad eos, vti Euāgelizaret eis salutare suum ad saluandum eos. Propter hoc autem & discipulorum oculi erāt grauati veniente Christo ad passiōē, & inueniens eos dormiētes, primo quidem dimisit, significās patientiā dei in dormitione hominū. Secundo verò veniens excitauit eos, & erexit, significās quoniā passio eius expergefatio est dormientium discipulorum, propter quos & descendit in inferiora terræ, id quod erat inoperatū conditionis visurus oculis, de quibus & dicebat discipulis, Multi prophete & iusti cupierūt videre & audire, quæ vos videtis & auditis. Non enim propter eos solos, qui tēporibus Tyberij Cæsariis crediderunt ei venit Christus, nec propter eos solos, qui sunt nunc homines, prouidētiam fecit pater, Sed propter omnes omnino homines, qui ab initio secundum virtutem suam in sua generatione, & timuerunt, & dilexerunt deum, & iuste & pie conuersati sunt erga proximos, & concupierunt videre Christum, & audire vocē eius. Quapropter omnes huiusmodi in secundo aduentu, primo de somno excitabit, & eriget tam eos, quam

quàm reliquos, qui iudicabuntur, & constituet in regnū suum. Quoniā quidem vnus deus, qui patriarchas quidem direxit in dispositiones suas, Iustificat autem circumcisionem ex fide, & præputium per fidem. Quem admodum enim in primis nos præfigurabamur & prænuntiabamur, sic rursus in nobis illi deformantur, hoc est, in ecclesia, & recipiunt mercedem pro hiis quæ laborauerunt.

¶ Quod ait, Non vos laborastis, alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis.

Caput XL.

P Ropter hoc dicebat dominus discipulis, Ecce dico vobis, Attollite oculos vestros, videte regiones, quoniā albæ sunt ad messem. Nā mes-
 sor mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternā, vti & qui seminat, & qui metit simul gaudeat. In hoc est sermo verus, quoniā alius est qui seminat, & alius qui metit. Et ego enim præmisi vos metere, quod vos nō laborastis, alij laborauerunt & vos in labore eorū introistis. Qui ergo sunt qui laborauerūt, qui dispositionibus deseruiunt. Manifestum est quia patriarchæ & prophetæ, qui etiam præfigurauerunt nostram fidem, & disseminauerunt in terram aduentum filij dei, quis & qualis erit, vti qui posteriores erant futuri homines, habentes timorē dei, facile susceperunt aduentum Christi, instructi à prophetis. Et propter hoc Ioseph cū cognouisset quod prægnās esset Maria, & cogitabat abscondere eā, angelus in somnis dixit ad eum, Ne timeas assumere Mariā cōiugem tuā, quod enim habet in vtre, ex spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluabit populum suū à peccatis eorum. Et adiecit suadens ei, Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum à domino per prophetam dicentem, Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, per sermones prophetæ suadēs ei & excusans Mariā, hāc eādē esse ostēdens, quæ ab Esaia esset prænuntiata virgo, quæ generat
 Emanuel.

A ij

Emanuel.

Emanuel. Quapropter sine dubitatione suafus Ioseph, & Mariam accepit, & in reliqua vniuersa educatione Christi gaudens, obsequium præstitit, vsque in Aegyptum suscipiens profectionem, & inde regressum & in Nazareth transinigrationem. Denique qui ignorabant scripturas, & repromissionem dei, & dispositionem Christi, patrem eum putabant pueri. Propter hoc autem & ipse dominus in Capharnaü Esaiæ prophetias legebat, Spiritus domini super me, quapropter vnxit me, Euangelizare pauperibus misit me, curare contribulatos corde, præconare captiuis remissionem, & cæcis visionem. Semetipsum quoque ostendens prænuntiatur per prophetas, dicebat eis, Hodie impleta est scriptura hæc in auribus vestris. Propter hoc Philippus, cum inuenisset eunuchum reginæ Aethiopum legentem ea quæ scripta sunt, quemadmodum ouis ad victimam ductus est, quemadmodum agnus in conspectu tondentis sine voce, sic non aperuit os suum, In humilitate iudicium etus ablatum est: & reliqua quæcunque de passione eius, & de carnali aduentu, & quemadmodum inhonoratus est à non credentibus ei, pertransiuit propheta, facile suafit ei credere eum esse Christum Iesum, qui sub Pontio Pilato crucifixus est, & passus est, quæcunque prædixit propheta, eumque esse filium dei, qui æternam vitam hominibus dat. Et statim ut baptizauit eum, abscessit ab eo. Nihil enim aliud deerat ei qui à prophetis fuerat præcatechizatus, non deum patrem, non conuersationis dispositionem, sed solum aduentum ignorabat filij Dei, quem cum breuiter cognouisset, agebat iter gaudens, præco futurus in Aethiopia Christi aduentus. Quapropter non multum laborauit circa eum Philippus, quia erat in timore Dei præaptatus à prophetis. Propter hoc autem & apostoli oues colligentes quæ perierant domus Israel, de scripturis alloquentes eos, ostendebant Iesum crucifixum, hunc esse Christum filium dei uiui, & magnam multitudinem suadebant, quæ tamen habebat timorem ad Deum, & vna die baptizati sunt hominum tria milia, & quatuor, & quinque.

¶ Quare

pertransiuit dixit, pro breuiter exposuit.

¶ Quare Paulus dicit plus se quàm omnes laborasse. Cap. XLI.

P Ropter hoc & Paulus gentium apostolus cum esset, Plus eis, inquit, omnibus laboraui. Illis enim facilis catechizatio fuit, videlicet cum ex scripturis haberet ostensiones, & qui Moysen & prophetas audiebant, & facile recipiebant primogenitum mortuorum, & principem vitæ dei, eum qui per extensionem manuum dissoluebat Amalech, & viuificabat hominem de serpentis plaga per fidem, quæ erat in eum. Gentes quidem primo catechizabat Apostolus, quemadmodum in eo libro, qui ante hunc est, ostendimus, discere ab idolorum superstitione, & vnum deum colere factorem cæli & terræ, & vniuersæ conditionis fabricatorem. Esse autem huius filium verbum eius, per quæ constituit omnia, & hunc in nouissimis temporibus hominem & in hominibus factum reformasse quidem humanum genus, destruxisse quidem & vicisse inimicum hominis, & donasse suo plasmati aduersus reluctantem vistoriam. Adhuc autem & si non faciebant, qui erant ex circuncisione, sermones dei, quod essent contemptores, sed erant præinstructi, Non mœchari, non furari, non fraudare, & quæcunque in exterminium proximorum sunt mala esse, & odiri à deo. Quapropter & facile assentiebant ab hiis abstinere, quoniam hæc didicerunt, Gentiles vero & hoc ipsum discere oportebat, quoniam huiusmodi operationes malæ & exterminatoriæ, & inutiles sunt & damnosæ, hiis qui operantur eas. Quapropter plus laborabat, qui in gentes Apostolatam acceperat, quàm qui in circuncisione præconabant filium Dei. Illos enim adiuuabant scripturæ quas confirmauit dominus, & adimpleuit, talis veniens, qualis & prædicabatur. Hic verò peregrina quædam eruditio, & noua doctrina, deos gentium non solum non esse deos, sed idola esse dæmoniorum. Esse autem vnum deum, qui est super omnes, & omne nomen quod nominatur, & huius verbum naturaliter quidem inuisibile, visibile, palpa-

bilem in hominibus factum, & vsque ad mortem descē-
disse, mortem autem crucis. Et eos qui eum credunt in-
corruptibiles & impafsibiles futuros, & percipere re-
gnum cælorum, & hæc prædicabantur gentibus sine scri-
pturis. Quapropter & plus laborabāt, qui in gentes præ-
dicabant. Generosior autem rursus fides gentium osten-
ditur, sermonem Dei assequentium, sine instructione
scripturarum.

¶ Quemadmodum in circumcissione, & in præ-
putio, & in fide vnus pater ostenditur,

Caput XLII.

S I C enim oportuerat filios Abrahæ quos illi
de lapidibus excitauit Deus, & fecit assistere
ei principi & prænūtiatori factō nostræ fidei:
qui & accepit testamentum circumcissionis, post eam iu-
stificationē, quæ fuerat in præputio fidei, vt præfigurare-
tur in eo vtraque testamēta: vt fieret pater omnium,
qui sequitur verbum dei, & peregrinationem in hoc se-
culo sustinent, id est eorum qui ex circumcissione, & eo-
rum qui ex præputio fideles sunt: sicut & Christus lapis
summus angularis omnia sustinens, & in vnā fidem A-
brahæ colligens eos, qui ex vtroque testamēto apti sunt
in ædificationem dei. Sed hæc quidem quæ est in præpu-
tio fides, vtpote finem cōiungens principio, & prima no-
uissima facta est. Et enim ante circumcissionem erat A-
braham, & in reliquis iustis qui placuerunt Deo: sicut
& demonstrauimus, & rursus in nouissimis temporibus
orta est in humano genere per domini aduentum. Cir-
cuncisio verò & lex operationem media obtinerūt tēpo-
ra. Hæc & per alia quidē multa, iā verò & per Thamar
Iudæ nurum typice ostenditur. Cum enim concepisset
geminos, alter eorum prior protulit manum suā: & cū
obstetrix putaret eum primogenitum esse, coccinum al-
ligauit signum in manu eius. Cum hoc autem factum
esset, & abstraxisset manum suam, prior exiuit frater e-
ius Phares, sic deinde secundus ille, in quo erat cocci-
num, Zara: clare manifestante scriptura, eum quidem
populum qui habebat coccinum signum, id est eam fi-
dem

demquæ est in præputio, præostensam quidem primum in patriarchis, post deinde subtractam, uti nasceretur frater eius: deinde sic eum qui prior esset secundo loco natum, qui est cognitus per signum coccinum quod erat in eo, quod est passio iusti, ab initio præfigurata in Abel, & descripta à prophetis, perfecta verò in nouissimis temporibus in filio Dei. Oportebat enim quædam quidem prænuntiari paternaliter à patribus, Quædam autem præfigurari legaliter à prophetis, Quædam verò deformari, secundum deformationem Christi, ab hiis qui adoptionem perceperunt. Omnia verò in vno Deo ostenduntur. Cum enim vnus esset Abraham in semetipso præfigurabat duo testamenta, in quibus alij quidè seminauerunt, alij verò mesii sunt. In hoc enim, inquit, sermo est verus, quoniam alter quidem est qui seminat populus, alter qui metet. Vnus autem Deus præstans vtrisque quæ sunt apta, semen quidem seminanti, panè verò ad edendum metenti. Quemadmodum alter quidem est qui plantat, & alter qui adquat, vnus autè qui dat incrementum deus. Disseminauerunt enim sermonem de Christo patriarchæ & prophetæ, demessa est autem ecclesia, hoc est fructum percepit. Propter hoc & ipsi erant habere tabernaculum in ea, Hieremia dicente, Quis dabit mihi in deserto habitationem nouissimam, uti & qui seminat & qui metit simul gaudeant in Christi regno, qui omnibus adest, de quibus ab initio bene sensit deus, attribuens adesse eis verbum suum. Si quis igitur intentus legat scripturas, inueniet in eisdem de Christo sermonè, & nouæ vocationis præfigurationem.

¶ Quid est thesaurus absconditus in agro, & quod sola ecclesia recte legat scripturas. Cap. XLIII.

Hic est enim thesaurus absconditus in agro, id est, in isto mundo. Ager enim mundus, Absconditus verò in scripturis, quoniã per typos & parabolas significabatur. Vnde poterat hoc quod secundum hominè est intelligi, priusquã consummatio eorù, quæ

A iiij consummata

consummata sunt veniret, quæ est aduentus Christi. Et propter hoc in Daniele dicebatur, Muni sermones & signa librum vsque ad tempus consummationis, quoadufque discant multi, & adimpleatur agnitio. In eo enim cum perficietur dispersio, cognoscet omnia hæc. Sed & Hieremias ait, In nouissimis diebus intelligent ea. Omnis enim prophetia priusquam habeat efficaciam, ænigmata & ambiguitas sunt hominibus. Cum autem venerit tempus, & euenit quod prophetatum est, tunc prophetiæ habent liquidam & certam expositionem. Et propter hoc quidem Iudæis, cum legitur, lex in hoc nunc tempore fabulæ similis est. Nō enim habet expositionem omnium rerū pertinentem ad aduentum filij Dei, qui est secundum hominem: Christianis verò cum legitur, Thesaurus est absconditus in agro, cruce verò Christi reuelatus est, & explanatus, & ditans sensum hominum, & ostendens sapientiam Dei, & eas quæ sunt erga hominem dispositiones eius manifestans, & Christi regnum præformans, & hæreditatem sanctæ Hierusalem præeuangelizans & prænuntiās, quoniam in tantum homo diligens deum proficiet, vt etiam videat deum, & audiat sermonem eius, & ex auditu loquelæ eius in tantum glorificari, vt reliqui nō possint intendere in faciem gloriæ eius, quemadmodum dictum est à Daniele, Quoniam intelligentes fulgebunt quemadmodum claritas firmamenti, & à multis iustis sicut stellæ in secula. Et adhuc quemadmodum igitur ostēdimus si quis legat scripturas. Etenim dominus sic disseruit discipulis post resurrectionem suam à mortuis, & ex ipsis scripturis ostendens eis, quoniam oportebat pati Christum & intrare gloriam suam, & in nomine eius remissionem peccatorum prædicari in toto mundo. Et erit cōsummatum discipulus, & similis patrisfamilias qui de thesauro suo profert noua & vetera. Quapropter eis qui in ecclesia sunt presbyteris obaudire oportet, hiis qui successione habet ab apostolis, sicut ostēdimus, qui cum episcopatus successione charisma veritatis certum, secundum placitum patris acceperunt. Reliquos verò qui absistunt à principali successione, & quocunq;

loco

loco colliguntur, suspectos habere, vel quasi hæreticos, & malæ sententiæ, vel quasi scindentes & elatos, & sibi placentes, aut rursus vt hypocritas, quæstus gratia & vanæ gloriæ hoc operantes. Omnes autem hij decidunt à veritate. Et hæretici quidem alienum ignem afferentes ad altare Dei, id est, alienas doctrinas, à cælesti igne cõburentur, quemadmodũ Nadab & Abiu. Qui vero exurgunt contra veritatem, & alteros adhortantur aduersus ecclesiam Dei, remanent apud inferos, voragine terræ absorpti, quemadmodum qui circa Chore, Datan, & Abiron. Qui autẽ scindunt & separãt vnitatẽ ecclesiæ, eandem quam Hieroboam posnam percipiunt à Deo.

¶ De presbyteris iniustis. Cap. XLIII.

Vi verò crediti sunt quidẽ à multis esse presbyteri, seruiunt autem suis voluptatibus, & non præponunt timorẽ Dei in cordibus suis, sed contumelias agunt reliquos, & principalis cõcessio- nis tumore elati sunt, & in absconsis agunt mala, & dicunt, Nemo nos videt, redarguentur à verbo, qui non secundum gloriam iudicat, neque faciem attendit, sed in cor, Et audient quæ sunt à Daniele propheta voces, Semen Chanaan & non Iuda, species seduxit te, & concupiscentia euertit cor tuum, Inueterate dierum malorum, nunc aduenerunt peccata tua, quæ faciebas antea, iudicans iudicia iniusta: & innocentes quidẽ damnabas, dimittebas vero nocentes, dicente domino, Innocentem & iustum nõ occides. De quibus dixit dominus, Si autem dixerit malus seruus in corde suo, Tardat dominus meus, & incipiat cædere seruos & ancillas, & māducare, & bibere, & inebriari, veniet dominus serui illi⁹ in die qua nescit, & hora qua nõ sperat, & diui det eũ, & partẽ ei⁹ cū infidelib⁹ ponet. Ab omnib⁹ igitur talibus abfistere oportet, adhærere vero hiis qui & Apostolorum, sicut prædiximus, doctrinã custodiunt, & cum presbyterij ordine sermonem sanum, & conuersationẽ sine offensa præstant ad infirmationẽ & correctionem reliquorũ. Quẽadmodũ Moyses, cui tantus ducatus est

creditus,

creditus, bona conscientia fretus, purgabat se apud dominum dicens, Non concupiscens alicuius illorū quid accepi, neque male feci alicui eorum. Quemadmodum Samuel tot annis iudicans populum, & sine vlla elatione ducatum gerens super Israël, in fine purgabat se dicens, Ego conuersatus sum in conspectu vestro à prima atate mea vsque nunc, respondete mihi in conspectu Dei & in conspectu Christi eius, cuius vestrū vitulum accepi, aut asinū, aut super quē potētatus sum, aut quē oppressi, aut si de alicuius manu accepi propitiatio nem, vel calciamētum, dicite aduersus me, & reddā vobis. Cum dixissent autē ad eum. Neque potentatus es, neque pressisti nos, neque accepisti de manu cuiusquā aliquid: testificatus est dominum dicens. Testis est dominus, & testis Christus eius, in die hac quoniā non inuenistis in manu mea nihil. Et dixerunt ei, testis. Quē admodum Paulus Apostolus cum esset bonæ conscientiæ, dicebat ad Corinthios. Non enim sumus sicut pluri, adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur, neminem nocuimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus. Tales presbyteros nutrit ecclesia, de quib⁹ & propheta ait. Et dabo principes tuos in pace, & episcopos tuos in iustitia. De quibus & dominus dicebat, Quis igitur erit fidelis actor bonus & sapiens, quem præponit dominus super familiam suam, ad danda eis cibaria in tempore? beatus ille seruus, quem veniens dominus inuenerit sic facientem.

Duas negationes vnus vice posuit more Græcorum.

Αλκω ω ει

¶ Quibus doctoribus vtendum est, de hiis peccatis, quæ olim facta sunt. Cap. XLV.

Bi igitur tales inueniat aliquis, Paulus docēs ait. Posuit deus primo in ecclesia apostolos, secundo prophetas, tertio doctores. Vbi igitur charismata domini posita sunt, ibi discere oportet veritatem, apud quos est ea quæ est ab apostolis, ecclesiæ successio, & id quod est sanū, & irreprobabile sermonis constat, Hij enim & eam quæ est in vnū deum, qui omnia fecit,

fecit, fidem nostrā custodiunt, & eam quæ est in filium Dei dilectionē adaugent, qui tantas dispositiones propter nos fecit, & scripturas sine periculo nobis exponunt, neque deū blasphemantes, neque patriarchas ex-honorātes, neque prophetas contēnentes. Quēadmodū audiui à quodam presbytero, qui audierat ab hiis, qui apostolos viderant, & ab hiis qui didicerant, sufficere veteribus de hiis quæ sine cōsilio spiritus egerunt, eam quæ ex scripturis esset correptionē. Cum enim non sit personarum acceptor deus, quæ sunt non secundū eius placitum facta, hiis inferebat congruam correptionem. Quēadmodum sub Dauid quando persecutionem quidem patiebatur à Saul, fugiebat, & inimicum non vicescebatur, & Christi aduētum psallebat, & sapientiā instruebat, & omnia secundū cōsiliū faciebat spiritus, placebat Deo. Quando autē propter cōcupiscentiā ipse sibi accepit Betsabee Vriæ, dixit scriptura de eo, Nequā autem visus est sermo, quem fecit Dauid in oculis domini: & mittit ad eum Nathā prophetā, ostendens ei peccatū eius, vt ipse dans sententiā de semetipso, & semetipsum adiudicās, misericordiā cōsequeretur & remissionē à Christo. Misit enim dominus Nathā ad Dauid, & dixit ei, Duo viri fuerunt in ciuitate vna, vnus diues & vnus pauper: diuiti erant greges ouiuū & boum multi valde, & pauperi nihil aliud nisi ouicula vna, quā habebat, & nutriebat, & fuerat cū eo, & cum filiis eius pariter, & de pane suo manducabat, & calicē bibebat, & erat ei quasi filia, Et venit hospes homini diuiti, & pepercit accipere de grege ouicularū suarum, & de gregibus boum suorum, & facere hospiti conuiuium, & accepit ouiculā viri pauperis, & apposuit viro qui venerat ad eum. Iratus est autē Dauid super hominē illum valde, & dixit ad Nathā. Viuit dominus, quoniā filius mortis est homo ille, qui fecit hoc: & ouiculam reddet quadruplum pro eo quod fecit factum hoc, & pro eo quod nō pepercit pauperi. & ait ad eum Nathā, Tu es vir, qui fecisti hoc. & deinceps reliqua exequitur, exprobrās eū & enumerans in eū Dei beneficia, & quoniā exacer-

bavit

bauit dominū cum fecisset hoc, Non enim placere Deo huiusmodi operationes, sed iram magnā imminere domui eius. Compunctus est autem Dauid ad hæc, & ait, Peccaui domino, & psalmum exomologeseos psallebat, aduentum domini sustinens, qui abluit & emundauit eum hominem, qui peccato fuerat obstrictus. Similiter autem & de Salomone cum perseveraret, cū iudicaret recte, & sapientiam enarraret, & typum veritatis templum ædificabat, & glorias exponebat Dei, & aduenturam pacem gētibus annunciabat, & Christi regnū præfigurabat, & loquebatur tria milia parabolarū in aduentum domini, & quinque milia canticorum, hymnum dicens domini. Et eam quæ est in conditione sapientiam Dei exponebat physiologicè de omni herba, & de volatilibus omnibus, & de quadrupedibus, & de piscibus: & dicebat, Si vere deus quem cæli non capiunt super terram habitabit cum hominibus, & placebat Deo. Et omnes eum admirabantur, & omnes reges terræ quærebāt faciem eius, vt audirent sapientiam eius, quam dederat illi deus. Et regina Austri à finibus terræ veniebat ad eum, sapientiam quæ in eo erat scitura. quam & dominus ait in iudicio resurrectionem cum eorum natione, qui audiunt sermones eius, & non credunt in eum, & adiudicaturam eos: quoniam illa quidem subiecta est annuntiatæ sapientiæ per seruum Dei: hij vero eam quæ à filio Dei dabatur, contempserunt sapientiam. Salomon enim seruus erat, Christus vero filius Dei, & dominus Salomonis. Cum ergo sine offensa seruiret Deo, & ministraret dispositionibus eius, tunc glorificabatur. Cum autem vxores accipiebat ab vniuersis gētibus, & permittebat eis erigere idola in Israël, dixit scriptura de eo. Et rex Salomon erat amator mulierum, & accepit sibi mulieres alienigenas: & factum est in tempore senectutis Salomonis, nō erat cor eius perfectum cum domino deo suo. Et diuerterūt mulieres alienigenæ cor eius post deos alienos. Et fecit Salomon malignum in conspectu domini, non enim abiit post dominum, quæ admodū Dauid pater eius. Et iratus est dominus in Salomone,

Iohannem, Non enim erat cor eius perfectum in domino, secundum cor Dauid patris eius. Sufficiens incrementum eum scriptura, sicut dixit presbyter, ut non gloriatur vniuersa caro in conspectu domini. Et propter dominum in ea quæ sunt sub terra descendisse, euangelizantem & illis aduentum suum, remisit peccatorum existentem hiis, qui credunt in eum. Crediderunt autem in eum omnes qui sperabant in eum, id est, qui aduentum eius prænunderunt, & dispositionibus eius seruierunt, iusti, & prophetæ, & patriarchæ: quibus similiter ut nobis remisit peccata, quæ non oportet nos imputare hiis, si quo minus contemnimus gratiã Dei. Quæ admodum enim illi non imputant nobis incontinentias nostras, quas operati sumus priusquam Christus in nobis manifestaretur, Sic & nos non est iustum imputare ante aduentum Christi hiis, qui peccauerunt. Omnes enim homines egent gloria Dei, iustificantur autem non à semetipsis, sed à domini aduentu, qui intendunt lumen eius. In nostram autem correptionem conscriptos esse actus eorum, ut sciremus primum quid quoniam vnus est deus noster & illorum, cui non placeant peccata, etiam si à claris fiant, deinde ut abstinemus à malis. Si enim hij qui præcesserunt nos in charismatibus veteres, propter quos nondum filius Dei passus erat, delinquentes in aliquo, & concupiscentiæ carnis seruientes, tali affecti sunt ignominia, quid passuri sunt qui nunc sunt, qui contempserunt aduentum domini, & deseruierunt voluptatibus suis? Et illis quidem curatio & remissio peccatorum mors domini fuit. Propter eos vero qui nunc peccant, Christus non iam morietur, iam enim mors non dominabitur eius: Sed veniet filius in gloria patris exquirens ab actoribus & dispensatoribus suis pecuniam quam eis credidit, & plurimum ab eis exiget. Non debemus ergo. inquit ille senior, superbi esse, neque reprehendere veteres, Sed ipsi timere, ne forte post agnitionem Christi agentes aliquid quod non placeat Deo, remissionem vltra non habeamus delictorum, sed excludamur à regno eius. Et ideo Paulum dixisse: Si enim

enim naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat, qui cū esses oleaster, insertus es in pinguedinem oliuæ, & socius factus es pinguedinis eius. Similiter & plebis præuaricationes vidēs descriptas esse, non propter illos qui tunc transgrediebantur, sed in correptionē nostrā, & vt sciremus, vnum & eundē deum in quem illi delinquebant, & in quē nunc delinquit quidam ex hiis, qui credidisse dicuntur. Et hoc autē Apostolum in epistola, quæ est ad Corinthios manifestissime ostēdisse, dicentē. Non enim volo vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundē potum spiritualem biberunt: bibebant enim de spiritali consequente petra, Petra autē erat Christus. Sed non in pluribus eorum bene sensit deus: prostrati sunt enim in deserto. Hæc in figuram nostri fuerunt, vt non simus concupiscentes malorum, quæadmodum & illi concupierunt, neque idololatræ sitis, quæadmodum quidam eorum. Sic enim scriptum est. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Neque fornicemur, sicut quidam ex illis fornicati sunt, & corruerunt vna die viginti tria milia. Nec tentemus Christū, quemadmodum quidam eorū tentauerunt, & à serpentibus perierunt: neque murmuraueritis, sicuti quidā eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autē omnia in figura fiebāt illis, scripta sunt autem ad correptionē nostram, in quos finis seculorum deuenit. Quapropter qui putat se stare, videat ne cadat.

¶ De transgressione populi. Cap. XLVI.

Ine dubitatione igitur, & sine cōtradictione ostēdente Apostolo vnū & eundē esse deū, qui & illa iudicauit, & ea quæ nūc sunt exquirat, & causam descriptionis eorum demōstrante, indocti & audaces, adhuc autē & imprudentes inueniuntur omnes, qui propter transgressionē eorū qui olim fuerunt, & propter plurimorū indicto audientiā alterū quidem aiunt

ſunt illorum fuiſſe deũ, & hunc eſſe mundi fabricato-
 rem, & eſſe in diminutione: alterum vero à Chriſto tra-
 ditum patrẽ, & hunc eſſe quid ſit ab vno quoque eorum
 mète cõceptus, Non intelligẽtes, quoniã quẽadmodum
 ibi in plurimis eorum qui peccauerunt, nõ bene ſenſis
 deus, ſic & hic ſunt vocati multi, pauci vero electi, Et
 quẽadmodum ibi iniuſti, & idololatræ, & fornicatores
 vitã perdiderunt, ſic & hic, Et domino quidẽ prædican-
 te in ignem æternum mitti tales, & Apoſtolo dicente,
 an ignoratis quoniã iniuſti regnũ Dei nõ hæreditabũt?
 Nolite ſeduci, quia neque fornicatores, neque idolola-
 træ, neque adulteri, neque molles, neq; maſculorũ con-
 cubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; ma-
 ledici, neq; raptores regnũ Dei hæreditabũt. Et quoniã
 nõ ad eos, qui extra ſunt dicit, ſed ad nos, ne proiciamur
 extra regnũ Dei, tale aliquid operãtes, intulit, Et
 hæc quidẽ fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis,
 in nomine domini Ieſu Chriſti, & in ſpũ Dei noſtri. Et
 quẽadmodũ illic cõdẽnabãtur & proiiciebãtur hij, qui
 male operabãtur, & reliquos exterminabãt: ſimiliter &
 hic, oculus quoq; effoditur ſcandalizãs, & pes & manus,
 ne reliquũ corpus pariter pereat. Et habemus præceptũ.
 Si quis frater nominatur fornicator, aut auar⁹, aut ido-
 lolatra, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum hu-
 iuſmodi nec cibũ ſumere. Et iterũ ait Apoſtolus. Nemo
 vos ſeducat inanibus verbis, propter hoc enim venit ita
 Dei in filios diffidentia. Nolite ergo fieri participes eo-
 rum. Et quẽadmodum ibi peccãtium dãnatio participa-
 bat & reliquos, quoniam placebant eis, & vna cum eis
 conuerſabantur: ſic & hic modicum fermentum totã
 maſſam corrumpit. Et quẽadmodum ibi aduerſus iniu-
 ſtos ira deſcendebat Dei, & ſic ſimiliter Apoſtolus ait:
 Reuelabitur enim ira Dei de cælo, ſuper omnẽ impiẽ-
 tatẽ & iniuſtitiaẽ eorũ hominũ, qui veritatẽ in iniuſtitia
 detinẽt. Et quẽadmodum ibi in Agyptios qui iniuſte
 puniebãt Iſraël vindicta à Deo fiebat, ſic & hic quidẽ,
 domino dicente: Deus autẽ nõ faciet vindictã electorũ
 ſuorũ, quicũq; clamãt ad eũ die & nocte: Etiã dicovobis
 faciet

faciet vindictam eorum cito. Et Apostolo in ea quæ est ad Thessalonicenses ista prædicante, Si quidem iustum est apud deum retribuere retributionem hiis, qui tribulant vos, & vobis qui tribulamini refrigerium nobiscum, in reuelatione domini nostri Iesu Christi de cælo cum angelis virtutis eius, & in flâma ignis dare vindictam in eos, qui non nouerunt deû, & in eos qui non audiunt Euangelium domini nostri Iesu Christi. Qui etiam pœnas pendent interitus æternas à facie domini, & à gloria virtutis eius, cum venerit magnificari in sanctis suis, & admirabilis esse omnibus, qui crediderunt in eum. Cum ergo hic & illic eadem sit in vindicando Deo iustitia Dei, & illic quidem typice & tēporaliter & mediocrius, hic vero vere & semper & austerius, Ignis enim æternus, & quæ à cælo reuelabitur ira Dei à facie domini, quemadmodum & Dauid ait, Vultus autem domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam ipsorum.

¶ Ostensio quòd vnū & idipsum sit verbū Dei dispositio veterū & nouorū. Cap. XLVI.

V Alde insensatos ostendebat presbyter eos, qui ex hiis quæ acciderunt hiis qui olim Deo non obtemperant, tentant alterum patrem introducere, è contrario opposites quāta deus ad saluandos eos qui receperunt eum veniens fecisset miserans eorum: tacentes autem de iudicio eius, & quæcunque proueniunt hiis, qui audierunt sermones eius, & nō fecerunt. Et quoniam expediebat eis si non essent nati. Et quoniam tolerabilius Sodomis & Gommorrahæ erit in iudicio, quāta ciuitati illi, quæ non recepit sermonem discipulorum eius. Quemadmodum enim in Nouo testamento ea quæ est ad deum fides hominum aucta est, additamētum accēpiens filium Dei, vt & homo fieret particeps Dei, Ita & diligentia conuersationis adaucta est, cum nō solum à malis operibus abstinere iubemur, sed etiam ab ipsis malis cogitationibus, & ociosis dictionibus, & sermonibus vacuis, & verbis scurrilibus. Sic &

pœna eorum, qui non credunt verbo Dei, & contemnunt
 eius aduentum, & conuertuntur retrorsum, ad amplia-
 ta est, non solum temporalis sed æterna facta. Quibus-
 cunque enim dixerit dominus, discedite à me maledi-
 cti in ignem perpetuum, isti erunt semper damnati. Et
 quibuscunque dixerit, Venite benedicti patris mei, per-
 cipite hæreditatem regni, quod præparatum est vobis
 in sempiternum, hij percipiunt regnum, & in eo profi-
 ciunt semper, Cum sit vnus & idem deus pater & verbum
 eius semper assistens humano generi variis quidem di-
 spositionibus, & multa operans, & saluans ab initio eos
 qui saluantur (Sunt enim qui diligunt deum, & secun-
 dum suum genus sequuntur verbum Dei) & adiudicant
 eos qui adiudicantur, id est, eos qui obliuiscuntur deum,
 & sunt blasphemi & transgressores eius verbi. Etenim
 hij ipsi qui à nobis prædicti sunt hæretici exciderunt si-
 bi, accusantes dominum, in quem dicunt se credere.
 Quæ enim denotant in Deo, qui nunc temporaliter adiu-
 dicauerit incredulos, & percusserit Aegyptios, saluabit
 autem obaudientes: eadem nihilominus recurrent in-
 deum, in sempiternum quidem adiudicantem quos ad-
 iudicat, & in sempiternum dimittentem eos, quos di-
 mittit: & inuenietur secundum illorum verba maximè
 peccati causa factus hiis, qui in eum miserunt manus,
 & pupugerunt eum. Si enim non ita venisset, vtique is-
 ti domini sui interfectores facti non fuissent: & si non
 misisset prophetas ad eos, non vtique occidissent eos, &
 apostolos quoque similiter. His igitur qui imputant no-
 bis, & dicunt si nos Aegyptij plagati fuissent, & perse-
 quentes Israël præcipiti essent in mari, non poterat
 deus saluare populum suum, Occurret illud, Nisi igi-
 tur Iudæi interfectores domini facti fuissent, quod qui-
 dem abstulit ab eis æternam vitam, & apostolos inter-
 ficientes, & persequentes ecclesiam in iracundiæ inci-
 dissent profundum, nos saluari non poteramus. Quem
 admodum enim illi per Aegyptiorum, sic & nos per
 Iudæorum cæcitatem accepimus salutem. Si quidem
 mors domini eorum quidem qui cruci eum fixerunt, non
 crediderunt.

B

crediderunt

crediderunt eius aduentum, damnatio est, saluatio vero eorum qui credunt in eum. Nam & apostolus ait secunda ad Corinthios, Quoniam Christi suauis odor sumus Deo in hiis qui saluantur, & in hiis qui pereunt, quibusdam quidem odor mortis in mortem, quibusdam vero odor vitæ in vitam. Quibus ergo est odor mortis in mortem, nisi hiis qui non credunt, neque subiecti sunt verbo Dei? Qui sunt autem qui & tunc semetipsos morti tradiderunt? hij scilicet qui non credunt, neque subiecti sunt Deo. Rursum autem qui saluati sunt, & acceperunt hæreditatem? hij scilicet qui credunt Deo, & eam quæ est erga illum dilectionem custodierunt. Quemadmodum Chaleb Ieffone, & Iesus Naue, & pueri innocentes, qui neque malitiæ sensum habuerunt. Qui sunt autem qui hic saluantur, & accipiunt vitam? Nonne hij qui diligunt deum? & qui pollicitationibus eius credunt, & malitia paruuli effecti sunt?

¶ Secundum quid indurauit deus cor Pharaonis, & famulorum eius. Cap. XLVIII.

Ed & indurauit, inquit illi, deus cor Pharaonis, & famulorum eius. Qui ergo hæc imputant, non intelligunt in Euāgelio ubi discipulis dicentibus domino, Quare in parabolis loqueris eis? Respondit dominus, Quoniam vobis est datum cognoscere mysterium regni cælorum. Illis autem in parabolis loquor, ut videntes non videant, & intelligentes non intelligant, ut adimpleretur apud eos prophetia Esaiæ dicentis, Incrassa cor populi huius, & aures eorum obtura, & oculos eorum obcæca. Vestri autem beati oculi, qui vident quæ vos videtis, & aures vestræ quæ audiunt, quæ auditis. Vnus enim & idem deus, his quidem qui non credunt, sed nullificat eum, infert cæcitatem, Quemadmodum sol, qui est creatura eius, hiis qui propter aliquam infirmitatem oculorum non possunt contemplari lumen eius: hiis autem qui credunt, & sequuntur eum, pleniorum & maiorem illuminationem mentis præstat. Secundum hunc igitur sermonem & Apostolus ait in secunda ad Corin.

Corinthios: in quibus deus seculi huius, excæcauit mentes infidelium ut non fulgeat illuminatio Euangelij gloriæ Christi. Et iterum in ea quæ est ad Romanos, Et quemadmodum non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobum sensum, facere quæ non conueniunt. In secunda autem ad Thessalonicenses, manifeste ait de Antichristo dicens. Et ideo mittit deus operationes erroris ut credant mendacio & iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Si igitur & nunc, quotquot scit non credituros deus, cum sit omnium præcognitor, tradidit eos infidelitati eorum, & auertit faciem ab huiusmodi, relinquens eos in tenebris, quas ipsi sibi elegerunt: quid mirum si & tunc nunquam crediturum Pharaonem, cum hiis qui cum eo erant tradidit eos suæ infidelitati? Quemadmodum verbum ait de rubo ad Moysen. Ego autem scio quoniam non dimittit vos Pharaon rex Aegypti abire, nisi cum manu valida. Et qua ratione dominus in parabolis loquebatur, & cecitatem faciebat Israël, ut videtes non videret, sciens incredulitatem eorum: eadem ratione & cor Pharaonis indurabat, ut videns quoniam digitus Dei est qui educit populum, non crederet, sed in infidelitate præcipitaretur pelago, per magicam operationem opinatus fieri exitum eorum, & rubrum mare non ex virtute Dei transitum præstitisse populo, sed naturaliter sic se habere.

¶ Quare secundum iussum Dei vasa ab Aegyptiis sumpsit populus in Exodo, & ex ipsis tabernaculum in eremo fabricauit. Cap. XLIX.

Vi verò exprobrant & imputant quod profecturus populus iussu Dei, vascula omnis generis, & vestimenta acceperit ab Aegyptiis, & sic abierit, ex quibus tabernaculum factum est in eremo, ignorantes iustificationes Dei & dispositiones eius, semetipsos arguunt, sicut & presbyter dicebat. Sic enim nos in typica profectioe, id est, in fide in qua sumus constituti, per quam de numero gentilium excepti sumus,

B ij

nemo

nemò poterit saluari. Omnes enim nos aut modica aut grãdis sequitur possessio, quã ex mãmona iniquitatis acquisuimus. Vnde enim domus in quib⁹ habitamus, & vestimenta quibus induimur, & vasa quibus vtimur, & reliqua omnis ad diurnam vitam nostrã miseratio, nisi ex hiis, quæ cum Ethnicis essemus de avaritia acquisuimus, vel ab Ethnicis parëtibus, aut cognatis, aut amicis, de iniustitia acquirentibus percepimus, vt non dicamus, quia & nunc in fide existentes acquisimus. Quis enim vendit, & non lucrari vult ab eo quod vendit? Quis autem negocians, non propterea negociatur, vt inde alatur? Quid autẽ & hij qui in regali aula sunt fideles, nõnne ex eis quæ Cæsaris sunt habent vtensilia, & hiis qui non habent, vnusquisque eorum secundum suam virtutem præstat? AEgyptij enim populi erant debitores non solum rerum, sed & vitæ suæ propter patriarchæ Ioseph præcedentem benignitatem. Nobis autem secundum quid debitores sunt Ethnicis, à quibus & lucra, & vtilitates percipimus, quæcunque illi cum labore comparant, hiis nos in fide cum simus sine labore vtimur. Adhuc populus pessimam seruitutem seruebat AEgyptiis. Quemadmodum scriptura ait, & cum vi potestatem exercebant AEgyptiis in filios Israël, & in odium eis adducebant vitam in operibus duris luto & latere, & omnibus operibus quæ fiebant in campis, per omnia opera quibus eos deprimebant cum vi. Et ædificauerunt eis ciuitates munitas multum laborantes, & augentes eorum substantias annis multis, & per omnem modum seruitutis, cum illi non solum ingrati essent aduersus eos, verum & vniuersos eos perdere vellent. Quid igitur iniuste gestum est, si ex multis pauca sumpserunt, & qui potuerunt multas substantias suas habere, si non seruissent eis, & diuites abire, paucissimam mercedem pro magna seruitute accipientes inopes abierunt? Quemadmodum si quis liber abductus ab aliquo per vim, & seruiens ei annis multis, & augens substantiam eius, post inde aliquod adminiculum cõsecutus, putetur quidem modica quædam

dam eius habere, reuera autē ex multis laboribus suis & ex acquisitione magna, pauca percipiens discedat, & ex hoc ab aliquo imputetur ei, quasi non recte fecerit, ipse magis iniustus iudex apparebit ei, qui per vim in seruitium fuerit deductus. Sic ergo sunt huiusmodi qui imputant populo pauca de multis laboribus accipienti sibi, & ipsis non imputant, qui nullam gratiam ex merito parentum debitam reddiderunt, imò & in grauissimam seruitutē redigentes, maximam ab eis consecuti sunt vtilitatem: & illos quidem nō signatum aurum & argentum in paucis vasculis, de suis laboribus quemadmodum prædiximus accipientes, iniuste fecisse dicunt, semetipfos autē, dicitur enim quod verum est, licet ridiculum quibusdam esse videatur, ex alienis laboribus insigne aurum, & argētum, & ærumentum cum inscriptione & imagine Cæsaris in zonis suis ferētes, iuste se facere dicunt. Si autē cōparatio fiat nostra & illorū, qui iustius apparebunt accepisse, vtrūmne populus ab Aegyptiis, qui erāt per omnia debitores, annos à romanis & reliquis gentibus, & à quibus nihil tale nobis debeatur? Sed & mūdus pacē habet, sine timore in viis ambulamus & nauigamus quocūque voluerimus. Aduersus igitur huiusmodi aptus erit sermo domini, Hypocrita dicēs, exime prius trabē de oculo tuo, & tūc perspicias auferre festucā de oculo fratris tui. Etenim si is, qui tibi hæc imputat, & gloriatur in sua sciētia, separatus est à gentiliū cōtu, & nihil est alienorum apud eum, sed & simpliciter nudus, & nudis pedibus, & sine domo in mōtibus conuersatur, quemadmodum aliquod ex hiis animalibus, quæ herbis vescuntur, veniam merebitur, ideo quod ignoret necessitatis nostræ conuersationem. Si autem ab hominibus quæ dicuntur aliena esse participatur, & arguit typū eorum, semetipsum iniustissimū ostendit, retorquens in se eiusmodi accusationem. Inuenietur enim aliena circumferens, & ea quæ eius non sunt concupiscens. Et propter hoc dixisse dominum: Nolite iudicare, ne iudicemini, in quo enim iudicio iudicabitis, iudicabitur de vobis. Non utiq; vt peccantes non

B iij

non corripiamus, nec vt hiis quæ malefiunt consentiamus : Sed vt Dei dispositiones non iudicemus iniuste, cum ille omnia iuste profutura prouiderit . Quoniam enim sciebat nos de nostra substantia quam ab alio accipientes haberemus, bene acturos, Qui enim habet, inquit, duas tunicas, det ei qui non habet: & qui habet escam similiter faciat . Et , esuriui enim, & dedistis mihi manducare, & nudus fui, & vestistis me . Et , cum facis eleemosynam, non sciat sinistra tua , quid faciat dextra tua . Et reliqua quæcunque beneficientes iustificamur velut de alienis nostra redimentes. De alienis autem ita dico, non quasi mundus alienus sit à Deo , sed quoniam huiusmodi dationes ab aliis accipientes habemus, similiter velut illi ab AEgyptiis , qui non sciebant deum, & per hæc ipsa erigimus in nobismetipsis tabernaculum Dei . Cum bene enim facientibus habitat deus, quemadmodum dominus ait: facite vobis amicos de mamonâ iniquitatis , vt hij quando fugati fueritis, recipiât vos in æterna tabernacula. Quæcunq; enim cū essemus Ethnici, de iniustitia acquisiuimus, hæc cū crediderimus in dominicas vtilitates cōuertentes, iustificamur. Necessarie igitur hæc in typo præmeditabâtur, & tabernaculum Dei ex hiis fabricatur, illis quidē iuste accipiētibus, quæadmodū ostendimus, nobis autē præostēsis in ipsis qui inceperimus per aliena Deo seruire.

¶ Quæadmodū vna & eadē populi profectio ex AEgypto & ecclesiæ ex gētib⁹ ostēditur. Ca. L.

Vniuersa enim quæ ex AEgypto profectio fiebat populi, à Deo typus & imago fiebat profectiois ecclesiæ, quæ erat futura ex gentibus. Propter hoc & in finem educens eum hinc in suam hæreditatem, quam non Moyse quidem famulus Dei, sed Iesus filius Dei in hæreditatem dabit. Si quis autem diligentius intendat hiis, quæ à prophetis dicuntur de fine, & quæcunque Ioannes discipulus domini vidit in Apocalypsi, inueniet easdem plagas vniuersaliter accipere gentes, quas tunc particulatim accepit AEgyptus.

Talia

Talia quædam enarrans de antiquis presbyter, reficiebat nos, & dicebat, de hiis quidam delictis de quibus ipsæ scripturæ increpant patriarchas & prophetas, nos non oportere exprobrare eis, neque fieri similes Cham qui irrisit turpitudinem patris sui, & in maledictionem decidit. Sed gratias agere pro illis Deo, quoniam in adventu domini nostri remissa sunt eis peccata: etenim illos dicebat gratias agere, & gloriari in nostra salute. De quibus autem scripturæ nõ increpant, sed simpliciter sunt positæ, nos nõ debere fieri accusatores: nõ enim sumus diligentiores Deo, neque super magistrum possumus esse: sed typum quærere. Nil enim ociosum est eorum quæcunq; in accusabilia posita sunt in scripturis.

¶ Ostensio generationis Loth ex filiabus suis. Caput LI.

Q Vemadmodum & Loth qui eduxit de Sodomis filias suas, quæ conceperunt de patre suo, qui reliquit in confinio uxorem suam statuam salis vsque in hodiernum diem. Etenim Loth non ex sua voluntate, neque ex sua concupiscentia carnali, neque sensum neque cogitationem huiusmodi operationis accipiens, sed consumavit typum, Quemadmodum scriptura dicit, & intrauit maior nata & dormiuit cum patre suo nocte illa, & non sciuit Loth cum dormiret nocte illa, & cum surgeret. Et in minore autem hoc idem, & non sciuit, inquit, cum dormisset secum, nec cum surrexisset. Nesciēte igitur homine, neque libidini seruiēte, dispensatio perficiebatur per quam duæ filia, id est, duæ synagogæ ab vno & eodem patre in sobole adoptate significabantur sine carnis libidine. Nec enim alter erat alius qui semē vitale, & filiorum fructum posset dare eis, quemadmodum scriptum est, Dixit autem maior ad minorem: pater noster senior est, & nemo est super terram, qui intret ad nos, vt oportet omni terræ: veni potione in us patrem nostrum vino, & dormiamus cum eo, & suscitemus de patre nostro semen. Illæ quidem filia secundum simplicitatem & innocentiam putantes vniuersos homines

B iiij periiſſe

periiſſe, quemadmodum & Sodomitas, & vniuerſam terrã iracundiã dei ſuperueniſſe, dicebant hæc. Quapropter & ipſæ excuſabiles ſunt, arbitranſes ſe ſolas relictas cum patre ſuo ad conſeruatiõem generis humani, & propter hoc circumueniebant patrem. Per verba autem earum ſignificabatur neminem eſſe alterum, qui poſſit filiorum generationem maiori & minori ſynagogæ præſtare, quã patrem noſtrum. Pater autem generis humani verbum Dei eſt. Quemadmodum Moyſes oſtendit dicens, Nõne hic ipſe pater tuus poſſedit te, & refecit te, & creauit te? Quando igitur hic vitale ſemen, id eſt, ſpiritum remiſſionis peccatorum per quem viuificamur effudit in humanum genus, nõne tunc conuerſabatur cum hominibus, & bibebat vinum in terra? Venit, inquit, filius hominis manducans & bibens, & cum recubiſſet obdormiuit & ſomnum cœpit. Quemadmodum ipſe in Dauid dicebat. Ego obdormiui & ſomnum cœpi. Et quoniam in noſtra communicatione & vita hoc agebatur, iterum ait: Et ſomnus meus ſuauiſſimus mihi factus eſt. Totum autem ſignificatur per Loth, quoniam ſemẽ patris omnium, id eſt, ſpiritus Dei, per quem facta ſunt omnia, commixtus & vnitus eſt plasmati ſuo, per quam cõmixtionem duæ ſynagogæ, id eſt, duæ filiæ congregationes fructificantes ex patre filios viuos viuo Deo. Et cum hæc fierent, vxor remanſerat in Sodomis, iam nõ caro corruptibilis, ſed ſtatua ſalis ſemper manẽs, & per naturalia ea quę ſunt conſuetudinis hominis oſtendens, quoniam & eccleſiã quę eſt ſal terrę, ſubrelicta eſt in confinio terrę, patiens quę ſunt humana: & dũ ſepe auferuntur ab ea mēbra integra, perfeuerat ſtatua ſalis, quod eſt firmamentum ſi dei, firmans & præmittens filios ad patrem ipſorum.

¶ Oſtenſio vnum & eundem eſſe deum patrem noſtrum & illorum. Cap. L I I.

H Viuſmodi quoque de duobus teſtamentis, ſenior apoſtolorum diſcipulus diſputabat, ab vno quidem & eodem deo vtraque oſtẽdens.
Nec

Nec enim esse alterum deum præter eum, qui fecit & plasmavit nos, nec firmitatem habere sermonem eorum qui dicunt, aut per angelos aut per aliam quamlibet virtutem, aut ab alio deo factum esse hunc mundum, qui est secundum nos. Si enim semel quis transmoueat a factore omnium, & eum concedat ab aliquo altero, aut per aliam factam conditionem, quæ sit secundum nos, multam incogruentiam, & plurimas contradictiones necessè est incidat huiusmodi, ad quas nullas dabit rationes, neque secundum verisimile, neque secundum veritatem. Et propter hoc hij, qui alias doctrinas inferunt, abscondunt a nobis quam habent ipsi de deo sententiam, scientes casum & ruinam doctrinæ suæ, & timentes ne victi saluari periclitentur. Si autem credat quis vnum deum, & qui verbo omnia fecit, quemadmodum ipse Moyses ait, dixit deus: fiat lux, & facta est lux, Et in Evangelio legimus: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, Et apostolus Paulus similiter, Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus deus, & pater qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis: Hic primo erit tenens caput, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam subministrationis in mensura vniuscuiusque partis incrementum corporis facit, in ædificationem sui in claritate. Post deinde & omnis sermo ei constabit, si & scripturam diligenter legerit apud eos, qui in ecclesia sunt presbyteri, apud quos est Apostolica doctrina, quemadmodum demonstrauimus. Apostoli enim omnes duò quidem testamenta in duobus populis fuisse docuerunt, Vnum autem & eundem esse deum, qui disposuerit vtraque ad vtilitatem hominum, secundum post testamenta dabatur, qui incipiebant credere deo, ex ipsa demonstrauimus apostolorum doctrina, in tertio libro. Et quoniam non ociose, nec frustra vt obuenerit, datum est prius testamentum: sed illos quidem quibus dabatur in seruitutem dei concurrans ad vtilitatem eorum: non enim indiget deus ab hominibus seruitutem: typum autem cælestium ostendens, quoniam nondum poterat homo per proprium visum videre,

dere, quæ sunt dei: & imagines eorum quæ sunt in ecclesia præfigurans, vt sima ea quæ secundum nos est, fiat fides: & prophetiam futurorum continens, vt disceret homo præscium esse omnium deum.

¶ Quis est spiritalis discipulus, qui iudicat quidem omnes, ipse autem à nemine iudicatur, & qui sunt qui iudicantur.

Caput LIII.

T Alis discipulus vere spiritalis recipiens spiritum Dei, qui ab initio in vniuersis dispositionibus Dei affuit hominibus, & futura annuntiavit, & præsentia ostendit, & præterita enarrat, iudicat quidem omnes, ipse autem à nemine iudicatur.

¶ Quemadmodum iudicantur gentes.

Caput LIII.

N A M iudicat gétes creaturæ magis quam creatori feruiétes, & reprobabili mète vniuersam suam operationem inuanum consumentes.

¶ Quemadmodum iudicabuntur Iudæi.

Caput LV.

I Vdicat autem etiam Iudæos, non percipientes verbum libertatis: & neque volentes abire liberos: cum habeant præsentem liberatorem, sed intempestiue extra legem seruire simulantes, nihil indigente deo: & Christi aduentum, quem propter salutem hominum fecit, non cognoscentes.

¶ Ostensio quoniam duos aduentus prophetæ annuntiauerunt. Cap. LVI.

N Eque intelligere volentes, quoniam duos aduentus eius omnes annuntiauerunt prophetæ: vnum quidè, in quo homo in plaga factus est, sciens ferre imbecillitatem, in pullo asini sedens, & reprobatus lapis ædificantibus, & sicut ovis ad victimam adductus, & per extensionem manuum dissoluens quidè Amalech, congregans autem dispersos filios à terminis terræ, in ouile patris, & recómemoratus mortuorum suorum

rum, qui ante dormierāt, & descendens ad eos, vti erueret eos & saluaret eos. Secundum autē, in quo super nubes veniet, superducēs diem quæ est sicut clibanus ardens, & percutiens terrā verbo oris sui, & spiritu per labia sua interficiēs impios, & ventilabrū in manu habēs, & emundās aream suam, & triticum quidem in horreū colligēs, cōburens autem paleas in igni inextinguibili.

¶ Quemadmodum iudicabuntur qui à Marcione sunt. Cap. L VII.

E Xaminabit autem & doctrinam Marcionis, quomodo accipiat duos deos esse infinita distantia separatos ab inuicem. Vel quemadmodū bonus erit, qui alienos homines abstrahit ab eo qui fecit, & ad suum aduocat regnum, & quare bonitas eius defecit, non omnes saluans, & quare circa homines quidem bonus videtur, in ipsum autem qui fecit homines iniustissimus, auferens ab eo quæ sunt eius. Quomodo autem iuste dominus, si alterius patris existit, huius conditionis, quæ est secundum nos, accipiens panem, suum corpus consistebatur, & temperamentum calicis sui sanguinem confirmavit. Et quale se filium hominis consistebatur, si non eam quæ ex homine est, generationem sustinuisset. Quemadmodum autem & peccata nobis dimittere poterat, quæ nos nostro debeamus factori & deo. Quomodo autem & cum caro non esset, sed cum pareret quasi homo, crucifixus est, & latere eius puncto, sanguis exiit & aqua. Quod autem corpus sepelierunt sepultores, & quid illud erat quod surrexit à mortuis.

¶ Quemadmodum iudicabuntur hij, qui sunt à Valentino, & cæteri gnostici.

Caput L VIII.

I Udicabit autem & eos qui sunt à Valentino omnes, quia lingua quidē cōfiteretur vnū deū patre, & ex hoc omnia, ipsum autē qui fecerit omnia defectionis siue labis fructum esse dicunt, & vnum dominum

dominum Iesum Christum filium Dei similiter linguæ confitentes, propriam quidem emissionē sententia sua vnigenito donantes, propriam verò & alteram Christo, alteram verò saluatori: ita vt secundum eos dicantur quidem omnia esse quasi vnum, vnumquenque autem ipsorum separatim intelligi, & propriam habere emissionem, secundum suam cōiugationem. Linguas itaque eorum videlicet solas in vnitatem celsisse, sententiam verò eorum & sensum, quæ profunda sunt scrutari, decidens ab vnitatem, incidere in multiforme dei iudicium, cum de hiis quæ sibi metipsi adinuenerunt interrogabuntur à Christo: quem & postea natum quam pleroma A Eonum dicunt, & emissionem eius post diminutionem siue defectionem, & propter eam passionem, quæ facta est in Sophia, semetipsos obstetricatos esse affirmant. Accusabit autem eos Homerus proprius ipsorum poeta, à quo eruditi talia inuenerunt, ipso dicente hæc. Inimicus est enim illi mihi, similiter atque fores inferorum, qui aliud quidem abscondit in corde suo, aliud autem enarrat.

¶ Quemadmodum iudicabuntur Ebionitæ.

Caput L I X.

I Vdicabit autem & vaniloquia prauorū gnosticorum, Simonis eos magis discipulos ostendens. Iudicabit autem & Ebionitas, quomodo possunt saluari, nisi deus est, qui salutem illorum super terram operatus est. Et quemadmodum homo transiet in deum, si non deus in hominem? Quemadmodum autem relinquet mortis generationem, si non in nouam generationem mire & inopinate à deo in signum autem salutis datam, quæ est ex virgine per fidem regenerationem, vel quemadmodum adoptionem accipient à deo, permanentes in hac Genesi, quæ est secundum hominē in hoc mundo. Quomodo autem plusquam Salomon, aut plusquā Iona habebat, & dominus erat David, qui eiusdem cum ipsis fuit substantiæ. Quomodo autē eum qui aduersus homines fortis erat, qui non solum vicit hominē,

hominem, sed & detinebat eum sub sua potestate, deuic-
 it, & eum quidē qui vicerat vicit, eum verò qui victus
 fuerat hominē dimisit, nisi superior fuisset eo homine,
 qui fuerat victus. Melior autem eo homine, qui secun-
 dum similitudinem dei factus est, & præcellentior, quis
 nam sit alius nisi filius Dei, ad cuius similitudinem, dei
 factus est homo: & propter hoc in finem ipse ostendit si-
 militudinem, filius dei factus est homo, antiquam plas-
 mationem in semetipsum suscipiēs, quemadmodum di-
 ximus in eo libro, qui est superior.

¶ **Quemadmodum iudicabuntur, qui putatiue
 dicunt dominum apparuisse. Cap. L X.**

I Vdicabit autem & eos qui putatiuum indu-
 cunt. Quēadmodum enim ipsi vere se putant
 disputare, quādo magister eorum putatiuus
 fuit: aut quemadmodum firimum quid possunt habere
 ab eo, si putatiuus, & non veritas erat? Quomodo autē
 ipsi salutem vere participare possunt, si ille, in quem cre-
 dere se dicunt, semetipsum putatiuum ostendebat? Puta-
 tiuum est igitur, & non veritas, omnia apud eos: & nunc
 iam quæretur, ne forte cum & ipsi homines non sint,
 sed muta animalia, hominum vmbrae apud plurimos
 proferant.

¶ **Quemadmodum iudicabuntur pseudopro-
 phetæ. Caput L X I.**

I Vdicabit autē & pseudopphetas, qui non
 accepta à deo prophetica gratia, nec deum ti-
 mentes, sed aut propter vanam gloriam, aut
 ad quæstum aliquem, aut & aliter secundum operatio-
 nē mali spiritus fingunt se prophetare, mentientes ad-
 uersus Deum.

¶ **Quemadmodum iudicabuntur qui schismata
 operantur, & omnes qui se segregāt
 ab ecclesia. Cap. L X II.**

I Vdicabit autem & eos qui schismata operan-
 tur, qui sunt immanes non habentes dei dile-
 ctionem: suāque vtilitatem potius confyde-
 rantes,

râtes, quàm vnitatem ecclesiæ, propter modicas & qualibet causas magnū & gloriosum corpus Christi conscindunt & diuidunt, & quātum in ipsis est interficiunt, pacem loquentes, & bellum operantes, vere liquantes culicem, & camelum transglutientes. Nulla enim ab eis tāta potest fieri correptio, quāta est schismatis pernicies. Iudicabit autem & omnes eos, qui sunt extra veritatē, id est, extra ecclesiam: ipsa autem à nemine iudicatur. Omnia enim ei constant, & in vnum deum omnipotentem, ex quo omnia, fides integra, & in filium dei Christum Iesum dominum nostrum, per quem omnia, & dispositionis eius, per quā factus est homo filius dei, sententia firma quæ in spiritu dei, qui præstat agnitionem veritatis, qui dispositiones patris, & filij expofuit, secundū quas aderat generi humano, quē admodum vult pater.

¶ Quē admodum omnia consistunt ei qui est Ecclesiasticus. Cap. LXIII.

Agnitio vera est apostolorum doctrina, & antiquus ecclesiæ status, in vniuerso mūdo, & characterē corporis Christi, secundum successiones episcoporum, quibus illi eam quæ in vnoquoque loco est ecclesiam tradiderunt, quæ peruenit vsque ad nos custodita sine fictione scripturarum tractatione plenissima, neque ablationem recipiens lectio sine falsatione, & secundum scripturas expositio legitima, & diligens, & sine periculo, & sine blasphemia, & præcipuum dilectionis munus, quod est preciosius quàm agnitio, gloriosius autem quàm prophetia, omnibus autem reliquis charismatibus supereminens.

¶ Ostensio quod ecclesia non tantum perfectam habeat dilectionem, sed quoniam & spiritus Dei super eam requiescit, & quod ab vno & eodem Deo prophetia & spiritus.

Caput LXIII.

¶ Quia propter ecclesia omni in loco ob eam quæ habet erga deum dilectionem, multitudinem martyrum in omni tempore præmittit ad patrem;

rem, reliquis autem omnibus non tantum non habentibus hanc rem ostendere apud se, sed neque quidem necessarium est dicentibus tale martyriū esse eorum; martyrium verum secundum sententiā eorum, nisi si vnus aut duo aliquando per omne tempus ex quo dominus apparuit in terris, cum martyribus nostris, quasi & ipse misericordiam consequutus, opprobrium simul baiulauit nominis, & cum eis ductus est velut adiectio quædā donata eis. Opprobrium enim eorum, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, & omnes pœnas sustinent & mortificantur propter eā quæ est erga deum dilectionem, & confessionem filij eius, sola ecclesia pure sustinet, sepe debilitata, & statim augens membra, & integra fiens. Quemadmodum & typus eius quæ fuit illius Loth salis figmentum: similiter vt veteres prophetæ sustinentes persecutionem, quemadmodum dominus ait, Sic enim persecuti sunt prophetas, qui ante vos fuerunt, quoniam noue quidem, sed idem spiritus requiescens super eam, ab hiis qui non recipiunt verbum Dei persecutionem patitur.

¶ Quomodo prophetæ omnia prædixerūt, quæcunque Christus operatus est.

Caput L X V.

¶ Quod quidem prophetæ cum reliquis quæ prophetabāt, & hoc prophetauerunt, quoniam super quoscunq; requieuerit spiritus Dei, & obdierint verbo patris, & secundum virtutē seruiert ei, persecutionem patiētur, & lapidabuntur, & occidentur. In semetipsis enim hæc omnia præfigurabāt prophetæ, propter dilectionem Dei, & propter verbum eius.

¶ Quoniā prophetæ mēbra Christi sunt, & quæadmodum vnusquisq; eorū secundum quod erat mēbrū secūdū hoc & prophetauit, quoniā omnia quæ prophetæ prædixerunt Christus impleuit. Ca. L X V I.

¶ Vm enim & ipsi membra essent Christi, vnusquisq; eorum secūdum quod erat membrum, secūdum hoc & prophetationē manifestabat, omnes

omnes & multi vnum præformantes , & ea quæ sunt vnus annuntiantes. Quomodo enim per nostra membra operatio quidem vniuersi corporis ostèditur, figura autem totius hominis per vnum membrum non ostenditur, sed per omnia: sic & prophetæ omnes quidem vnum præfigurabāt, vnusquisque autem eorū secundum quod erat membrum , secundum hoc & dispositionem adimplebat, & eam quæ secundum illud membrum erat operationem Christi prophetabat . Quidam enim in gloria videntes eum, gloriosam eius apud patrem à dextris conuersationem videbant . Alij super nubes quemadmodū filium hominis venientem, & dicentes de eo, Videbunt in quem compunxerunt, aduentum eius significabant, de quo ipse ait, Putas cum filius hominis venerit, inueniet fidem super terram: de quo & Paulus ait, Si tamen iustum est apud deum , retribuere eis qui tribulant nos tribulationem, & vobis qui tribulamini requiem nobiscum in reuelatione domini Iesu de cælo , cum angelis virtutis dei , & in flamma ignis . Alij verò iudicem dicentes eum, & diem domini tanquam clibanum ardentem, qui colligit triticum in horrea, paleas autem comburet igni inextinguibili: comminabantur eis qui increduli erant, de quibus & ipse dominus ait, Abite maledicti in ignem æternum, quem preparauit pater meus diabolo, & angelis eius. Et Apostolus similiter ait: Qui pernas dabunt interitus æternas , à facie domini , & à gloria virtutis eius, cum venerit glorificari in sanctis suis, & ammirabilis fieri hiis qui credunt in eum. Et qui dicunt , speciosus forma præ filiis hominum , & vnxit te deus, de^o tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis , & accingere gladium tuum potentissime circa femur tuum, & specie tua & pulchritudine tua, intède prospere , procede, & regna, propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & quæcūque alia talia sunt de eo, eam quæ est in regno speciem eius & decorem , & exultationem supercoruscantem & supereminentem omnibus qui regenerantur sub ipso , significabant, vt qui audiunt concupiscerent ibi inueniri, placentia facientes deo. *Qui iterum*

rum dicentes homo est, & quis cognoscet eum, & veni ad prophetam, & peperit filium, & vocatur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis: & qui eum ex virgine Emanuel predicabant: adunitionem verbi Dei ad plasmam eius manifestabant, quoniam caro erit, & filius dei filius hominis, purus puram aperiens vuluam eam quam regenerat homines in deum, quam ipse puram fecit, & hoc factus quod nos, Deus fortis, & inenarrabile habet genus. Et qui dicunt, Dominus in Sion loquutus est, & de Hierusalem dedit vocem suam, & notus in Iudæa, qui in Iudæa aduentum eius significabant. Qui autem rursus dicunt ab Africo venire deum, & de monte umbroso & condenso, aduentum eius qui est ex Bethlehem dicebant, quemadmodum ostendimus in eo libro, qui est ante hunc: Vnde is qui præest, & pascit populum patris sui, venit. Qui autem dicunt aduentum eius, quemadmodum ceruus claudus saliet, & plana erit lingua mutorum, & aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient, & manus resolutæ, & genua debilia firmabuntur, & resurgent qui in monumentis mortui sunt, & ipse infirmitates nostras accipiet, & languores portabit: Quicquid quæ ab eo curationes fiebant annuntiauerunt. Quidam autem hominem infirmum & ingloriosum, & scientem ferre infirmitatem, & sedentem super pullum asinum, venturum Hierosolymam, & dorsum suumponentem ad flagella, & maxillas suas ad palmas, & quemadmodum ouem adduci ad victimam, & aceto & felle potari, & ab amicis qui proximi sunt derelinqui, & extendentem manus per totam diem, & ab eis qui eum intuebantur, subsannari & maledici. & partiri vestimenta eius, & super vestimentum eius mitti sortem, & in limen mortis deductum, & omnia talia: eum qui secundum hominem est aduentum eius, sicut intrauit Hierosolymam, in qua & passus & crucifixus sustinuit omnia quæcunque sunt prædicta, prophetabant. Alij autem dicentes, Rememoratus dominus sanctus mortuorum suorum, qui prædormierunt in terra limi, & descendit ad eos ut erigeret, ad saluandum illos: causam reddiderunt, præ-

pter quam passus est hæc omnia . Qui autem dixerunt, In illa die dicit dominus , Occidit sol meridie, & erunt tenebræ super terram in die lucis, & conuertam dies festos vestros in luctum , & vniuersa cantica vestra in lamentationem: eum occasum solis, qui crucifixo eo fuit ab hora sexta, manifeste annütiauerunt. Et quia postquam hoc factum est , hij qui secüdum legem erant dies festi eorü & cätica, in luctum & lamentationem eorum conuerterentur, cum inciperent tradi gentibus. Adhuc etiã manifestius hoc idem & Hieremias ostendit, sic dicens de Hierusalem, Exinanita est quæ parit, tedit anima eius, occidit sol ei, cum adhuc medius dies esset, confusa est, & improprium passa est, reliquos eorum in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum. Qui autem dixerunt eum dormisse, & somnum cepisse, & resurrexisset, quoniam dominus suscepit eum, præcipientes principibus cælorum aperire æternas portas , vt introcat rex gloriæ, resurrectionem eius quæ ex mortuis per patrem & receptionem in cælos præconauerunt . In eo autem quod dixerunt , A summo cælo egressio eius , & occursum eius vsque ad summum cæli, & non est qui se abscondat à calore eius , quoniam illuc assumptus est, vnde & descendit, & nõ est qui iustü iudicium eius effugiat, Id ipsum annuntiabant qui dicebant , Dominus regnauit, irascantur populi , qui sedes super Cherubin , commouatur terra . Partim quidem eã quæ post assumptionem eius facta est super eos , qui in eum crediderunt iram ab omnibus populis , & motum vniuersæ terræ aduersus ecclesiam prophetabant : partim autem veniente eode cælis cum angelis virtutis eius, commoueri vniuersam terram , quemadmodum ipse ait , Erit terræ motus magnus, qualis non est factus ab initio. Et rursus in eo cum dicit, Quisquis iudicatur ex aduerso adstet, & quisquis iustificatur appropinquet puero dei, Et væ vobis, quoniam omnes veterascetis sicut vestimentum , & tinea comedet vos, & humiliabitur omnis caro, & exaltabitur dominus solus in altissimis: significatur quoniam post passionem, & assumptionem, omnes qui contra eum fuerunt,

fuerunt, sub pedibus eius subiiciet deus, & ipse super omnes exaltabitur, & nemo qui iustificetur, aut comparatur ad eum. Et qui dicunt dispositurum deum testamentum nouum hominibus, non quemadmodum disposuit patribus in monte Choreb, & cor nouum, & spiritum nouum dare hominibus: & rursus, Antiqua nolite reputare, ecce facio noua quæ nunc orientur, & scietis, & faciam in deserto viam, & in terra inaquosa, flumina ad potandum genus electum populum meum quæ acquisiui, vt virtutes meas enarret: quæ est noui testamenti libertas, hanc manifeste annuntiabāt, & nouum vinum quod in nouos vtres mittitur per fidem quæ est in Christo, quam annuntiauit ortam in eremo viam iustitiæ, & in terra inaquosa flumina spiritus sancti, adquare genus electum dei, quod acquisiuit, vt virtutes eius enarrētur, sed non vt blasphemarent eum qui hæc fecit deus. Et reliqua omnia, quæcunq; per tantam seriem scripturæ demonstrauimus prophetas dixisse, spiritualis vere qui est interpretabitur vnūquodq; eorū quæ dicta sunt, in quæ dictum sit characterem dispositionis domini, & integrum corpus operis filij dei ostendēs, semper eundem deum sciēs, & semper eundem verbū dei cognoscēs, etiā si nunc nobis manifestatus est, & semper eundem spiritum dei cognoscēs, etiā si in nouissimis temporibus noue effusus est in nos, & à cōditione mundi vsq; ad finem in ipsum humanum genus, ex quo qui credunt deo, & sequuntur verbum eius, percipiunt eā quæ ab eo est salutem. Qui vero abscedunt ab eo, & cōtēnunt præcepta eius, & per opera sua inhonorāt eum qui se fecit, & sentētia sua blasphemant eum qui se alit, iustissimum aduersus se coaruant iudicium. Hic igitur examinat omnes, ipse vero à nemine examinatur, neq; patrem suum blasphemās, neq; dispositiones eius frustrās, neq; patres accusans, neque prophetas exhonorās. aut ab alio deo dicēs eos, aut iterum ex alia & alia substātia fuisse prophetias. Dicemus autē aduersus omnes hæreticos, & primo quidē aduersus eos qui sunt à Marcione, & aduersus eos qui sunt similes illis, ab altero deo dicētes esse prophetas. Legite

diligentius id quod ab apostolis est Euangelium nobis datum, & legite diligētius prophetas, & inuenietis vniuersam actionem, & omnem doctrinam, & omnem passionem domini nostri prædicatam in ipsis.

¶ Aduersus eos qui dicunt: quid noui veniens attulit Christus. Cap. L X V I I.

I autem subit vos huiusmodi sensus vt dicatis,
S Quid igitur noui dominus attulit veniens? cognoscite quoniam omne nouitatem attulit, semetipsum afferens, qui fuerat annuntiatus. Hoc enim ipsum prædicabatur, quoniã nouitas veniet innouatura & viuificatura hominẽ. Regis enim aduentus ab hiis quidem qui mittuntur seruis prænuntiatur propter apparatus, & expeditionem eorũ, qui incipient suscipere suum dominum. Cum autẽ venit rex, & illi prænuntiato gaudio adimpleti sunt, qui sunt subiecti, & perceperunt eã, quæ est ab eo libertatem, & participant visionẽ eius, & audierunt sermones eius, & fruituri sunt muneribus ab eo, non iam requiretur quid noui attulit rex super eos, qui annuntiauerunt aduẽtum eius, apud eos vti delictet qui sensum habent: semetipsũ enim attulit, & ea quę prædicta sunt bona, in quę cõcupiscebãt angeli intẽdere, & douauit hominibus. Tunc autẽ fuissent serui mendaces, & nõ à domino missi, si non Christus adueniens talis, qualis & prædicabatur, adimpletset eorũ sermones. Quapropter dicebat, Ne putetis quoniam veni soluere legem aut prophetas. Non veni soluere, sed adimplere. Amen enim dico vobis, donec pertransiet cælum & terra, iota vnum, aut vnus apex non transiet à lege & prophetis, quoadusque omnia fiant. Omnia enim ipse adimpleuit veniens, & adhuc implet in ecclesia vsque cõsummationẽ, à lege prædictũ nouum testamẽtũ. Quemadmodum & Paulus apostolus eius ait, in ea quæ est ad Romanos. Nunc autẽ sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustus enim ex fide viuet. Hoc autẽ quoniã iustus ex fide viuet, per prophetas prædictum fuerat. Vnde autem poterãt prædicare pro-

re prophetæ regis aduētum, & eā libertatē quæ ab eo datur præuāgelizare, & omnia quæ à Christo facta sunt & sermone & operatione, & passionē eius prænūtiare, & nouū testamētum prædicare, si ab altero deo prophetiā inspirationē acceperūt, ignorātes inenarrabilē patrem secudum uos, & regnum eius, & dispositiones eius, quas filius dei* in nouissimo dierum. Casu quodā hæc euenisse nō potestis dicere, tanquā à prophetis quidem de altero quodam dicta, similiter autem euenierint domino. Omnes enim prophetæ hæc eadē prophetauerunt. Sed neq; alicui ex veterib⁹ euenierunt: si enim euenissent alicui ex veterib⁹ ista, nō utiq; qui postea fuerunt prophetæ in nouissimis temporibus affutura hæc. Adhuc etiā nemo est neq; patrum, neque prophetarum, neq; antiquorum regum, circa quem proprie ac specialiter factum sit aliquid horum. Nā omnes quidem Christi passionē prophetauerunt, ipsi autē ad patiēdum similiter, ut ipsa prædicta sunt dominicæ passionis, in nullo altero facta sunt. Neque enim sol medio die occidit aliquo de veteribus mortuo, neque scissum est uelum templi, neque terra mota est, neque petreæ disruptæ sunt, neque mortui surrexerunt, Neque in tertia die quis illorū surrexit, neq; receptus est in cælum, neq; cū assumeretur aperti sunt cæli, neq; in nomen alicuius alterius crediderunt gentes, neq; quis ex eis mortuus & resurgens aperuit nouum libertatis testamētum. Nō igitur de altero, sed de domino, in quē cōcurrerunt omnia prædicta signa, dicebāt prophetæ. Si autem aliquis Iudæis aduocationē præstās, erectionē templi, quæ posteaquā in Babylonem trāsigrauerunt facta est sub Zorobabel, & discessionē populi, quæ facta est post septuaginta annos, dicat hoc esse nouum testamētum, cognoscat quoniam lapideum quidem templum restitutum est, tunc adhuc enim illa quæ in lapideis tabulis facta fuerat lex seruabatur. Nouum autem testamētum datum est nullum, sed ea lege quæ per Moysen data est, utebantur usque ad aduentum domini: A domini autem aduētū nouum testamētum ad pacem reconcilians, & uiuificatrix lex in-

Deest faciet
aut præstabit

vniversam exiuit terrā , quemadmodum dixerunt prophetę, Ex Sion enim procedet lex, & verbum domini de Hierusalem, & arguet populum multū: & cōcident gladios suos in aratra, & lâccas suas in falces, & iam nō discēt pugnare. Si igitur alia lex, & verbum exiens ab Hierusalem tantā pacem fecit apud eas gentes quæ eum receperunt, & per eas arguit imprudentiæ multum populum, videtur cōsequens de altero dixisse prophetas . Si autem libertatis lex, id est, verbum dei, ab apostolis qui ab Hierusalē exierunt annuntiatum, vniversam terrā in tantā trāsmutationem fecit , quòd gladios & lanceas bellatorias in aratra fabricauerunt ipsi, & in falces quæ donauit ad metēdum frumētum in organa pacifica demutauerunt, & iā nesciunt pugnare, sed percussi & alterā præbent maxillā, nō de alio prophetæ dixerunt hæc, sed de eo qui fecit ea . Hic autem est dominus noster, & in hoc est sermo verus, quoniam ipse est qui aratrum fecit, & falcem intulit, hoc est, hominis primā seminacionem, quæ fuit secundum Adam plasmatio, & in nouissimis temporibus per verbum collectam fructificationem : & propter hoc quod initium fini coniungebat, vtrorūque dominus existens , in fine quidem aratrum ostendit lignum copulatum ferro, & sic eius expurgauit terrā, quoniam firmum verbum adunitum carni & habitu tali confixus emundauit syluestrem terram. Initio autem falcem figurabat per Abel, significabat iustis humanam collectionē. Vide enim, inquit, quemadmodum iustus perit, & nemo intuetur , & viri iusti tolluntur, & nemo excipiet corde . Hæc autem in Abel quidem præmeditabantur, in prophetis verò præconabantur, in domino autem perficiebantur, & in nobis autem id ipsum est, consequente corpore suum caput.

¶ Aduersus eos qui dicunt quædā à summitate dixisse prophetas , quædam verò à mundi fabricatore. Cap. L X V I I I.

E T aduersus eos quidem qui ab alio deo prophetas dicunt, ab altero autem dominum patrem nostrum , talia sunt apta si quo modo tandem quiescant

quiescant à tanta irrationabilitate. Propter hoc enim & laboramus eas quæ sunt ex scripturis adhibere ostensiones, vt ipsis sermonibus cõfutantes eos, quãtum in nobis est, cohibeamus eos à grandi blasphemia, & à multorum deorum dementi fabricatione.

¶ Quemadmodum de eisdẽ ipsis dictis discrepant à semetipsis qui sunt à Valentino.

Caput L X I X.

A Duersus eos rursus qui sunt à Valẽtino, & reliquos falsi nominis gnosticos, qui aliquando quidem à summitate quædam eorum quæ sunt in scripturis posita dicta dicunt, propter semen quod est inde, aliquando verò à medietate propter matrem prunicam audacem, multa etiam à mundi fabricatore, à quo & missi sunt prophetae, dicimus valde irrationabile esse in tantum inopiæ deducere patrem vniuersorũ, quasi non habuerit sua instrumenta, per quæ pure ea quæ sunt in pleromate annuntiarentur. Quem enim timebat, vt non libere & sine commixtione eius spiritus qui est in diminutione & ignorantia factus, proprie ac separatim significaret voluntatem suam? An timebat ne plurimi saluarentur, quum plures pure audissent ea quæ sunt veritatis? An rursus impotens erat ipse sibi præparare eos, qui aduentum saluatoris prænuntiarent? Si autem cum huc venisset saluator suos apostolos misit in mundum, pure aduentum eius annuntiantes, & voluntatem patris docentes, in nullo communicantes neque gentium, neque Iudæorum doctrinæ: multo magis in pleromate mittens prædicatores proprios destinasset, annuntiãtes in hunc mundum futurum aduentum eius, in nullo communicantes hiis prophetis qui sunt à Demiurgo. Si autem cũ esset intra pleroma, vsus est hiis prophetis qui erant secundum legem, & per eos ostendit quæ sunt sua, multo magis cum huc venisset his ipsis vsus fuisset magistris, & per eos annuntiasset nobis Euangelium. Iam igitur non Petrum & Paulum, & reliquos apostolos dicãt annuntiasse veritatem, sed scribas & pharisæos, & reliquos per quos lex annuntiabatur.

C iij

Si autem

Si autem suos in suo aduentu proprios apostolos emisit spiritu veritatis, & nõ spiritu erroris: hoc itẽ spiritu verbum Dei. & siquidẽ de principalitate spiritus fuit secundum regulã ipsorum, spiritus lucis, & spiritus veritatis, & spiritus perfectionis, & spiritus agnitionis: is verò qui a Demiurgo fuit spiritus ignorantia, & diminutionis, & erroris, & vmbra progenies: quẽadmodum in vno & eodẽ potuit esse perfectio, & diminutio, & ignorantia, error & veritas, lux & tenebra. Si autem in prophetis impossibile erat hoc ita esse, sed ab vno deo verbum domini præconabãt, & aduentum filij eius annuntiabãt: multo magis dominus ipse nunquam modo quidem de principali, modo verò de subiecta deminoratione fecisset sermones, & agnitionis, & ignorantia simul factus magister. Nec vnquam modo quidem mundi fabricatorem, modo autem eum qui super hunc, glorificaret patrem, quẽadmodum ipse ait, Nemo immittit commissuram vestimenti noui in vestimentum vetus, nec mittunt vinũ nouũ in vtres veteres. Igitur aut omni modo & ipsi abstineant se a prophetis, tanquã a veteribus, & nõ dicant eos ab ea nouitate, quã secundum principalitatem est quãdam dixisse, præmissos a Demiurgo: aut rursus arguantur a domino dicente, nouum vinum non mitti in vtres veteres. Vnde autem semẽ matris ipsorum poterat cognoscere ea quã erãt intra pleroma sacramenta, & de his eloqui, siquidẽ extra pleroma existens mater, peperit hoc ipsum semen, quod extra pleroma & extra agnitionem esse dicunt, quod est ignorantia. Quomodo igitur id quod erat ignorantia semen conceptum agnitionẽ annuntiaẽ poterat? aut quemadmodum ipsa mater, ea quã erant pleromatibus cognoscebat sacramenta, informis & infigurata, quasi abortiuum proiecta foras, & ibi aptata & formata, & ab horo prohibita interius ingredi, & vsque ad consummationem extra pleroma persequens, id est, extra agnitionem. Rursus autem passionẽ domini typum esse dicẽtes extensionis Christi superioris, quam extensus hora formauit eorum matrem, in reliquis arguuntur, iam nõ habentes similitudinẽ typum ostendere.

ostendere. Vbi enim rursus Christus aceto & felle potatus est? aut vbi diuisa sunt vestiméta eius, aut vbi púctus est, & exiuit sanguis & aqua? aut vbi guttas sanguinis sudauit? & reliqua quæcunque domino acciderunt, de quibus dixerunt prophetæ. Vnde ergo de hiis quæ tunc quidem nondum euenerant, incipiebant auté euenire, aut mater aut semen eius diuinavit? Adhuc etiam super hæc dicunt quidem à principalitate quædam dicta, cõfutati ab hiis quæ in scripturis de Christi aduétu referuntur. Quæ autem sint hæc non iam vnũ sentiunt, sed alij alia de hiis ipsis respondent. Si quis enim experimétum eorum volens accipere, separatim interroget quo sermone eos qui excellétes sint apud eos, inueniet alium quidem dicentem de Propatore, id est, de Bytho esse id quod interrogetur. Alium verò de initio omniũ, id est, de vnigenito. Alterum verò de patre omniũ, hoc est, verò. Alter rursus dicet, de vno æone eorũ qui sunt in pleromate cõnes dici. Alij autem de Christo, & alius de saluatore. Qui autem illorum peritior est, postea quàm multum tacens protexerit, de horo ait dictũ esse. Alius verò eam quæ est intra plenitudinem Sophiam significari. Alius vero illam quæ extra plenitudinem est matrem annntiari. Et alius mũdi fabricatorem deum dicet. Tantæ sunt de vno inter eos diuersitates, de iisdẽ scripturis varias habentes sententias: & vno eodẽque sermone lecto, vniuersi obductis superciliis agitantia capita, valde quidem altissime se habere sermonem dicunt, non autem omnes capere magnitudinem eius intellectus qui ibidem continetur, & propter hoc silentiũ maximã rem esse apud sapientes. Oportet enim eã quæ sit sursum Signen per id quod est apud eos silentium de formari. Sic autem abeunt omnes, quotquot sunt tantas de vno gestantes sententias, in abscondito ferentes secum sua acumina. Cum igitur inter eos conuenerit de hiis quæ in scripturis sunt prædicta, tunc & à nobis confutabuntur. Non enim bene sentientes, interim tamen semetipsos arguunt, de hisdem verbis non consentientes. Nos auté vnum & solum verum deum docto-

rent

rem sequentes, & regulam veritatis habentes eius sermones, de iisdem semper eadem dicimus, omnes vnum deū sciētes, factorem huius vniuersitatis, qui prophetas misit, qui eduxit populum de terra Aegypti, qui in nouissimis tēporibus filium suum manifestauit, vti cōfunderet incredulos, & exquireret iustitiæ fructum.

¶ Ostensio de domini sermonibus consentientis se à Deo patre missum, à quo & prophetæ venerunt, & patres electi sunt. Cap. L X X.

¶ Vem enim non cōfiteretur dominus, neque ab altero Deo dicere prophetas, nisi à patre ei⁹, neque ab aliqua alia substantia, sed ab vno & eodē patre, neque alium aliquē ea quæ sunt in hoc mūdo fecisse, nisi suum patrem docens sic. Homo erat quidam paterfamilias, & plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & edificauit turrim, & locauit eam colonis, & peregre profectus est. Cū autem appropinquasset tēpus fructuum, misit seruos suos ad colonos, vt acciperēt de fructibus suis. Et coloni apprehensis seruis, vnum quidem ceciderunt, alium autē lapidauerunt, alium verò occiderunt. Iterū misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt eis similiter. Nouissime autē misit eis filium suū vnicum, dicens, Forte verebuntur filium meum. Coloni verò cum vidissent filium, dixerūt intra se, Hic est hæres, venite occidamus eū, & habebimus hæreditatē eius: & apprehensum eum eiecerunt extra vineā, & occiderunt. Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet colonis illis? Et dixerunt illi, Malos male perdet, & vineam suam locabit aliis colonis, qui reddent ei fructus temporibus suis. Iterum dicit dominus: Nunquam legistis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Propter quod dico vobis, quoniam auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti faciēti fructū eius. Per quæ ostendit manifeste discipulis suis, vnum quidem & eundē patremfamilias, hoc est, vnum deum patrē,

trem, qui per seipsum omnia fecit. Varios verò agricolas, quosdam quidem contumeliosos, & superbos, & infructuosos, & domini interfectores: quosdam verò cum omni obedientia reddentes fructus temporibus suis: & eundem hunc patrem familias aliquando quidē mittentem seruos, aliquando quidem filium suum. A quo igitur patre missus est filius ad eos colonos qui interfecerunt eum, ab hoc & serui. Sed filius quidem quasi à patre veniens principali autoritate dicebat, Ego autem dico vobis. Serui autem quasi à domino seruiliter, & propter hoc dicebāt, Hęc dicit dominus. Quem igitur illi dominum præconabant incredulis, hunc Christus tradidit hiis qui obediunt sibi. & qui priores, siue primum per seruilem legislationem vocauerat deus: hic posteriores siue postea per adoptionē assumpsit. Planta uit enim deus vineam humani generis, primo quidem per plasmationem Adæ, & electionem patrum: tradidit autem colonis per eam legislationem, quæ est per Moysen. Sepem autem circumdedit, id est circumterminauit eorū culturam, & turrim ædificauit, Hierusalem elegit, & torcular fodit, receptaculum prophetici spiritus præparauit, & sic prophetas misit antequam esset in Babylonem transmigratio. Et post transmigrationem alios iterum plures quàm priores expetentes fructus, dicentes illis, Hęc dicit dominus omnipotens, Emundate vias vestras, & mores vestros, iudicium iustum iudicate, & misericordiam & miserationem facite vnusquisque ad fratrem suum: in viduam, & orphanum, & profelytum, & pauperem ne exercueritis potentatum, & vnusquisque malitiæ fratris sui ne recordemini in cordibus vestris: & iurandum falsum nolite diligere. lauamini, mundi estote, auferte nequitas à cordibus vestris, discite benefacere, exquirite iudiciū, defendite vim patientem, iudicate pupillo, & iustificare viduam, & venite disputemus dicit dominus. Et rursus, Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte à malo, & fac bonum, inquire pacem & persequere eā. Hęc præconantes prophetæ fructum petebāt iustitiæ.

Non

Non credentibus autem illis nouissime filiū suum mi-
 sit dominum nostrum Iesum Christum, quem cum oc-
 cidissent mali coloni, proiecerunt extra vineam. **Qua-**
 propter & tradidit eam dominus de^o non iam circum-
 uallatam, sed expansam in vniuersum mūdum aliis co-
 lonis, reddentibus fructus temporibus suis, turre ele-
 ctionis exaltata vbique & speciosa, vbique enim præ-
 clara est ecclesia, & vbique circumfossus torcular, vbi-
 que enim sunt qui suscipiunt spiritum. Quoniam enim
 filium Dei reprobauerunt, & eiecerunt eum, cum eum
 occidissent extra vineam, iuste reprobauit eos deus, &
 extra vineam existentibus gentibus dedit fructificatio-
 nem culturæ. Quemadmodum & Hieremias propheta
 ait, Reprobauit dominus, & abiecit gentem facientem
 hæc, quoniam fecerunt filij Iuda malignum in conspe-
 ctu meo, dicit dominus. Similiter autem & Hieremias,
 Constitui super vos exploratores, dicentes, Audite vo-
 cem tubæ: & dixerunt, non audiemus, propter hoc au-
 dierunt gentes, & qui pascunt pecora in eis. Vnus ergo
 & idē deus pater qui plātauit vineā, qui populū eduxit,
 qui pphetas misit, qui filiū suū misit, qui vineā dedit a-
 liis colonis, hiis qui reddūt fructū in tēporibus suis. Et
 propter hoc dicebat domin^o discipulis suis, bonos ope-
 rarios nos præparās. Attendite vobis & vigilate semper
 in omni tempore, ne quando grauentur corda vestra in
 crapula & ebrietate, & cogitationibus secularibus, & re-
 pēte adsistat super vos dies illa. Superueniet enim qua-
 si laqueus super omnes sedentes super faciē terræ. Sint
 igitur lumbi vestri præcincti, & lucerne ardētes in ma-
 nibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus
 dominum suum, quando reuertatur à nuptiis. Quomo-
 do enim factum est in diebus Noë, manducabant, & bi-
 bebant, emebant, & vendebant, nubebant & nubeban-
 tur, & non scierunt, quoadusque intrauit Noë in Arcā,
 & venit diluuium, & perdidit omnes: Quemadmodum
 factum est in diebus Loth, manducabant & bibebant,
 emebant, & vendebant, plantabant, & ædificabant, qua-
 die exiuit Loth à Sodomis, pluit ignem de cælo, & per-
 didit

didit omnes: sic erit & in aduentu filij hominis. Vigilate igitur, quoniam nescitis, qua die dominus vester veniet. Vnum & eundem annuncians dominum, qui in temporibus Noë propter inobedientiam hominum superduxit diluuium, & temporibus Loth propter multitudinem peccatorum Sodomitarum pluit ignem à cælo: & in nouissimo tempore propter hanc eandem inobedientiam, & similia peccata, superduxit diem iudicij: in quo ait tolerabilius Sodomis & Gomorrhis futurum quàm illi ciuitati & domui, quæ non receperit verbum apostolorum eius. Et tu autem Capharnaum, dicebat, nūquid vsque ad cælum exaltaberis, vsque ad inferos descendes. Quoniam si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, mansissent vsque in hodiernū diem. Veruntamen dico vobis, tolerabilius erit Sodomis in die iudicij quàm vobis: Vnus & idem cum semper sit verbum Dei, credentibus quidem ei fontē aquæ in vitam æternam dās, infructuosam verò fici arborem arefaciens, & statim: Et tēporibus Noë iuste diluuium inducens, vt extingueret pessimum genus eorum qui tunc erant hominum, qui iam fructificare Deo non poterant, cum angeli transgressores cōmixti fuissent eis, & vt peccata eorum cōpesceret, seruare verò Arcæ typum Adæ plasmationem, & temporibus Loth, qui pluerat super Sodomam & Gomorrhā ignē & sulphur de cælo, exemplum iusti iudicij Dei, vt cognoscerent omnes, quoniam omnis arbor quæ non facit fructum excidetur & in ignem mittetur, & in vniuersali iudicio tolerabilius Sodomis vtens, quàm hiis, qui viderūt eius virtutes quas faciebat, & non crediderunt in eum, neque receperunt eius doctrinam. Quemadmodum enim maiorem dedit gratiam per suum aduentum hiis, qui crediderunt ei, & faciunt eius voluntatem, sic & maiorem in iudicio habere pœnam eos qui non crediderunt ei significauit, iustus existēs super omnes æqualiter, & quibus plus dedit, plus ab eis exacturus: plus autem non quod alterius patris agnitionem ostendit, sicut per tot & tanta ostendimus, sed quia maiorem damnationem paternæ

paternæ gratiæ per suum aduentû effudit in humanum genus. Si cui autem non sufficiunt quæ prædiximus, ad credendum ab vno & eodê patre prophetas missos esse, à quo dominus noster missus est, apertius aures cordis sui, & Christum Iesum dominum magistrum aduocans audiat dicentem eum, Simile est regnum cælorum regi nuptias facienti filio suo, & mittenti seruos suos, ad congregandum eos qui vocati fuerunt ad nuptias: & illis nolentibus obedire, iterum ait, & alios seruos misit, dicens, Dicite hiis qui sunt vocati, Venite, prandium meum parauit, tauri & omnia saginata occisa, & omnia parata sunt, venite ad nuptias. Illi autê abierunt negligentes eum, alij quidem in agrum suum, alij autem ad negociationem suam. Reliqui verò arripuerunt seruos eius, & alios quidê contumeliose tractauerunt, alios verò occiderunt. Rex autê cum audisset iratus est, & mittens exercitus suos perdidit interfectores illos, & ciuitatê eorû succedit, & dixit seruis suis, Nuptiæ quidem paratæ sunt, vocati verò non fuerunt digni. Ite igitur ad exitus viarû, & quotquot inueneritis congregate ad nuptias. Et exeuntes serui eius cõgregauerunt omnes quotquot inuenerunt bonos & malos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentibus. Introiens autem rex videre recumbentes, vidit ibi hominem nõ vestitum veste nuptiali, & dicit ei, Amice quomodo venisti huc nõ habens indumentum nuptiarum? Illo autê obmutescete, dixit rex ministris, Tollite eum à pedibus & manibus, & mittite eum in tenebras quæ sunt exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Manifeste enim per hæc verba sua ostendit dominus omnia, & quoniã vnus rex & dominus omnium pater, de quo & antea dixit, Neque in Hierosolyma inres quoniã ciuitas est magni regis: Et quoniam ab initio nuptias præparauit, & propter immensam benignitatem per seruos suos vocabat priores ad cõuiuium nuptiarum, & vbi illi noluerunt obedire, rursus alios seruos misit cõuocans eos, neque sic obedierunt ei, Sed & eos qui vocationem annunciabãt lapidauerunt & occiderunt. Illos quidê perdidit

didit mittens exercitus suos & ciuitates illorū succendit: ex omnibus autē vnus, id est, ex vniuersis gentibus ad conuiuū nuptiarū filij sui cōuocauit, quē admodum & per Hieremiā ait, Et misi ad vos seruos meos prophetas dicere, Auertimini vnusquisq; à via nequissima & meliora facite opera vestra. Et rursus per eundē, Et misi, inquit, ad eos omnes seruos meos prophetas inter diem & ante lucem, & non obediunt mihi, neque intenderunt aures ipsorum: & dicas eis hunc sermonem, Hoc genus quod non obediuit vocē domini neque recepit disciplinam, defecit fides ex ore ipsorū. Qui igitur nos per apostolos vndiq; vocauit dominus, hic per prophetas vocabat eos qui olim fuerunt, quemadmodum ex sermonibus domini ostenditur: & nō ab alio autem apostoli, etiā si variis gentibus præconabant, sed ab vno & eodem, alij quidem dominum annunciabant, alij autem patrem euangelizabant: & alij quidem aduentum prænunciabant filij Dei, alij verò præsentem eum iantheniis qui longe erant præconabant. Adhuc etiam manifestauit oportere eum vocatione & iustitiæ operibus adornari, vti requiescat super vos spiritus Dei. Hoc est enim indumētum nuptiarum, de quo & Apostolus ait, Nolum⁹ expoliari sed superindui vti absorbeatur mortale ab immortalitate. Qui autem vocati quidem sunt ad cænam Dei, & propter malam suam cōuersationem non perceperunt spiritū sanctum, proiicientur, inquit, in tenebras exteriores. Manifeste autē ostendens, quod idē ipse rex qui cōuocauerit vndiq; fideles ad nuptias filij sui, & incorruptibile conuiuium donauerit, iubeat mitti in tenebras exteriores eum, qui non habeat indumentum nuptiarum, hoc est contemptorem. Quemadmodum enim in priore testamento non in multis illorum bene sensit, sic & hic multi vocati, pauci verò electi. Non alius igitur qui iudicat deus, & alius qui conuocat ad salutē pater. Nec alius quidē qui æternum lumē donat, alius verò qui iubet in exteriores mitti tenebras, qui nō habēt indumētū nuptiarū. Sed vnus & idē de⁹ pater domini nostri, à quo & pphetę missi sunt, indignos.

indignos quidem conuocans propter immensam benignitatem, eos verò qui conuocati sunt inspiciens, si cõueniens habeant iadumentum, & congruens nuptiis filij sui. Quoniam nihil inconueniens neque malum placet ei. Quemadmodum dominus dixit ei qui curatus fuerat, Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid deterius tibi fiat. Qui enim est bonus, & iustus, & mundus, & immaculatus, neque malum aliquid, neque iniustum, neque abominandum in suo sponsali thalamo sustinebit. Est autem hic pater domini nostri, cuius prudentia constant omnia, & iussu administrantur omnia: & gratuito quidem donat in quos oportet, secundum autem meritum dignissime attribuit in ingratos, & non sentientes benignitatẽ ei⁹, iustissimus retributor: & propterea ait, Mittens exercitus suos perdidit interfectores illos & ciuitatem illorum incedit. Exercitus autem eius, inquit, quia omnes homines Dei, Domini enim est terra, & plenitudo eius, orbis terræ & omnes qui habitant in ea. Et propter hoc Paulus apostolus in epistola quæ est ad Romanos ait, Non enim est potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt à Deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, damnationem sibi acquirunt. Principes enim non sunt timori boni operis sed mali. Vis autem non timere potestatem, bonum fac, & habebis laudẽ ex ea: Dei enim minister est, tibi ad bonum. Si autem male feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex iram ei, qui malum agit. Ideoque subiecti estote non tantum propter iram, sed & propter conscientiam. Propter hoc enim & tributis, ministri Dei sunt in hoc ipsum seruentes. Sed & dominus igitur & Apostoli vnum deum patrem annunciabant eum qui legis dationem fecit, qui misit prophetas, qui omnia fecit, & propter hoc ait, Mittens exercitus suos. Quoniam omnis homo secundum quod est homo, plasma ipsius est, licet ignoret deum suum. Omnibus enim ipse vt sint præstat, qui solẽ suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos.

iniustos. Et non solum per ea quæ prædicta sunt, sed & per parabolam duorum filiorum, quorum iunior luxuriose consumpsit substantiam, viuens cum fornicariis, vnum & eundem docuit patrem maiori quidem filio nehedum quidem indulgentem, propter eum autem qui perierat minorem filium suum iubentem occidi vitulum faginatum, & primam ei stolam donantem. Et per parabolam autem eorum operariorum, qui variis temporibus in vineam mittebantur, vnus & idem dominus ostenditur: vocat alios quidem stantes in initio mundi fabricationis, alios verò post hoc, & alios circa medietatem temporum, & alios progressis iam temporibus, ite alios in fine, vt sint quidem multi operarij secundum sua ipsorum tempora, vnus autem qui conuocat eos paterfamilias: Etenim vinea vna, quoniam & vna iustitia: & vnus dispensator, vnus enim spiritus Dei qui disponit omnia: similiter autem & merces vna, omnes enim acceperunt singulos denarios, imaginem & discretionem regis, agnitionem filij Dei quæ incorruptela. Et propter hoc à nouissimis cepit dare mercedem, quoniam in nouissimis temporibus manifestatus, dominus omnibus semetipsum repræsentauit. Et publicanus autem qui in oratione pharisæum superauit, non quoniã alterum patrem adorabat, testimonium accepit à domino, quod sit magis iustificatus, sed quoniã cum magna humilitate sine extollentia & sine iactantia exomologesim eidem Deo faciebat. Et duorum autem filiorum parabola, eorum, qui in vineam mittuntur: quorum alter quidem contradixit patri, & postea pœnitetur, quando nihil profuit ei pœnitentia, alter autem pollicitus est abire statim, promittens patri, non abiit autem quoniam omnis homo mendax, & velle quidem in promptu adiacet, non inuenit autem perficere: vnum & eundem ostendit patrem. Sed & arboris fici parabola, de qua dominus ait, Ecce iam triennium venio, quærés fructum in hac arbore fici, & nõ inuenio, Per prophetas aduentum suum significans, per quos venit aliquoties exquisiens iustitiæ fructum ab eis, quæ nõ inuenit, aperit mani-

D festauit,

festauit, & quoniã excidetur arbor fici, propter prædictam causam: & sine parabola autê dicebat ad Hierusalem dominus. Hierusakê Hierusalé quæ interficis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te, quotiês voluisti colligere filios tuos sicut gallina pullos suos sub alas, & noluisti, ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Quod enim per parabolam dictum fuerat, Ecce triennium venio quærens fructum, & manifeste iterum, quoties volui colligere filios tuos, si non huius aduentum qui per prophetas est intelligamus, erit mendacium. Si quidem semel, & tunc primum venit ad eos, Sed quoniam & patriarchas qui elegit & nos idem est verbum Dei, & illos semper visitans per propheticum spiritum, & nos qui vndique conuocati sumus per suum aduentum, super ea quæ dicta sunt vere hæc dicebat: Multi ab oriente & occasu venient, & recumbent cum Abrahamâ, Isaac, & Iacob in regno cælorum, filij autem regni ibunt in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Si igitur hij qui per præconiũ apostolorum eius, ab oriente & occidente credentes in eum, cum Abrahamâ, Isaac, & Iacob in regno cælorum recumbent participantes cum eis epulatione, vnus & idem deus ostenditur, qui elegit quidem patriarchas, visitauit verò populũ, gètes verò aduocauit.

¶ Ostensio quod homo liber sit, & suæ potestatis, ad hoc vt possit eligere bona vel cõtraria. Ca. L X XI.

A Liud autem quod ait. Quotiens volui congregare filios tuos, & noluisti, veterem legem libertatis hominis manifestauit, quia liberum eum deus fecit ab initio, habentem suam potestatem, si cut & suam animam, ad vtendum sententia Dei voluntarie, & nõ coactum à Deo. Vis enim à Deo non fit, sed bona sententia adest illi semper. Et propter hoc consiliũ quidẽ bonum dat omnibus. Posuit autẽ in homine potestatem electionis, quemadmodum & in angelis. Etenim angeli rationabiles, vti hij quidẽ qui obedissent, iuste bonum sint possidentes, datum quidem à Deo, seruatum verò ab ipsis. Qui autem non obedierunt, iuste cõueniuntur

niantur cum bonis, & meritam pœnam percipiēt. Quod
 nam deus quidem dedit benigne bonū, ipsi verò non
 custodierunt diligenter illud, neque preciosum arbitra-
 ti sunt, sed supereminentiam bonitatis cōtempserunt.
 Abiicientes igitur bonum & quasi respuentes; merito
 omnes iustum iudicium incident dei, quēadmodum &
 apostolus Paulus in epistola quæ est ad Romanos, testi-
 ficatus est dicens ita, An diuitias bonitatis eius, & pa-
 tiētiae, & longanimitatis cōtemnis, ignorans quoniam
 bonitas Dei in pœnitentiam te adducit, Secundū autē
 duritiā tuā, & cor impœnitēs thesaurizas tibi metip-
 sī irā in diē iræ & reuelationis iudicij Dei. Gloria autē &
 honor, inquit, omni operanti bonum. Dedit ergo deus
 bonum, quēadmodum & Apostolus testificatur in eadē
 epistola, & qui operantur quidem illud, glōriam & ho-
 norem percipient, quoniam operati sunt bonum, cum
 possint non operari illud. Hij autem qui illud nō ope-
 rantur, iudicium iustum recipient Dei, quoniam non
 sunt operati bonum, cum possint operari illud.

¶ **Ostētio quod non natura quidam boni sint,**
 quidam verò mali, & quod in hominis electio-
 ne sit bonum. Capit. LXXII.

I autem naturaliter quidam boni, quidā verò
 S mali facti fuissent, neque laudabiles essent
 quia boni sunt, tales enim facti fuerant. Sed
 neque illi vituperabiles, & ipsi enim tales fuerant insti-
 tuti. Sed quoniam omnes eiusdem sunt naturæ, & po-
 tentes retinere & operari bonum, & potentes rursus
 amittere id & non facere, iuste etiā apud hominēs sen-
 satos, quanto magis apud deum alij quidem laudātur,
 & dignum percipiunt testimonium electionis bonæ &
 & perseverantiæ: Alij verò accusantur, & dignum per-
 cipiunt damnationis, eo quod iustum & bonum reprobaue-
 rint. Et ideo prophetæ hortabantur homines iustitiam
 agere, bonum quoque operari, sicut per multa ostē-
 dimus: quia in nobis sit hoc, & propter multam negli-
 gentiam in obliuionem inciderimus, & consilio egea-
 D ij mu

mus bono, propter quod bonus deus præstabit bonum consilium perfectis. Propter hoc autem & dominus luceat lumen vestrum, dicebat, coram hominibus, vt videant bona facta vestra & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Et attendite vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & sollicitudinibus secularibus. Et sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptiis, vt cum venerit & pulsauerit, aperiat ei. Beatus seruus ille quæ cum venerit dominus eius, inuenerit ita facientem. Et iterum, Seruus qui scit voluntatem domini sui, & non facit, vapulabit multis: &, Quid mihi dicitis domine domine, & non facitis quæ dico: & iterum, Si autem dicat seruus in corde suo, tardat dominus meus, & incipiat cædere conseruos, & manducare, & bibere, & inebriari, veniet dominus eius in die qua non sperat, & diuidet eum, & partem eius cum hypocritis ponet: & omnia talia quæ liberum, & suæ potestatis ostendunt hominẽ, & quia consilium instuat deus, adhortans nos ad subiectionem sibi, auertens ab incredulitate, non tamen de violentia cogens. Etenim ipsum Euangelium si noluerit quis sequi, licet quidem, non tamen expedit. Inobedientia enim Dei, & amissio boni est quidem in hominis potestate, Lesionem autem & damnũ non quamlibet infert, & propter hoc Paulus ait, Omnia licent, sed non omnia expediunt: & libertatem referens hominis, quapropter & omnia licent, non cogente eum Deo: & id nõ expedit, ostendens vt non ad velamen malitiæ abutamur libertatem, non enim hoc expedit. Et iterum ait, Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, & omnis sermo malus de ore vestro non exeat, aut turpitude, aut vaniloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinent, sed magis gratiarũ actio: & Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lumen in domino, quasi filij lucis honeste ambulate, nõ in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & in libidinibus, non in ira & zelo: & hæc quidem fecistis, sed abluti estis

¶ Si estis, sed sanctificati estis, in nomine domini nostri. Si igitur non in nobis esset facere hæc, aut non facere, quam eausam habebat apostolus, & multo prius ipse dominus consilium dare, quædam quidem facere, à quibusdam verò abstinere? Sed quoniam liberæ sententiæ ab initio est homo, & liberæ sententiæ est deus, cuius ad similitudinem factus est, semper consilium datur ei, continere bonum, quod perficitur ex ea quæ est ad deum obedientia. & non tantum in operibus, sed etiam in fide liberum, & suæ potestatis arbitrium homini seruauit dominus dicens, Secundum fidem tuam fiat tibi, propriam fidem hominis ostendens, quoniam suam habet sententiam. Et iterum, Omnia possibilia credenti, &, Vade, sicut credidisti fiat tibi. Et omnia talia suæ potestatis secundum fidem ostendunt hominem. Et propter hoc is qui credit ei, habet vitam æternam. Qui autem non credit filio, non habet vitam æternam, sed ira Dei manebit super ipsum. Secundum hanc igitur rationem, & suum proprium ostendens dominus, & sui arbitrij ac suæ potestatis hominem significans, dicebat ad Hierusalem. Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina pullos suos sub alas, & noluiisti, quapropter relinquetur vobis domus vestra deserta. Qui autem hiis contraria dicunt, ipsi impotentem introduceunt dominum, scilicet quasi non potuerit perficere hoc quod voluerit, Aut rursum ignorantem naturam Choicos, vt ipsi dicunt, & eos qui non possunt accipere eius incorruptelam. Sed oportebat, inquit, eum neque angelos tales fecisse, vt possent transgredi, neque homines, qui statim ingrati existerent in eum, quoniam rationabiles, & examinatores & iudiciales facti sunt, & non quemadmodum irrationabilia, siue in animalia, quæ sua voluntate nihil possunt agere, Sed cum necessitate, & vi ad bonum trahuntur, in quibus vnus sensus & vnus mos inflexibilis, & sine iudicio, qui nihil aliud esse possunt, præter quàm quod facti sunt. Sic autem nec suaue esset eis quod est bonum, neque preciosa communicatio Dei, neque petendum.

D iij petendum

perendum bonum quod sine suo proprio motu, & cura & studio prouenisset, sed vltro & otiose insum, Ita vt essent nullius momenti boni, eo quod natura magis, quàm voluntate tales extiterint, & vltro eum habent bonum, sed non secundum electionem: Et propter hoc nec hoc ipsum intelligentes, quoniã pulchrum sit quod bonum, neque fruẽtes eo. Quæ enim fruitio boni apud eos qui ignorant? Quæ autem gloria hiis, qui non studeant illud? Quæ autem corona hiis, qui non eam vt victores in certamine cõsecuti sunt? Et propter hoc dominus violentium dixit regnum cælorum, & qui vim faciunt, inquit, diripiunt illud. Propter hoc autem & Paulus ait ad Corinthios, Non scitis quoniam hij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium: sic currite vt comprehendatis. Omnis autem qui agonizat in omnibus continens est. Ille quidem vt corruptibilem accipiat coronam, nos autem incorruptam. Ego autem sic curro, non in incertum, sic pugno, non quasi aërem cædens, sed liuidum facio corpus meum, in seruitutem redigo, ne forte aliis prædicans, ipse reprobus efficiar. Bonus igitur agonista, ad incorruptelæ agonem adhortatur nos, vti coronemur & preciosam arbitremur coronam, videlicet quæ per agonem nobis acquiritur, sed non vltro coalitam. Et quanto per agonem nobis aduenit, tanto est preciosior, Quanto autem preciosior, tãto eam semper diligamus. Sed neque similiter diliguntur ea, quæ vltro adueniunt, quàm illa quæ cum multa sollicitudine adinueniuntur. Quoniam igitur pro nobis erat plus diligere deũ, cum agone hoc nobis adinuenire, & dominus docuit, & Apostolus tradidit. Et aliàs autem esset videlicet nostrum insensatum bonum, quod esset inexercitatum. Sed & videre non tantum nobis esset desyderabile, nisi cognovissemus quantum esset malum non videre. Et bene valere autem male valentis experientia honorabilius efficit, & lucem tenebrarum comparatio, & vitam mortis. Sic & cæleste regnum honorabilius est hiis qui cognoverunt terrenum. Quanto autem honorabilius, tanto magis

magis diligimus illud. Et si plus illud dilexerimus, clariores erimus apud deum. Pro nobis igitur omnia hæc sustinuit dominus, uti per omnia eruditi in omnibus futurum simus cauti, & perseveremus in omni eius dilectione rationabiliter edocti diligere deum: Deo quidem magnanimitatem præstante in apostasia hominis, homine autem erudito per eam, quemadmodum & propheta ait, Emendabit te abscessio tua: præfiniente Deo omnia ad hominis perfectionem, & ad ædificationem, & manifestationem dispositionum, uti & bonitas ostendatur, & iustitia perficiatur, & ecclesia ad figuram imaginis filij eius coaptetur, & tandem aliquando maturus fiat homo, in tantis maturescens ad videndum & capiendum deum.

¶ Quæ causa fuerit, quod non ab initio perfectus factus est homo. Caput. LXXIII.

I hoc dicat aliquis. Quid enim? Non poterat ab initio deus perfectum fecisse hominem? Sciatur quoniam deus quidem, cum semper sit idem, & innatus, quantum ad ipsum est, omnia possibilia ei. Quæ autem facta sunt ab eo, secundum quod postea facturæ initium habuerunt, secundum hoc & minora esse oportuit eo qui se fecerit. Nec enim poterat infecta esse quæ nuper facta sunt: propter quod autem non sunt infecta, propter hoc & ideo deficiunt à perfecto.

¶ Et secundum quid omnia quæ facta sunt indigēt perfecto, & unde est indigētia. Ca. LXXIIII.

Secundum enim quod sunt posteriora, secundum hoc & infantilia, & secundum quod infantilia, secundum hoc & insueta, & inexercitata ad perfectam disciplinam. Quæadmodum enim mater potest præstare perfectam escam infanti, ille autem adhuc non potest robustiorē se percipere escā: sic & deus ipse quidem potens fuit homini præstare perfectionem ab initio, homo autē impotens percipere illam, infans enim fuit. Et propter hoc dominus noster, in novissimis

D iiij temporibus

temporibus recapitulans in seipso omnia, venit ad nos, non quomodo ipse poterat, sed quomodo illum nos videre poteram⁹. Ipse enim in sua inenarrabili gloria ad nos venire poterat, sed nos magnitudinem gloriæ suæ portare nõ poteramus, Et propter hoc quasi infantibus ille qui erat panis perfectus patris, lac nobis semetipsum præstitit, quod erat secundum hominem eius aduentus, vt quasi à mamilla carnis eius enutriti, & per talem lactationem assueti māducare & bibere verbum Dei, & eū qui est immortalitatis panis, qui est spiritus patris, in nobis ipsis eum continere possimus.

¶ Qui est quod à Paulo dictum est, lac vobis potum dedi, non escam. Cap. LXXV.

T propter hoc Paulus ad Corinthios ait, Lac vobis, potum dedi, non escam, nondum enim poteratis escam percipere: Id est, eum quidē aduentum domini, quem secundum hominem didicistis, nondum autem patris spiritus requiescit super vos propter vestram infirmitatē. Vbi enim sunt zelus & discordia, ait, in vobis & dissensiones, nõne carnales estis? & secundum hominem ambulatis? Hoc est, quoniã nõdum spiritus patris erat cum ipsis, propter imperfectiõnem eorum, & infirmitatem conuersationis. Quemadmodum igitur apostolus quidem poterat dare escam, quibuscunque enim imponebant apostoli manum, accipiebant spiritum sanctum, qui est esca vitæ: illi autem non poterāt percipere illud, quoniã infirmum adhuc & inexercitabilem sensum erga deum conuersationis habebant: Sic & initio deus quidem potens fuit dare perfectionem homini, ille autem nunc nuper factus, non poterat illud accipere, vel accipiens capere, vel capiens continere. Et propter hoc coinfantiatū est homini verbū Dei, cū esset perfectus, nõ propter se, sed propter hominis infantia, sic capax effectus, quēadmodū homo illū capere potuit. Nõ igitur circa deū impossibile & indigens, sed circa eum, qui nunc nuper factus est homo, quoniã nõ perfectus erat, Circa deū autē virt⁹ simul, & sapientia,

sapientia, & bonitas ostenditur. Virtus quidem & bonitas in eo, quod ea quæ nōdum erāt, voluntarie cōstituerit & fecerit, Sapientia verò in eo, quod apta & cōsonātia quæ sunt fecerit. Quædā autem propter immensam eius benignitatem augmentum accipientia, & in multū temporis perseuerātia infecti gloriā referunt deo, sine inuidia donāti quod bonum est, Secundū enim id, quod facta sunt nō sunt infecta, secundum id verò, quod perseuerāt lōgis A Eonibus virtutem infecti assumēt, Deo gratuito donāte eis sempiternā perseuerationem. Et sic principalitatem quidem habebit in omnib⁹ deus, Quoniā & solus infectus, & prior omniū, & omnibus vt sint, ipse est causa: Reliqua verò omnia in subiectione manent Dei, Subiectio autem dei, incorruptelæ perseuerātia est, Incorruptela autem gloria infecti. Per hāc igitur ordinationem, & huiusmodi cōuenientiam, & talis factus, & plasmatus homo secundum imaginem, & similitudinem constituitur infecti dei, patre quidem bene sentiente, filio verò ministrante & formante, spiritu verò nutriente & augente, homine verò paulatim proficiēte, & perueniente ad perfectum, id est proximum infecto fieri, Perfectus enim est infectus, hic autem est de⁹. Oportuerat autem hominem primo fieri, & factum augeri, & auctum corroborari, & corroboratum multiplicari, & multiplicatum conualescere, cōualescentum verò glorificari, & glorificatum videre suum dominum. Deus enim est, qui habet videri. Visio autem dei efficax est incorruptelæ, Incorruptela verò proximum faciet esse deo. Irrationabiles igitur omni modo, qui non expectant tempus augmenti, & suæ naturæ infirmitatem ascribūt deo. Neq; enim deum, neq; semetipsos scientes, infatigabiles & ingrati, nolentes primo esse hoc quod & facti sunt, homines passionum capaces, sed supergradientes legem humani generis, & antequā fiāt homines, iam volunt similes esse factori deo, & nullā esse differentiam infecti dei, & nunc facti hominis, qui plus irrationales sunt, quā muta animalia. Hæc enim non imputant deo, quoniam nō homines fecit ea, sed ynumquodq; eo quod

quod factum est, quoniã est, gratias agit. Nos enim imputamus ei quoniã nõ ab initio dii facti sumus, sed primo quidem homines, tunc demum dii, quãuis deus secundũ simplicitatem bonitatis suæ hoc fecerit, ne quis eum putet inuidiosum aut impræstãtem. Ego, inquit, dixi dii estis, & filij excelsi omnes, Nobis autem potestatem diuinitatis baiulare non sustinẽtibz: Vos autem, inquit, sicut homines moriemini: Vtraq; referens, & illud quod est benignum suæ donationis, & infirmitatem nostram, & quod essemus nostræ potestatis. Secundum enim benignitatem suam bene dedit bonum, & similes sibi suæ potestatis homines fecit: secundum autem prudentiam sciuit hominum infirmitatem, & quæ ventura essent ex ea, secundum autem dilectionem & virtutem vincĩ factę naturæ substantiam. Oportuerat autem primo naturam apparere, post deinde vincĩ & absorbitiuitate, & corruptibile ab incorruptiuitate, & fieri hominem secundum imaginem & similitudinem dei, agnitione accepta boni & mali.

¶ Quæ est agnitio boni & mali, & quẽadmodũ homo cũ indicto audiẽs fuisset inualuit deus per dictã audientiam meliorem fieri hominem. Cap. LXXVI.

Agnitionem autẽ accepit homo boni & mali.
A Bonum est autem obedire deo, & credere ei, & custodire eius præceptum & hoc est vita hominis: quẽadmodum nõ obedire deo malum, & hoc est mors eius. Magnanimitatem igitur præstãte deo cognouit homo & bonum obediẽtiæ, & malum inobediẽtiæ, vt oculum mentis vtrorũque accipiens experimentum, electionem meliorum cum iudicio faciat, & nunquã segnis, neq; negligens præcepti fiat dei, & id quod aufert ab eo vitam, id est, nõ obedire deo, sciens quoniã bonum est, vt cum omni intẽtione diligenter custodiat. Propter hoc etiã duplices habuit sensus, vtrorũque agnitionem habentes, vt electionẽ meliorũ cũ disciplina faciat. Disciplinã autem boni quẽadmodum habere potuisset, ignorans quod est contrarium: firmior est enim indu-

Indubitata subiacentium apprehensio, quàm ea quæ ex
 suspitione cõiectura. Quemadmodum enim lingua per
 gustum accipit experimētum dulcis & amari, & oculus
 per visionem discernit quod est nigrum ab albo, & au-
 ris per auditum differentias sonorum scit: Sic & mens
 per vtrorúmque experimentum disciplinam boni acci-
 piens, firmior ad conseruationem eius efficitur, obediēs
 deo, Inobedientiam quidem primum respuens per pœ-
 nitentiam, quoniã amarum & malum est, deinde ex cõ-
 prehensione discens, quale sit quod contrarium est bo-
 no & dulcedini, ne tenet quidem vnquam inobediētiã
 gustare dei. Si autem vtrorúmque eorum cognitionem,
 & duplices sensus cognitionis quis defugiat, latenter
 semetipsum occidit hominem. Quemadmodum igitur
 erit deus, qui nondum factus est homo, quomodo autē
 perfectus nuper effectus? Quomodo autē immortalis,
 qui in natura mortali non obediuit factori? Oportet e-
 nim te quidem primo ordinem hominis custodire, tunc
 deinde participare gloriæ dei. Nō enim tu deum facis,
 sed deus te facit. Si ergo opera dei es, manum artificis
 tui expecta, opportune omnia facientem, opportune au-
 tem quantum ad te adtinet qui efficeris, presta ei autē
 cor tuum molle & tractabile, & custodi figuram qua te
 figurauit artifex, habens in semetipso humorem, ne in-
 duratus amittas vestigia digitorum eius. Custodiens au-
 tem compaginationem ascendes ad perfectum, ab arti-
 ficio enim dei abscondetur quod est in te lutum, fabri-
 cabit substantiam in te, manus eius liniet te ab intus &
 à foris auro puro, & argento, & in tantum ornabit te,
 vt & ipse rex concupiscat speciem tuam. Si verò sta-
 tim obduratus respuas artem eius, & ingratus existas in
 eum, quoniam homo factus es, ingratus deo factus si-
 mul & artem eius & vitam amisisti, Facere enim pro-
 prium est benignitatis dei, fieri autem proprium est ho-
 minis naturæ. Si igitur tradideris ei quod est tuum,
 id est, fidem in eum & subiectionem, percipies eius ar-
 tem, & eris perfectum opus dei. Si autem non credide-
 ris ei, & fugeris man⁹ eius, erit causa imperfectionis in
 te, qui

te, qui nõ obedisti, sed nõ in illo qui vocauit. Ille enim misit qui vocarent ad nuptias, qui autem nõ obedierunt ei, semetipfos priuauerunt regia cœna. Sed ille qui nõ cõsequitur eam, sibimet suæ imperfectionis est causa. Nec enim lumen deficit propter eos, qui semetipfos excæcauerunt. Sed illo perseuerate quale & est, excæcati per suã culpã in caligine cõstituuntur: neq; lumen cum magna necessitate subiiciet sibi quenquã, neq; deus cogit eum qui nolit cõtinere eius artem. Qui igitur abstiterunt à paterno lumine, & trãsgressi sunt legem libertatis, per suã abstiterunt culpã, liberi arbitrij & suæ potestatis facti. Deus autem omnia præsciens, vtrisque aptas præparauit habitationes, eis quidem qui inquirunt lumen incorruptibilitatis, & ad id recurrunt, benigne donans hoc quod cõcupiscunt lumẽ, aliis verò id cõtinentib⁹ & auertib⁹ se ab eo, & id fugiẽtib⁹, & quasi semetipfos excæcãtib⁹, cõgruẽtes lumini aduersantib⁹ præparauit tenebras, & his qui fugiunt ei esse subiecti, cõueniẽtem subdidit pœnã. Subiectio autem dei requietio est æterna, vt hij qui fugiunt lumẽ, dignũ fugæ suæ habeãt locũ, & qui fugiunt æternam requiem, cõgruentẽ fugæ suæ habeãt habitationem. Cum autem apud deum omnia sint bona, qui ex sua sententia fugiunt deum, semetipfos ab omnibus fraudant bonis. Fraudati autem omnibus erga deum bonis, cõsequenter in dei iustum iudicium incidunt. Qui enim fugiunt requiem, iuste in pœna cõuersabuntur: & qui fugerunt lumen, iuste inhabitabunt tenebras. Quemadmodũ autẽ in hoc tẽporali lumine qui fugiunt illud ipfos se tenebris mãcipãt, ita vt ipsi sibi causa fiãt, quod destituuntur à lumine, & inhabitãt tenebras, & nõ lumẽ causa est huiusmodi cõuersationis, quemadmodum prædiximus: Sic æternum dei qui fugiunt lumen, quod cõtinet in se omnia bona ipsi sibi causa sunt vt æternas inhabitẽt tenebras, destituti omnibus bonis, sibimetipsi causa huiusmodi habitationis facti. Vnus igitur & idem deus pater, qui quidem cõcupiscentibus eius cõmunicationem, & perseuerantibus in subiectiõne eius, quæ sunt apud se præparata bona: principi autẽ

absces

abscessionis diabolo, & qui cum eo abcesserunt angelis, æternum ignem præparans, in quem mittuntur, inquit dominus, illi, qui in sinistra separati sunt.

¶ Quid est quod a propheta dictum est, Ego deus zelans, faciens pacem & condens mala.

Caput LXXVII.

T hoc quod a ppheta dictum est, Ego deo zelans, fa-

E ciens pacem, & condens mala, in eos quidem qui pœnitentiã agent, & cõuertuntur ad eum faciens pacem, & amicitia, & vnitate componens. Super eos vero qui pœnitentiã nõ agunt, sed fugiunt eius lumẽ, ignem æternũ, & exteriores tenebras præparã, quæ quidem sunt mala hiis qui incidunt in ea, sed bona ex iustitia Dei.

¶ Ostensio quoniã non alius est, qui requiem dat pater, alius qui ignem præparat deus, sed vnus & idem. Cap. LXXVIII.

I autem alius quidem esset qui requiem donat

S pater, & alius qui ignem præparauit deus, fuissent æque differentes & filij, Alius quidem in patris regnum mittens, alius verò in æternum ignem. Sed quoniã vnus & idem dominus, separari demonstrauit in iudicio omne genus humanum, quemadmodum pastor segregat oues ab hædis, & aliis quidem dicit, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod paratum est vobis: aliis verò, Discedite à me maledicti in ignem æternum, quem præparauit pater meus diabolo & angelis eius: vnus & idem pater manifestissime ostenditur, faciens pacem & condens mala, præparans vtrifq; quæ sunt apta, quemadmodum & vnus iudex vtrifq; in aptum mittens locum, quemadmodum & in zizaniorum & tritici parabola manifestauit dominus, dicens, Quæadmodum colliguntur zizania & in ignem mittuntur, sic erit in consummatione seculi, mittet filius hominis angelos suos, & colliget de regno eiº omnia scãdala, & eos qui faciunt iniquitatẽ, & mittet eos in clibanum ignis: illic erit fletus & stridor dentiũ. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris ipsorum. Qui ergo regnum præparauit iustis pater, inquit quod assumpsit filius eius indignos, mittent hij qui à filio

lio hominis misi sunt angeli, secūdum iussū dei. Hic enim in agro suo bonum semē seminauit. Ager autē, inquit, seculū est. Cū autē dormirent homines venit inimic⁹, & superfeminauit zizania inter frumētū & abiit. Ex tūc enim apostata est āgelus hic & inimicus, ex quo zelauit plasma dei, & inimicum illū deo facere aggressus est. Quapropter & deus eū quidē qui à semetipso zizaniā abscoēse seminauit, id est transgressionē, quā ipse intulit, separauit à sua cōuersatione, Eum autē qui negligenter quidem sed male accepit inobedientiam, hominem miseratus est, & retorsit inimicitiam per quā inimicum deo facere voluit, in ipsum inimicitiarum autorem, auferens quidem suam quæ erat aduersus hominē inimicitiam, retorquens autem illam, & mittens illam in serpentem, Quemadmodum & scriptura ait dixisse serpenti dominum, & inimicitia ponam inter te & mulierem, & inter semen tuum & inter semen mulieris, Ipse tuum calcabit caput, & obseruabis calcaneū eius: Et inimicitia hanc dominus in semetipsum recapitulauit, de muliere factus homo, & calcās eius caput, quemadmodū in eo qui ante hūc est libro ostendimus. Quoniam angelos quosdam dixit diabolos, quibus æternus ignis præparatus est, Et rursus in zizaniis ait, Zizania sunt filij maligni, necessarium est dicere, quoniā omnes qui sunt abscessionis ascripsit illi, qui princeps est hui⁹ transgressionis: sed nō ille quidem natura aut angelos, aut homines fecit. Nihil enim in totum diabolus inuenitur fecisse, videlicet cum & ipse creatura sit dei, quēadmodum reliqui angeli. Omnia enim fecit deus, quēadmodum & Dauid ait, de omnibus huiusmodi, Quoniā ipse dixit, & facta sunt ipse præcepit & creata sunt.

¶ Quare angeli, diaboli & filij nequitia dicti sunt. Cap. LXXIX.

¶ Vm igitur à deo omnia facta sint, & diabolus sibi metipso, & reliquis factus est abscessionis causa, iuste scriptura eos qui in abscessionis perseverant semper filios diaboli, & angelos dixit maligni. Filius enim, quēadmodum & quidā ante nos dixit, dupliciter

dupliciter intelligitur, Alius quidē secundū naturā, eo quod natus sit fili⁹. Alius autē secundū id quod factum est reputatur filius, licet sit differētia inter natū & factū. Quoniam ille quidē ex eo natus est, ille autē ab ipso factus est, siue secundū cōditionē, siue secundū doctrinæ magisterium. Qui enim ab aliquo edoctus est verbo, filius docētis dicitur, & ille eius pater. Secundū igitur naturā, quæ est secundū conditionē, ut ita dicā, omnes filij dei sumus, ppter quod à deo omnes facti sumus. Secundum autē dictoaudiētā, & doctrinā, nō omnes filij dei sunt, sed qui credunt & faciunt eius voluntatē. Qui autem nō credunt, & nō faciunt eius voluntatē, filij & angeli sunt diaboli, secundū id quod opera diaboli faciūt. Quoniā autem ita se habet hoc, in Esaia dixit, Filios genui & exaltaui, ipsi autē me spreuerūt. Et iterum quæ dācit, filios alienos eos, ita, Filij alieni mentiti sunt mihi: secundum naturam filij sunt, propter hoc quod ab eo facti sunt, secundū autē opera nō sunt filij.

¶ Quid illi, & ob quā causam, Progenies viperarum, qui non obediunt Euangelio.

Caput LXXX.

Q Vēadmodum enim in hominibus indictōaudiētes patribus filij abdicati, natura quidē filij eorū sunt, lege verò alienati sunt, nō enim hæredes sūt naturalīū parētum: eodē modo apud deum qui nō obediunt ei, abdicati ab eo deserunt filij eius esse, vnde nec hæreditatē eius percipere possunt, quēadmodum David ait, Alienati sunt peccatores ab vtero, ita eis secundum similitudinem serpētis. Et propter hoc quos sciebat hominum esse progeniē, dixit sic, progeniē viperarum, secundum similitudinem horum animalium, in varietate ambulantes, & lædentes reliquos. Attendite enim, inquit, à fermento pharisæorum, & sadducæorum. Sed & de Herode dicens, Dicite, inquit, vulpi huic, nequam astutiā eius & dolum significans. Quapropter David propheta ait, Homo in honore positus, & assimilatus est iumentis. Et iterum Hieremias ait. E qui furentes circa scēminas facti sunt, vnusquisque ad uxorem

Indictō audiētes vnusdictio est, & inobediētes.

uxorem proximi sui hinniebat. Et Esaias in Iudæa præconās, & cū Israël disputās, principes Sodomorū, & populum Gomorrhæ dicebat eos. Similes enim Sodomitis trāsgressione, & eadem quæ illi fecerunt peccata, esse apud eos significās, propter similem operationem eodem vocabulo vocans eos, & quia non natura essent sic facti à deo, sed qui possent & iuste agere, idem dicebat, consiliū eis dans, Lauamini, mundi estote, auferte nequitias ab animis vestris, ante oculos meos, quiescite ab iniquitatibus vestris. Sicilicet quoniam iidem ipsi cū trāsgrederentur & peccarēt, eādem quā Sodomitæ per ceperunt obiurgationem. Cum enim cōuerterentur, & pœnitentiā agerent, & quiescerent à malitia, filij poterant esse dei, & hæreditatem cōsequi incorruptelæ quæ ab eo præstatur. Secundum hanc igitur rationem, angelos diaboli, & filios dixit maligni, qui diabolo credunt, & ea quæ sunt eius, agunt. Qui quidem ab initio omnes ab vno deo facti sunt, Verum quando credunt, & subiecti esse deo perseverant, & doctrinam eius custodiunt, filij sunt dei: Cum autem abscesserunt, & trāsgressi fuerūt, diabolo ascribūtur principi, & qui primo sibi, tūc & reliquis causa abscessionis fact⁹ est. Quoniā autē multi quidem domini sermones, vnum autem & eundem omnes annuntiant patrem factorem mundi huius, oportebat & nos propter eos qui in multis erroribus continentur, per multa cōfutare, si quo modo possent per multa cōfutati ad veritatem cōverti & saluari. Necessariū est autē, cōscriptioni huic cōsequenti, post domini sermones subiungere Pauli quoq; doctrinā & examinare sententiā eius, & Apostolum exponere, & quæcunque ab hæreticis in totum nō intelligentibus quæ à Paulo dicta sunt, alias acceperunt interpretationes, explanare, & dementiā insensationis eorū ostendere. Et ab eodē Paulo, ex quo nobis quæstiones inferūt, manifestare illos quidem mendaces, Apostolum verò prædicatorem esse veritatis, & omnia cōsonātia veritatis præconio docuisse, vnū deū patrem eum, qui locutus sit ad Abrahā, qui legis dationem fecerit, qui pphetas præmiserit: qui
novissimis

novissimis temporibus filium suum miserit, salutē suo
 plasmati donans, quod est carnis substātia. Reliquos igitur
 sermones domini quos quidē, nō per parabolas, sed
 simpliciter ipsi dictionibus docuit de patre, & exposi-
 tionem epistolarum beati Pauli apostoli in alio libro di-
 sponentes, integrum tibi opus exprobrationis & cuer-
 sionis falso cognominatæ agnitionis præstare deo præ-
 veniemus, & nos ipsos & te ad contradictionem omnium
 hæreticorum in quinque exercētes libris.

Quarti libri Irenæi finis.

ARGUMENTVM IN QVIN-
 TVM IRENAEI LIBRVM PER
Erasmus Roterod.

N hoc quinto libro quum multa scripturarū
 I loca diligēter explicentur, quædam tamen in-
 sunt, quæ nisi quis commode interpretetur,
 non satis congruere videntur cum his dogmatibus, quæ
 hoc tēpore præscribit ecclesiā. Probat enim Iustini mar-
 tyris sententiā, qui dixerit satanā nusquā ausum dicere
 blasphemiam aduersus deū, priusquā aduenisset in terras
 dominus, eo quod nōdum cognosceret damnationē suā.
 In altero loco videtur sentire animas exutas corpore,
 non statim frui glorificante visione dei, sed abditas ser-
 uari in diem resurrectionis, ~~quædam tamen~~
 quin potius videtur duplicem sentire resurrectio-
 nē, primum animarum, mox corporum: sic enim loqui-
 tur in calce operis, Quum enim dominus in medio vni-
 bræ mortis abierit, vbi animæ mortuorū erāt, post deinde
 corporaliter resurrexit, & post resurrectionē assum-
 ptus est, manifestum est, quia & discipulorum eius, pro-
 pter quos & hæc operatus est dominus, animæ abibunt
 in inuisibile locum definitum eis à deo, & ibi vsque ad
 resurrectionem commorabuntur, sustinentes resurre-
 ctionem: post recipientes corpora & perfecte resurgen-
 tes, hoc est corporaliter, quemadmodū dominus resur-

E rexig.

rexit, sic venient ad cōspectum dei. Haftenus Irenæus in quibus, quum ait, Post recipientes corpora, & perfecte resurgentes, subindicat aliquam animarum resurrectionem imperfectam ante recepta corpora. Rursum quum ait, Sic venient ante conspectum dei, significat animas non recipi in gloriam cælestem ante resurrectionem corporum.

~~_____~~
~~_____~~
~~_____~~

Quin & Hieronymus alicubi testatur eum sensisse cum Chiliaftis, quum aliàs, tum enarrans Ezechielis cap. 36. Sed in huiusmodi multis veteres illi cum candore, nonnunquam & cum venia legendi sunt, quod hæc tum temporis nondum in quæstionem venerant, aut si venerant, nondum excussis scripturis ecclesia super his suam sententiam clarà voce pronunciarat. In prima quidem præfatione dubitabamus, vtrum Græce scripsisset Irenæus an Latine, nec adhuc certum aliquid habemus. Nisi quod Hieronymus, eo loco quem modo citavi, testatur eum fuisse Græcum, quanquam & hic dubitare licet, vtrum natione Græcum dixerit, an scriptorem Græcum. Sed apparet illum de scriptura sensisse, quum illum copulat cum Apollinare, quem constat Græce scripsisse. Verba Hieronymi sic habent, Quod & multi nostrorum & præcipue Tertulliani liber, qui inscribitur, de spe fidelium, & Lactantij institutionum volumen septimum pollicetur, & Victorini Pictabionensis episcopi crebræ expositiones, & nuper Seuerus noster in dialogo, cui Gallo nomen imposuit: Et, vt Græcos nominem, & primum extremumque coniungam, Irenæus & Apollinaris. Hæc Hieronymus. Adiuuant hanc opinionem tituli librorum Græci. Tantum obstreperit, quod versus aliquot Græcos admixtos videmus illius libris, quod ab autore fit vsitate, ab interprete nõ item: tum quod nullus indicauit interpretis nomen.

Bene vale Lector.

D. I R E N A E I E P I -
SCOPI LVGDVNENSIS

LIBER QVINTVS.



RADVCTIS diligentissimè omnibus hæreticis in quatuor libris, quæ sunt tibi ante hunc à nobis æditi, & doctrinis ipsorum manifestatis, euerlis quoque hiis, qui irreligiosas adinuenerunt sententias, aliquid quidè ex propria vniuscuiusque illorum doctrina, quam in suis conscriptis reliquerunt, aliquid autem & ratione, vniuersis ostensionibus procedente, & veritate ostensa & manifestato præconio ecclesiæ, quod prophetæ quidem præconizauerunt, quemadmodum demòstrauimus, perfecit autè Christus, apostoli verò tradiderunt, à quibus ecclesia accipiēs, per vniuersum mūdum sola bene custodiens, tradidit filiis suis: Quæstionibusq; omnibus solutis, quæ ab hæreticis nobis proponebantur, & apostolorum doctrina explanata, & manifestatis pluribus, quæ à domino per parabolas & dicta sunt & facta, In hoc libro quinto, qui est de traductione operis vniuersi, & euerfione falsò cognominatæ agnitionis, & reliquis doctrinis domini nostri, & ex apostolicis epistolis conabimur ostensiones facere quæadmodū postulasti à nobis obediētibus tuo præcepto: quoniam & in administratione sermonis positi sumus, & omni modo elaboramus secundū nostrā virtutē plurima tibi quidè in subsidium præstare aduersus cōtradictiones hæreticorum, errātes autè retrahere, & cōuertere ad ecclesiā dei, Neophytorum quoq; sensum confirmare, vt stabile custodiāt fidē, quā bene custoditā ab ecclesia acceperunt, vt nullo modo trāsuerantur ab hiis, qui male docere eos, & abducere à veritate conātur. oportebit autē te omnēsque lecturos hanc scripturā, impēsi⁹ legere ea quæ à nobis prædicta

E ij) sunt,

sunt, vt & argumenta ipsa scias, aduersus quæ contradic-
 ctiones facim⁹. Si enim & legitime eis cōtradictiones, & de
 præparato accipis aduersus eos cōtradictiones, illorum
 quidē sententias per cælestē fidem velut stercora abii-
 ciens, solum autē verum & firmum magistrum sequens
 verbum dei Iesum Christum dominū nostrum : qui p-
 pter immensam suā dilectionem factus est quod sumus
 nos: vti nos perficeret esse, quod est ipse. Non enim ali-
 ter nos discere poteramus quæ sunt dei, nisi magister no-
 ster verbum existens, homo factus fuisset. Neq; enim a-
 lius poterat enarrare nobis quæ sunt patris, nisi p-
 propriū ipsius verbum. Quis enim alius cognouit sensum domi-
 ni? Aut quis alius eius cōsiliari⁹ factus est? Neq; rursus
 nos aliter discere poteramus, nisi magistrum videntes,
 & per auditum nostrum vocē eius percipientes, vt imi-
 tatores quidem operum, factores autē sermonum eius
 facti, cōmunionem habeamus cum ipso, à perfecto & eo
 qui est ante omnem cōditionem augmentū accipiētes:
 qui nunc nuper facti sum⁹, à solo optimo & bono, & ab
 eo qui habet donationem incorruptibilitatis, in eā quæ
 est ad eum similitudinem facti. Prædestinati quidem vt
 essemus qui nōdum eramus, secundum præscientiā pa-
 tris, facti autē initiū facturæ accepim⁹ in præcognitis tē-
 poribus, secundū ministratiōē verbi, qui est perfectus,
 in omnib⁹, quoniā verbū potens, & homo verus, sangui-
 ne suo rationabiliter redimēs nos, redemptionē semet-
 ipsum dedit pro hiis, qui in captiuitatem ducti sunt. Et
 quoniam iniuste dominabatur nobis Apostasia, & cum
 natura essemus dei omnipotentes, alienauit nos contra
 naturā, suos proprios faciens, potens in omnib⁹ dei ver-
 bum, & non deficiens in sua iustitia, iuste etiā aduersus
 ipsam conuersus est Apostasiā, ea quæ sunt sua redimēs
 ad ea: non cum vi, quemadmodum illa initio domina-
 tur nostri, ea quæ non erant sua infatigabiliter rapiens,
 sed secundum suadelam: quemadmodum decebat deum
 suadentem, & nō vim inferentem accipere quæ vellet,
 vt neq; quod est iustum confringeretur, neque antiqua
 plasmatio dei deperiret. Suo igitur sanguine redimente
 nos

nos domino, & dante animam suam pro nostro anima, & carnem suam pro nostris carnibus, & effundente spiritum patris in adunitionem & comunionem dei & hominum, ad homines quidem deponente deum per spiritum, ad deum autem rursus imponente hominem per suam incarnationem, & firme, & vere in aduentu suo donante nobis incorruptelam, per communionem quæ est ad deum, perierunt omnes hæreticorum doctrinæ. Vani enim sunt qui putatiue dicunt eum apparuisse: non enim putatiue hæc, sed in substantia veritatis fiebant. Si autem cum homo non esset, apparebat homo, neque quod erat vere, perseverauit spiritus dei, Quoniam inuisibilis est spiritus. Neque veritas quædam erat in eo. Non enim illud erat, quod videbatur. Prædiximus autem quoniam Abraham & reliqui prophetæ, prophetice videbant eum, id quod futurum erat per visionem prophetarum. Si igitur nunc & talis apparuit, non existens quod videbatur, quædam prophetica visio facta est hominibus, & oportet alium expectare aduentum eius, in quo talis erit, qualis tunc visus est prophetice. Ostendimus autem quoniam idem est, putatiue dicere eum visum, & nihil ex Maria accepisse. Neque enim esset vere sanguinem & carnem habens, per quam nos redemit, nisi antiquam plasmatorem Adæ in semetipsum recapitulasset. Vani igitur qui & à Valentino sunt hoc dogmatizantes, uti excludant salutem carnis, & reprobent plasmatorem dei. Vani autem & Ebionæi, vnitionem dei & hominis per fidem non recipientes in suam animam, sed in veteri generationis perseverantes fermento, neque intelligere volentes, quoniam spiritus sanctus aduenit in Mariam, & virtus altissimi obumbravit eam, quapropter & quod generatum est, sanctum est, & filius altissimi dei patris omnium: qui operatus est incarnationem eius, & nouam ostendit generationem. uti quemadmodum per priorem generationem mortem hereditauimus, sic per generationem hæc hereditaremus vitam. Reprobant itaque hij commixtionem vini cælestis, & sola aqua secularis volunt esse, non recipientes deum ad commixtionem suam: perseverant

autem in eo qui victus est Adam, & proiectus est de paradiso: non contemplantes, quoniam quemadmodum ab initio plasmationis nostræ in Adam, ea quæ fuit à deo inspiratio vitæ, vnita plasmati animauit hominẽ, & animal rationale ostendit: sic in fine verbum patris, & spiritus Dei, adunitus antiquæ substantiæ plasmationis Adæ, viuentem & perfectum efficit hominem, capiẽtem perfectum patrem, vt quemadmodum in animali omnes mortui sumus, sic in spiritali omnes viuificemur. Nõ enim effugit aliquãdo Adã man^o Dei, ad quas pater loquens, dicit, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et propter hoc in fine non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex placito patris manus eius viuum perfecerunt hominem, vt fiat Adam secundum imaginem & similitudinem Dei. Vani autem & qui in aliena dicunt Deum venisse, velut aliena concupiscentem, vti eum hominem qui ab altero factus esset exhiberet ei deo, qui neque fecisset, neque condidisset, sed & qui desolatus esset ab initio à propria hominum fabricatione. Non ergo iustus aduentus eius, qui secundum eos aduenit in alia, neque vere redemit nos sanguine suo, si non vere homo factus est, restaurans suo plasmati, quod dictum est, In principio factum esse hominem secundum imaginem & similitudinem Dei, non aliena in dolo diripiens, sed sua propria iuste & benigne assumens, Quantum attinet quidam ad Apostasiam, iuste suo sanguine redimens nos ab ea, quantum autem ad nos, qui redempti sum^o, benigne. Nihil enim illi ante dedim^o, neque desyderat aliquid à nobis, quasi indigens. Nos autem indigemus eius quæ est ad eum cõmunionis. Et propterea benigne effudit semetipsum, vt nos colligeret in sinu patris. Vani autẽ omnimodo, qui vniuersam dispositionem dei contemnunt, & carnis salutem negant, & regenerationem eius spernunt, dicentes non eam capace[m] esse incorruptibilitatis. Sic autem secundum hæc videlicet, nec dominus sanguine suo redemit nos, neque calix Eucharistiæ communicatio sanguinis eius, neq; panis quẽ frãgimus cõmunicatio corporis

Eucharistia

poris eius est. Sanguis enim nõ est, nisi à venis & carnibus, & à reliqua quæ est secundum hominem substantia, qua vere factum verbum dei, sanguine suo redemit nos. Quemadmodum & Apostolus eius ait, In quo habemus redemptionem, per sanguinem eius, & remissionem peccatorum. Et quoniã membra eius sumus, & per creaturam nutrimur. Creaturam autem ipse nobis præstat, solem suum oriri faciens, & pluens quemadmodum vult, eum calicem qui est creatura, suum corpus cõfirmavit, ex quo nostra auget corpora. Quando ergo & mixtus calix, & factus panis percipit verbum dei, fit Eucharistia sanguinis & corporis Christi, ex quibus augetur & consistit carnis nostræ substantia. Quomodo carnem negat capace esse donationis dei, qui est vita æterna, quæ sanguine & corpore Christi nutritur, & membrum eius, quemadmodum & apostolus ait, in ea quæ est ad Ephesios epistola, Quoniam membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius: non de spiritali aliquo, & inuisibili homine dicens hæc, Spiritus enim neque ossa, neque carnes habet: sed de ea dispositione quæ est secundum hominem, quæ ex carnibus, & neruis, & ossibus consistit, quæ de calice, qui est sanguis eius nutritur, & de pane qui est corpus eius augetur. Et quemadmodum lignum vitis depositum in terra, suo fructificat tempore, & granum tritici decidens in terram, & dissolutum, multiplex surgit, per spiritum dei, qui cõtinet omnia, quæ deinde per sapientiã in usum hominibus veniunt, & sanguis Christi: sic & nostra corpora ex ea nutrita & reposita in terrã, & resoluta in ea resurgent in suo tempore, verbo dei resurrectionem eis donante, in gloriã dei patris. Qui huic mortali immortalitatem circudat, & corruptibili incorruptelam gratuito donat: quoniam virtus dei in infirmitate perficitur: vt non quasi ex nobisipsis habentes vitam, inflemur aliquãdo & extollamur aduersus deum, ingrati mentem accipientes, experimento autem discetes, quoniam ex illius magnitudine, & nõ ex nostra natura habemus in æternum perseuerantiam: neque ab ea quæ est circa deum gloria, sicuti est frustremur aliquã-

do, neq; nostram naturam ignoremus : sed vt sciamus, & quid deus potest, & quid homo beneficij accipit, & nõ erremus aliquando à vera comprehensione eorum quæ sunt, & quemadmodum sunt, id est dei & hominis. Et nõquid forte quemadmodum prædiximus, propter hoc passus est deus fieri in nobis resolutionem, vt per omnia cruditi, in omnibus simus diligentes, neque deum, neque nosmetipfos ignorantes. Manifestissime autem Apostolus ostendit, quoniam traditus est suæ infirmitati homo, ne elatus aliquando excideret à veritate, in secunda quæ est ad Corinthios dicens, Et vt sublimitate reuelationum non superextollar, datus est mihi stimulus carnis, angelus satanæ, vti me colaphizet, Et super hoc ter dominum rogavi, vt abisset à me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, Nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter enim gloriabor in infirmitatib⁹ meis, vt inhabitet in me virt⁹ Christi. Quid ergo dicit enim aliquis, Voluit ergo dominus Apostolũ suum sic colaphizari? & talem sustinere infirmitatẽ? Etiam dicit verbum, Virtus enim in infirmitate perficitur, meliorem efficiens hunc, qui per suam infirmitatem cognoscit virtutem dei. Quẽadmodũ enim didicisset homo, quoniam ipse quidem infirm⁹, & natura mortalis, Deus autẽ immortalis & potens, nisi id quod est in vtroque didicisset experimento? Suam enim infirmitatem discere per sustinentiam, nihil est malum: magis autem & bonum est non oberrare in natura sua. Extolli autem aduersus Deum, & præsumptionem suæ gloriæ assumere, ingratum reddens hominem, multum mali inferebat ei, vt veritatem simul & dilectionem auferret ab eo eam, quæ est ad Deum qui fecit eum. Vtrorumque autem experientia veram quæ est de Deo & homine agnitionẽ indidit ei, & auxit eius erga Deum dilectionem. Vbi autem augmentum est dilectionis, ibi maior gloria Dei virtute perficitur, hiis qui diligunt eum. Refutant igitur potentiam Dei, & non contemplantur quod est verũ, qui infirmitatem intuentur carnis, virtutem autem eius qui suscitatur eã à mortuis, non cõtẽplantur. Si enim

mor-

mortale nõ viuificat, & corruptibile non reuocat ad incorruptelã, iã nõ potes est deus. Sed quoniã potes est in his omnib⁹, de initio nostro cõtẽplari debemus. Quoniã sumpsit deus limũ de terra, & formauit hominẽ. & quidẽ multo difficili⁹, & incredibili⁹ est, ex nõ existẽtibus ofsib⁹, & neruis, & venis, & reliqua dispositiõẽ quẽ est secudũ hominẽ facere ad hoc vt sit, & quidẽ animalẽ & rationabilẽ facere hominẽ: quã quod factũ est, & deinde solutũ est in terrã, propter causas quas pdiximus, rursus reintegrare: licet in illa cesserit, vnde & initio eũ qui nõ erat fecit vt esset, quãdo voluit: multo magis eos qui iã fuerũt, rursus restituet volẽs, in eã quã ab eo datur vitã. Inuenietur autẽ perceprix & capax caro virtutis Dei, quã ab initio percepit artẽ Dei, & aliud quidẽ factũ est oculus vidẽs, aliud auris audiẽs, aliud manus palpãs & operãs, aliud nerui vndiq; cõdẽsi, & cõtĩnẽtes mẽbra, aliud arteriã & venã, sanguinis & spũs trãsitõria. Aliud verò in viscera diuersa. Aliud sanguis, copulatio animã & corporis. Quid enim? Nõ est numerũ dãcere vniuersã fabricationis, quẽ est secudũ mẽbra hominis, quã nõ ex alia facta est, sed ex magna sapientia Dei. Quã autẽ sapiẽtia participãt deũ, participãt & virtutẽ ei⁹. Nõ igitur exors caro sapiẽtiã & virtutis. Nam virtus eius quã vitã præstat in infirmitate perficitur, id est in carne. Dicãt autẽ nobis qui dicũt nõ esse capace carnẽ, illius vitã quã datur à Deo, vtrũ viuẽtes nũc, & participãtes vitã dicãt hæc, an in totũ vitã quidẽ habentes nihil, mortuos autẽ semetipfos in præsentĩ cõfitebũtur. Et si quidẽ mortui, quomodo & mouẽtur, & loquũtur, & reliqua faciũt, quã nõ mortuorũ sed viuorũ sunt opera? Si autẽ viuũt nũc, & totũ illorũ corp⁹ participat vitã, quo modo audẽt dicere nõ esse carnẽ participatricẽ vitã, cõfiteẽtes habere se vitã in præsentĩ? Simile est quẽadmodũ si quis spongiã aquã plenã tenẽs vel faculam ignis, nõ posse participare aquã dicat spõgiã, neq; faculã igni. Eo modo & hi viuere se dicẽtes, & in suis membris exultãtes, postea sibimetipsis cõtrarij existẽtes, dicũt nõ esse mẽbra ipsoꝝ percabilia vitã. Si autẽ hæc quã

quæ est temporalis vita, cum sit multo infirmior, quàm illa æterna vita, tamen tantum potens est, ut viuificet nostra membra mortalia, cur illa quæ est æterna vita, non viuificabit eam carnem quæ iam meditata, & assuescit portare vitam? Quoniã autem participatrix vitæ sit caro, ad hoc quod viuere ostenditur: viuere enim in quantum deus vult viuere. quoniam autem & deus potens est præstare vitam nobis qui viuimus, & dominus itaque; cum sit potens viuificare plasma suum, & caro cum possit viuificari, quid superest quod prohibeat eam percipere incorruptelam, quæ est longa & sine fine à Deo attributa vita? Laudent autem semetipsos, qui alterum affingunt patrem, & bonum eum vocant, infirmum & inutilem & negligentem inferentes eum, ut non dicamus quoniam liuidum & inuidum in eo quod dicant non viuificari ab eo nostra corpora. Cum enim dicant ea quæ omnibus sunt manifesta, quoniam perseuerant immortalia, utputa spiritus & anima, & quæ sunt alia, quoniã viuificantur à patre, illud autem quod non aliàs viuificatur, nisi illi deus præstet vitam, de reliquo aut impotentem & infirmum ostendit patrem ipsorum, aut inuidum & liuidum. Demiurgo enim & hic viuificante mortalia corpora nostra, & resurrectio nem eis per prophetas promittente, quemadmodum ostendimus, quis potentior & fortior & vere bonus ostenditur? Vtrum Demiurgus, qui totum viuificat hominem, an falso cognominatus ipsorum pater? Qui equidem quæ sunt naturalia immortalia, quibus autem opus est ab eo adiutorio ut uiuant, non viuificans benigne, relinquens illa negligenter in mortem. Vtrum ergo & hiis vitam pater ipsorum cum non possit, non præstat, an cum possit? Si quidem cum non possit, non iam potens est neque perfectus super Demiurgum. Demiurgus enim præstat, quemadmodum adest videre, quod ille non potest præstare. Si autem cum possit præstare, non præstat, iam non bonus ostenditur, sed inuidus & malignus pater. Si autem & causam aliquam dixerint, per quam non viuificat corpora pater ipsorum, ipsam causam maiorem necesse est apparere quam patrem, obtinentem benignitatem eius: & infirmabitur benignitas eius, propter causam

causam eā, quæ ab ipsis dicitur. Quoniã autem possunt corpora percipere vitã, õnibus videre est. Viuunt enim in quãtum ea deus vult viuere, & iã nõ possunt dicere, quod minime valeãt vitã capere. Si igitur propter necessitatem causam aliã quãdã nõ viuificãtur, quæ possunt participare vitã, erit necessitati & causæ seruiens pater ipsorum, & nõ iã liber & suæ potestatis in sententia. Quoniã autem multo tempore perseverabãt corpora in quãtũ placuit deo bene habere, legãt scripturas, & inuenient eos qui ante nos fuerunt, septingẽtos & octingẽtos, & noningẽtos annos supergressos: & cõsequẽbãtur corpora ipsorum, lõginquitatẽ dierũ, & participabãt vitã, in quãtum ea deº viuere volebat. Quid autem de illis dicemº? Quoniã quidem Enoch placens deo in quo placuit corpore trãslatus est, translationem iustorum præmõstrãs. Et Helias sicut erat in plasmatis substantia assumptus est, assumptionem patrũ prophetãs: & nihil impedit eos corpus in trãslatione, & assumptione corũ. Per illas enim manus, per quas in initio plasmati sunt, per ipsas & assumptionem & trãslationem acceperunt. Assuetæ enim erãt in Adã manus Dei coaptare, & tenere, & baiulare suũ plasma, & ferre & ponere, vbi ipsæ vellent. Vbi ergo primus positus est homo scilicet in paradiso, quemadmodum scriptura dicit, Et plantauit deº paradysum in Edẽ cõtra orientẽ, & posuit ibi hominem quẽ plasmavit, & inde proiectus est in hũc mundũ nõ obediens. Quapropter dicũt presbyteri, qui sunt apostolorum discipuli, eos qui trãslati sunt, illuc trãslatos esse, Iustis enim hominibus & spiritũ habentibº præparatus est paradysus, in quem & Paulus apostolus asportatus audiuit sermones inenarrabiles, quantum ad nos in præsentĩ: & ibi manere eos qui trãslati sunt vsq; ad cõsummationem cõspicãtes incorruptelã. Si autem quis impossibile extimet tantis temporibus permanere homines, & Heliam non in carne assumptum, cõsumptam autem carnem eius in igneo curru, intendat quoniam Ionas quidem in profundum proiectus est, & in vẽtrẽ Ceti absorptus, saluus iterũ exputus est terræ,

iussu

iussu dei. Ananias etiã, & Azarias, & Mizaël misi in ca-
 minũ ignis septuplũ exardété, neq; nociti sunt aliquid,
 neq; odor ignis inuétus est in eis, Quæ igitur affuit il-
 lis man^o Dei, & inopinata, & impossibilia naturę homi-
 nũ in eis perficiés, Quid mirũ si in his qui trãslati sunt
 effecit aliquid inopinatũ, deseruiés volútati patris? Hęc
 auté est fili^o Dei, quẽadmodũ scriptura ait dixisse Nabu-
 chodonosor regé, Nõne tres viros misim^o in caminũ, &
 ecce ego video quatuor deãbulantes in medio ignis, &
 quart^o similis filio Dei. Neq; igitur natura alicui^o eorũ
 quæ facta sunt, neq; infirmitas carnis fortior erit super
 volútate Dei. Nõ enim deus hiis quæ facta sunt & sub-
 iecta sunt Deo, & omnia seruiũt volútati ei^o. Quapro-
 pter & domin^o ait, Quæ impossibilia sunt apud homi-
 nes, possibilia sunt apud deũ. Quẽadmodum igitur hiis
 qui nũc sunt hominib^o ignorãtib^o dispositioné Dei in-
 credibile & impossibile videretur tãtos ãnos aliquẽ ho-
 miné posse viuere, & vixerũt hij qui ante nos fuerũt, &
 viuũt qui trãslati sunt ad exemplũ lögitudinis dierũ, &
 de vêtre Ceti, & de camino ignis saluos exisse, & tamẽ
 exierũt educti velut manu Dei, ad ostésionem virtutis
 ei^o: Sic & nũc quãuis quidã ignorãtes virtuté & pmis-
 sioné dei cõtradicãt suæ salutis, impossibile existimãtes
 posse deũ suscitãtem corpora in sempiternũ perseuera-
 tioné eis donare, nõ tamẽ incredulitas taliũ euacuauit
 fidé dei. Glorificabitur auté deus in suo plasmate, cõfor-
 me illud & cõsequés suo puero adaptãs. Per man^o enim
 patris, id est, per filiũ & spiritũ fit homo secũdũ similitu-
 diné Dei, sed nõ pars hominis. Anima auté & spũs pars
 hominis esse possunt, homo auté nequaquã: perfect^o au-
 té homo, cõmixtio & adunitio est animæ assumétis spi-
 ritũ patris, & admixtæ in carne quæ est plasmata secun-
 dũ imaginé Dei. Propter quod & Apostol^o ait, Sapiétiã
 loquimur inter perfectos, Perfectos dicés eos, qui per-
 ceperũt spiritũ Dei, & omnib^o linguis loquũtur per spi-
 ritũ Dei, quẽadmodũ & ipse loq̃batur. Quemadmodũ &
 multos audiui^o fratres in ecclesia prophetica habétes
 sharismata, & per spiritũ vniuersis linguis loquétes, &
 absõ

abscōsa hominū in manifestū producētes advtilitatē, & mysteria Dei enarrātes, quos & spūales Apostol^o vocat, secūdū participationē spūs existētes spūales, sed nō secūdū defraudationē & interceptionē carnis, & nude hoc ipsum solū. Si enim substātiā tollat aliquis carnis, id est plasmatis, & nude id ipsum solū spiritū intelligat, iā nō spūalis homo est quod est tale, sed spūs hominis aut spīritus dei. Cū autē spūs hic cōmixt^o animæ vnitur plasmati, propter effusionē spūs spiritalis & perfect^o homo factus est, & hic est qui secūdū imaginē & similitudinē factus est Dei. Si autē defuerit animæ spūs, animalis est vere, qui est talis, & carnalis derelict^o imperfect^o erit, imaginē quidē habēs in plasmate, similitudinē verò nō assumēs per spiritū. Sicut autē hic imperfect^o est, sic iterū si quis tollat imaginē, & spernat plasma, iā nō hominē intelligere pōtest, sed & partē aliquā hominis, quē ad modū prædixim^o, vel aliud aliquid præter hominē. Neque enim plasmatio carnis ipsa secūdū se homo perfectus est, sed corp^o hominis & pars hominis. Neq; enim & anima ipsa secundum se homo, sed anima hominis & pars hominis. Neq; spūs homo, spūs enim & nō homo vocatur. Cōmixtio autē & vnitio horū omniū, perfectū hominē efficit. Et propter hoc Apostol^o se ipsum exponēs, explanauit perfectā & spiritalē salutē hominis, in prima ad Thessalo. dicēs, De^o autē pacis sanctificet vos perfectos, vt integer vester spūs, & anima, & corp^o sine q̄rela in aduentū domini Iesu Christi seruetur. Et quā vtiq; causam habebat hiis trib^o, id est animæ & corporis, & spūi integrā & perfectā perseuerationē precari in aduētū domini, nisi reintegrationē & aduentionē triū, vnā & eādē ip^ororū sciebat salutē? Propter quod & perfectos ait eos, qui tria sine q̄rela exhibent domino. Perfecti igitur, qui & spiritū in se perseuerātem habēt dei, & animas, & corpora sine q̄rela seruauerint, id est illam quæ ad deū est fidē seruātes, & eā quæ ad proximum est custodientes. Vnde & templū Dei plasma esset ait, Nescitis, dicens, quoniā téplū Dei estis, & spūs Dei habitat in vobis? Si quis templū Dei violauerit, disperdet illū deus.

deus. Templū enim Dei sanctum est, quod estis vos: manifeste templum corp^o dicens in quo habitat spiritus. Quemadmodū & dominus de eo ait, Soluite hoc tēplū, & in tribus dieb^o excitabo illud. Hoc autem, inquit, dicebat de corpore suo. Et nō tātum templum, sed & templum Christi scit corpora nostra, ad Corinthios dicēs, Nescitis quoniā corpora vestra membra Christi sunt? Tollens ergo membra Christi, faciā membra meretricis? Non de alio quodam homine spiritali dicens hæc, nō enim ille cōplectitur meretricem, sed corp^o nostrū, id est, caro quæ cum sanctimonia perseuerat & munditia, membra dixit esse Christi. Quādo autem cōplectitur meretricem, mēbra fieri meretricis, & propter hoc dixit, Si quis templum Dei violauerit, disperdet illum deus. Templum igitur Dei in quo spiritus inhabitat patris, & membra Christi non participare salutem, sed in perditionem redigi dicere, quomodo non maxime est blasphemix? Quomodo autem corpora nostra, non ex sua substātia, sed ex Dei virtute suscitantur, Corinthiis dicit, Corpus autem nō fornicationi, sed domino, & dominus corpori, Deus autem qui & dominum suscitauit, & nos suscitabit per virtutem suā. Quomodo igitur Christus in carnis substātia surrexit, & ostendit discipulis figurā clauorum, & apertionem lateris, hæc autem sunt indicia carnis eius quæ surrexit à mortuis, sic & nos, inquit, suscitabit per virtutem suā. Et iterum ad Romanos ait, Si autem spiritus eius qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra, Quæ sunt ergo mortalia corpora? nunquid nā animæ? Sed incorruptibiles animæ quātum ad cōparationem mortalium corporum. Insufflauit enim in faciem hominis deus flatum vitæ, & factus est in animā viuentem, flatus autem vitæ incorporalis est. Sed, ne mortalem quidem possunt dicere hominem ipsum flatu vitæ ei^o existēte. Sed neq; spiritū possunt dicere mortale corp^o. Quid igitur superest dicere mortale corp^o, nisi plasma, id est caro de qua & sermo est ei, quomodo viuificabit eā deus. Hæc enim est quæ moritur & soluitur,

tur, sed nō anima, neq; spiritus. Mori enim est vitalem
 amittere habilitatem, & sine spiramine in posterū, & in
 animalē & immobilem fieri, & deperire in illa, ex quibus
 & initiū substantiæ habuit. Hoc autem neq; animæ
 euenit, flatus est enim vitæ: neq; spiritui, incompositus
 est enim & simplex spiritus, qui resolui nō potest, & ipse
 vita est eorū qui percipiūt illū. Superest igitur vt circa
 carnē mors ostēdatur, quæ posteaquā exierit anima,
 sine spiratione & inanimale efficitur, & paulatim
 resoluitur in terrā, ex qua sumpta est. Hæc igitur mortalis,
 hæc autē est, de qua etiā dicit, Viuificabit & mortalia
 corpora nostra. Et propter hoc ait de ea in prima ad
 Corinth. Sic & resurrectio mortuorū seminat in corruptione,
 surget in incorruptionē. Etenim tu, ait, quod seminas
 nō viuificatur, nisi pri^o moriatur, Quid est autem
 quod vt granū tritici seminatur & putrit in terra,
 nisi corpora, quæ in terra ponūtur, in qua & semina ian-
 tātur: & propter hoc dixit, Seminatur in ignobilitate,
 surgit in gloria. Quid enim ignobili^o carne mortua, vel
 quid iterū gloriosius surgente ea, & percipiēte incorruptelā?
 Seminatur in infirmitate, surgit in virtute: in infirmitate
 sua, quoniā cū sit terra, in terrā vadit: virtute autē
 Dei, qui eam suscitāt à mortuis. seminatur corpus animale,
 & surgit corpus spirituale: Indubitate docuit, quoniam
 neq; de anima, neque de spiritu sermo est ei, sed de mortificatis
 corporibus. Hæc sunt enim corpora animalia, id est, participātia
 animæ, quæ cū amiserint, mortificātur. Deinde per
 spiritum surgentia fiunt corpora spiritualia, vti per spiritum
 semper permanentem habeāt vitā. Nunc enim, inquit, ex parte
 prophetamus, tunc autē facie ad faciem. Hoc est. quod & à Petro dictum
 est, Quæ cum non videritis diligite, in quæ nunc quoque non
 videntes, credentes autem, exultabitis gaudio inenarrabili.
 Facies enim nostra videbit faciem dei viui, & gaudebit
 gaudio inenarrabili, videlicet, cum suum videat gaudium.
 Nunc autem partem aliquā spiritus eius sumimus, ad perfectionem
 & preparationem incorruptelæ, paulatim assuescentes capere, & portare
 deum:

deu: quod & pignus dixit apostolus, hoc est, partem ei⁹ honoris qui à Deo nobis promissus est, in epistola quæ ad Ephesios est, dicens, In quo & vos audito verbo veritatis Euangelio salutis vestræ, in quo credentes signati estis spū promissionis sancto, qui est pign⁹ hæreditatis vestræ. Si ergo pign⁹ hoc habitās in nobis, iā spūales effecit, & absorbetur mortale ab immortalitate: Vos enim, ait, nō estis in carne, sed in spū, siquidem spūs Dei habitat in vobis. Hoc autē nō secūdū iacturā carnis, sed secūdū cōmunionē spūs fit. Nō enim erāt sine carne, quib⁹ scribebat, sed qui assumpserāt spiritū Dei, in quo clamam⁹ abba pater. Si igitur nūc pignus habentes clamam⁹ abba pater, quid fiet quādo resurgentes facie ad faciem videbim⁹ eu? quādo omnia mēbra affluenter exultationis hymnū protulerint, gloriificātia eū qui suscitauerit ea ex mortuis, & æternā vitā donauerit. Si enim pign⁹ cōplectens hominē in semetipsum, iā facit dicere, Abba pater, quid faciet vniuersā spūs gratia, quæ hominib⁹ dabitur à Deo? Similes nos ei, efficiet enim hominē secūdū imaginē & similitudinē Dei. Qui ergo pignus spūs habent, & nō cōcupiscentiis carnis seruiūt, sed subiiciūt semetipsos spūi, & rationabiliter cōuersantur in ōnibus, iuste Apostol⁹ spūales vocat quoniā spūs Dei habitat in ipsis. Incorporales autē spūs nō erūt homines spūales, sed substātia nostra, id est, animæ & carnis adunitio adsumens spiritū Dei, spūalem hominem perficit. Eos autē qui abiiciūt quidem spūs cōsiliū, carnis autem voluptatib⁹ seruiunt, & inrationabiliter viuūt, & ineffrenati deiiciūtur in sua desyderia, quippe nullā habentes aspirationem diuini spūs, sed porcorū & canū more viuunt, hos iuste Apostol⁹ carnales vocat, quia nihil aliud quā carnalia sentiūt. Et prophetæ autē propter hāc eādē causam irrationabilib⁹ animalib⁹ assimilāt eos, propter irrationabilē cōuersationē ipsorū, dicentes. Equi furentes ad fœminas facti sunt, vnusquisque ipsorū hinniens ad vxorem proximi sui. Et rursum, Homo cū in honore esset, assimilatus est iumentis, hoc quia secūdū suā causam assimilatus est iumentis, irrationabilem

tionabilem æmulās vitā. Sed & nos in cōsuetudine huiusmodi homines iumēta & pecora inrationabilia diximus. Prædixit autē figurāliter omnia hæc lex de anima lib^o, deliniās hominē. Quæcūq; duplicem vngulā habēt & ruminant, mundum nuntians. Quæcūq; autem aut vtrunq; vel alterum horum nō habent, velut immunda segregās. Qui sunt ergo mundi? qui in patrē & filiū per fidem firmiter faciunt, hæc est enim firmitas eprū quæ duplici sunt vngula: & eloquia dei meditātur die ac nocte, vti operibus bonis adornentur, hæc est enim ruminātium virt^o. Immunda autē quæ neq; duplicē vngulā habent, neq; rumināt, hoc est, qui neq; in deū fidem habent, neq; eloquia eius meditātur. Hæc autem ethnico-rū est abominatio. Quæ autem rumināt quidem, nō habent autem vngulā duplicem, & ipsa immunda. Hęc ludæorum est imaginalis descriptio, qui quidem eloquia dei in ore habētes, stabilitatem autē radicis suæ nō infigunt in patrē & in filio. Propter hoc autē & lubricum est genus ipsorū. Etenim quæ sunt vni^o vngulæ animalia facile labuntur, firmiora autē sunt, quæ duplicē vngulā habent, succedentibus inuicem vngulis fissis secūdam iter, & altera vngula subbarulat aliā. Immunda autem similitur quæ duplicē vngulā habent, nō autē rumināt, Hęc est autē omniū videlicet hereticorū ostensio, & eorū qui nō meditātur eloquia Dei, neq; operib^o iustitiæ adornātur. quibus & domin^o ait, Quid mihi dicitis domine domine. & non facitis quæ dico vobis. Qui enim sunt tales in patrē quidē & filiū dicunt se credere, nunquam autē meditātur eloquia Dei, quæ admodum oportet. neq; iustitiæ operib^o sunt adornati. sed quæ admodū prædiximus, porcorū & canum assumpserunt vitā, immunditiæ & gulæ & reliquiæ incuriæ semetipfos tradentes. Iuste igitur tales omnes, qui propter suā incredulitatem & luxuriā nō adipiscuntur diuinum spiritū, & variis characterib^o eiiciunt se viuificans verbū, & in suis cōcupiscētiis inrationabiliter ambulant, Apostol^o quidem carnales & animales vocauit, prophetæ autē iumēta & feras dixerūt, cōsuetudo autem pecora & inrationabilia

nabiles interpretata est, lex autē immundos enūtiat. Hoc autē est quod & in aliis ab Apostolo dicitur, Quoniā caro & sanguis regnū Dei hæreditare non possunt. Id est, quod ab hominibus hæreticis profertur, in amētiam suā, & quæ ostēdere conantur nō saluari plasmatationem Dei: non cōspicientes, quia sunt tria, ex quibus (quemadmodum ostendimus) perfectus homo constat, carne, anima, & spiritu, & altero quidē saluante & figurante, qui est spiritus, altero quod vnitur & formatur, quod est caro. Id verò quod inter hæc est duo, est anima, quæ aliquādo quidē subsequens eleuatur ab eo, ali quando autē consentiens carni decidit in terrenas concupiscentias. Quot quot ergo id quod saluat, & format in vitam, nō habent, hij consequēter erunt, & vocabūtur, caro & sanguis, quippe qui non habēt spiritum Dei in se. Propter hoc autem & mortui tales dicti sunt à domino, Sinite enim, inquit, mortuos, sepelire mortuos suos: quoniā nō habēt spiritū viuificatē hominē. Quot quot autē timent deū, & credunt in aduentū filij eius, & per fidē constituunt in cordibus suis spiritū Dei, hij tales iusti homines dicentur, & mūdi & spūales, & uiuentes Deo, quia habēt spiritū patrīs qui emūdat hominem, & subleuat in vitā Dei. Sicut enim caro infirma, sic & spiritus promptus à domino testimoniū accepit. Hic est potēs perficere, quæcūque in promptu habet. Si igitur hoc quod est prōptum spūs, admisceat aliquis uelut stimulū infirmitati carnis, necessē est omnimodo, ut id quod est forte superet infirmū, ita ut absorbeat infirmitas carnis à fortitudine spūs: & esse eum qui sit talis, nō iam carnalem sed spūalem, propter spūs communionem. Sic igitur martyres testantur, & contemnunt mortē, nō secundū infirmitatē carnis, sed secundū quod promptus est spūs. Infirmitas enim carnis absorpta, potentem ostendit spiritum. Spiritus autem rursus absorbens infirmitatē, hæreditate possedit carnem in se, & ex utrifq; factus est uiuens homo. Viuens quidem propter participationem spūs, homo autem propter substantiam carnis. Igitur caro sine spū Dei mortua est, non habens
vitā,

vitam, regnum Dei possidere non potest, sanguis irrationalis velut aqua effusa in terrā. Et propter hoc ait, qualis terrenus, tales & terreni. Vbi autē spūs patris, ibi homo viuēs, sanguis rationalis ad vltionē à deo custoditus, caro à spū possessa, oblita quidē sui, qualitātē autē spūs assumēs, cōformis facta est verbo dei. Et propterea ait. Sicut portauimus imaginem eius qui de terra est, portemus & imaginē eius qui de cælo est. Quid est ergo terrenum? Plasma. Quid autem cælestē? Spūs. Sicut igitur, ait, sine spū cælesti conuersati sumus aliquando in vetustate carnis, nō obediētes Deo: sic nūc accipietes spiritum, in nouitate vitæ ambulemus, obediētes Deo. Quoniā igitur sine spū Dei saluari nō possumus, adhortatur Apostolus nos per fidem & castam conuersationem conuersari spiritum Dei, vt non sine participatione sancti spūs facti, amittamus regnum cælōrum. Et clamauit, non posse carnem solam & sanguinē regnum Dei possidere. Si enim oportet verum dicere, nō possidet, sed possidetur caro: sicut & dominus ait, Beati mites, quoniā ipsi hæreditate possidebunt terram. Quasi hæreditate possideatur terra in regno. Vnde & substantia carnis nostræ est: & ideo mundū tēplum esse vult, vt delectetur spūs Dei in eo, quē admodū sponsus ad sponsam. Sicut igitur sponsa assumere sponsum non potest, assumi autem à sponso potest, cum venerit & acceperit eam sponsus: Sic & caro hæc, secundum seipsam, id est, sola, regnum Dei hæreditate possidere nō potest. Hæreditate autē possideri in regno à spū potest. hæreditate enim possidet, qui viuificat ea quę sunt mortua. & aliud quidē est hæreditate possidere, aliud autem hæreditate possideri. Ille enim dominatur & præest, & disponit ea quę hæreditate possidet, quē admodū ipse vellet. Illa vero subiecta sunt & obediunt, & dominantur ab eo, & sub dominio sunt ei qui possidet. Quid igitur est quod viuunt? Scilicet spūs Dei. Quę sunt autē quę sunt mortua? scilicet mēbra hominis. quę & corrupuntur in terra: Hęc autē possidētur à spū translata in regnū cælōrum. Propter hoc autē & Christus mortuus est, vt i testamētū

Euangelij apertum, & vniuerso mundo lectū, primum quidē liberos faceret seruos suos, post deinde hæredes eos cōstitueret eorum quæ essent eius, hæreditate possidente spiritu, quæ admodum demōstrauimus. Hæreditate enim possidet ille, qui viuít, hæreditate autē acquiratur caro: vt nō amittentes eum qui nos possidet spiritum, amittamus vitā, adhortās nos Apostolus ad spiritū cōmunicationem secundum rationē quæ prædicta sunt, dixit, Quoniā caro & sanguis regnum Dei possidere nō possunt: velut si dicat, Nolite errare, quoniā nisi verbū Dei inhabitauerit, & spiritus patris fuerit in vobis, vane autem, & pro vt euenit, cōuersati fueritis, quasi hoc tantum caro & sanguis existentes, regnum dei possidere nō poteritis. Hoc ideo vtī nō gratificantes carni respuam insertionem spiritus. Tu autem oleaster ait, cum esses, insertus es in bonam oliuā, & socius pinguedinis oliuæ factus es. Quæ admodum igitur oleaster inserta, si permanferit in eo quod ante fuerit oleaster, exciditur: si autē tenuerit insertionē, & trāsmutetur in bonam oliuā, fit fructifera quasi in Paradiso regis plantata: Sic & homines si quidem per fidē profecerint in melius, & assumpserint spiritū dei, & illius fructificationē germinauerint, erunt spirituales, tanquam in paradiso Dei plantati. Si autem respuerint spiritum; & perseuerauerint in eo quod fuerāt ante, magis carnis esse volentes, quā spiritus, iustissime in eiusmodi dicitur, quoniā caro & sanguis regnū Dei nō possident. Tanquam si quis dicat, quoniā oleaster nō assumitur in paradysum Dei. Mirabiliter igitur apostolus naturam ostendit nostram, & vniuersam dispositionē dei in eo sermone, qui est de carne & sanguine, & oleastro. Quæ admodū enim oliua neglecta tempore quodam in desertum relicta, & syluestria fructificās secundū se oleaster fit: vel rursus oleaster diligentīā percipiēns, & inserta in pristinā naturā recurrit fructificationē: Sic & homines in negligentia cōstituti, & cōcupiscentias carnis tanquam syluestria fructificātes, secundū suā causam infructuosi iustitia cōstituuntur. In eo autē quod dormiāt homines,

inse

infeminat inimicus materiam zizaniz, & propter hoc dominus discipulis suis vigilare præcepit. Et rursus qui infructuosi sunt iustitia, & velut sentibus obuoluti homines, si diligentiam percipiant, & velut infertione accipientes verbum Dei, in pristinam veniunt hominis naturam, qua secundum imaginem & similitudinem factus est dei. Sed quemadmodum oleaster inserta, substantiam quidem ligni non amittit, qualitate autem fructus immutat, & aliud percipit vocabulum, iam non oleaster, sed fructifica oliua existens & dicitur: Sic & homo per fidem insertus, & assumens spiritum Dei, substantiam quidem carnis non amittit, qualitate autem fructus operum immutat, & aliud accipit vocabulum, significans illam quæ in melius est transmutationem, iam non caro & sanguis, sed homo spiritualis existens & dicitur. Quemadmodum autem rursus oleaster si non participat infertione, perseverat inutilis suo domino, per suam sylvestrem qualitatem, & quasi infructuosum lignum exciditur, & in ignem mittitur: Sic & homo non assumens per fidem spiritus infertione, perseverat hoc esse quod erat ante, caro & sanguis regnum Dei non possidens. Bene igitur apostolus ait, Caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt, & qui in carne sunt, Deo placere non possunt, non substantiam reiiciens carnis, sed infertione spiritus attrahens. Et propter hoc ait, Oportet mortale illud induere incorruptelam: & iterum ait, Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Siquidem spiritus Dei habitat in vobis. Manifestius autem illud adhuc ostendit dicens, Corpus quidem mortuum propter peccatum, spiritus autem vita propter iustitiam. Si autem spiritus eius, qui suscitavit Iesum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit Christum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Et rursus in epistola quæ est ad Romanos ait, Si enim secundum carnem vivitis, incipietis mori: non conversationem quæ est in carne repellens ab eis, etenim ipse in carne cum esset scribebat eis: sed concupiscentias abscidens carnis eas quæ mortificant hominem. & propter hoc intulit, Si autem spiritus opera carnis mortificaveritis, vivetis.

viuētis. Quicūq; enim ducūtur spū dei, hij sunt filij dei. Et ipsas aut operas manifestauit quas dicit carnales, quæ sint, præuidēs calumniā infidelium, & ipse semetipsum exponēs, ne relinqueretur quæstio hiis, qui infideliter tractāt de eo, in epistola quæ est ad Galatas, dicēs, Manifesta autē sunt opera carnis, quæ sunt, Adulteria, fornicationes, immūditia, luxuria, idololatria, veneficia, inimicitia, cōtentiones, zeli, ira, æmulationes, animositates, irritatiōes, dissensiōes, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comestationes, & hiis similia, quæ prædico vobis, quæadmodū & prædixi, quoniā qui talia agūt, regnū dei nō possidebūt. Manifestius prædicans hiis qui audiūt, quid est, caro & sanguis regnum Dei possidere nō possunt. Qui enim illa agunt, vere secundū carnē ambulātes, viuere Deo nō possunt. Et iterum spūales actus intulit viuificantes hominem, id est, infersionem spūs dicens, Fructus autem spūs est, charitas, gaudium, pax, patientia, bonitas, benignitas, fides, lenitas, continentia, castitas, aduersus hæc nō est lex. Sicut igitur qui in melius profecerit, & fructum operatus fuerit spūs, omni modo saluatur, propter spūs cōmunionem: Sic is qui remāserit in prædictis carnis operationibus, carnalis vere deputatus, quod non assumat spiritum Dei, regnum non poterit possidere cælorum. Quemadmodū rursus ipse apostolus testificatur, An nescitis, dicens Corinthiis, quoniā iniusti regnum Dei nō hæreditabūt? Noli te errare, ait, neq; fornicarij, neq; idololatræ, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorū cōcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnū Dei possidebunt. Et hæc ait, quidā fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine domini Iesu Christi, & in spū Dei nostri. Manifestissime ostēdit, per quæ perit homo, si perseverauerit secundum carnē viuere, & per quæ rursus saluatur. Ea autem quæ saluāt, ait esse nomen domini nostri Iesu Christi, & spiritū dei nostri. Quoniam igitur istic numerauit eas, quæ sunt sine spū, carnis operationes, quæ sunt mortiferæ consequenter hiis quæ prædicta sunt ab eo, in fine epistolæ ad

ad summā exclamavit, Sicut portauimus imaginē eius qui de limo est, ita portemus & imaginē eius qui de cælis est. Hoc enim dico fratres, quoniā caro & sanguis regnū Dei possidere nō possunt. Hoc autē quod ait, Sicut portauimus imaginem eius qui de limo est, simile illi dicto est: Et hæc quidā fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spū dei nostri. Quādo igitur portauim⁹ imaginē ei⁹ qui est de limo? Scilicet quādo hæc quę prædictę sunt carnis operationes, perficiebātur in nobis. Quando autē iterū imaginē cælestis? scilicet quando ait, Abluti estis credentes in nomine domini, & accipientes eius spiritū. Abluti autē sumus nō substantiā corporis, neque imaginem plasmatis, sed pristinā vanitatis cōuersationē. In quibus igitur periebamur membris, operantes ea quę sunt corruptelæ, in iisdē ipsis viuificamur, operantes ea quę sunt spūs. Quēadmodū enim corruptelę est capax caro, sic & incorruptelæ, & quēadmodum mortis, sic & vitę. Hæc autē inuicē credūt, & vtraq; nō permanēt in idipsum: sed expellitur alterū ab altero, & præsentē altero, interit alterū. Si igitur mors possidens hominem, expulit ab eo vitā, & mortuū ostendit, multo magis vita possidens hominē expellit mortē, & viuentē hominem restituet deo. Si enim mors mortificauit, quare vita adueniens nō viuificat hominem? Quemadmodū Esaias ait, Deuorauit mors potens. Et rursus, De⁹ abstulit omnē lachrymā ab omni facie. Expulsa est autē pristina vita, quoniam nō per spiritū, sed per afflatū fuerat data. Aliud enim est afflatus vitę, qui & animalē efficit hominē: & aliud spūs viuificās, qui & spiritalem efficit eū. Et ideo Esaias ait, Sic dicit domin⁹ qui fecit cælum & finxit illud, qui firmavit terrā, & quę in ea sunt, & dedit afflatū populo qui super eam est, & spiritū hiis qui calcant illam: Afflatū quidem cōmuniter omni qui super terram est populo dicens datum, spiritum autem proprie hiis, qui conculcant terrenas cōcupiscentias. Propter quod rursus ipse Esaias distinguens ea quę prædicta sunt, ait, Spiritus enim à me exiit, & flatum omnē ego feci,

Spiritū quidem proprie in Deo deputās, quē in nouissimis temporibus effudit per adoptionē filiorū in genus humanū . Afflatū autem cōmunitè in cōditione & factura ostendens illū. Aliud autē est quod factum est ab eo qui fecit. Afflatus igitur temporalis, spūs autem sempiternus. Et afflatus quidem auctus ad modicū, & tempore aliquo manens, deinde abiit, sine spiramento relinquens illud in quo fuit ante . Spūs autem circumdās intus & foris hominē, quippe semper perseuerans, nunquā relinquens eū. Sed nō primo quidē spiritale est, ait Apostolus, hæc tanquā ad nos homines dicens, sed primo quidē animale est, deinde quod spiritale est, secundū rationem. Oportuerat autem primo plasmani hominem, & plasmatū accipere animam, deinde sic cōmunionem spūs recipere. Quapropter & primus Adam factus est à domino in animam viuentem. Secundus autem in spiritū viuificantē. Sicut igitur qui in animā viuentem factus est deuertens in peius perdidit vitā : sic rursus idem ipse in melius recurrens, assumens viuificantem spiritū, inueniet vitā. Non enim aliud est quod moritur, & aliud quod viuificatur. Quemadmodū neq; aliud quod perit, & aliud quod inuenitur, sed illā quæ perierat ouem inuenit dominus exquirens. Quid ergo erat quod moriebatur? vtiq; carnis substātia, quæ amiserat afflatū vitæ & sine spiramēto mortua facta est. Hanc itaque dominus venit viuificaturus, vti quēadmodū in Adam omnes morimur, quoniā animales, in spū viuamus, quoniā spirituales, deponentes nō plasma dei, sed concupiscentias carnis, & assumentes spiritū sanctum, sicut Apostolus in epistola ad Colossenses ait, Mortificate itaque membra vestra quæ sunt super terrā . Quæ sunt autem hæc, ipse exposuit, Fornicationē, immunditiā, passionem, cōcupiscentiā malā, & auaritiā quæ est idololatria. Horum depositionem Apostolus præconatur, & eos qui talia perpetrant velut carnem & sanguinem tantum existentes, non posse ait regnum cælorum possidere. Anima enim ipsorū declinans in peius, & in terrēnas concupiscentias descendens, eiusdem cuius & illa

Illa sunt participavit appellationis: quæ deponere nos
 iubens ait rursus in eadē epistola . Expoliātes vos vete-
 rem hominem cū operib⁹ ei⁹ . Hoc autem dicebat nō ve-
 terem amouens plasmatōnē : Alioquin oportebat nos-
 metipfos interficiētes separari ab quæ est istic cōuersa-
 tionē . Sed & ipse Apostolus ille existens, qui in vulua
 plasmatus erat, & de vtero exierat, scribebat nobis, & vī-
 uere in carne fructus operis cōfessus est, in epistola quæ
 est ad Philippenses dicens, Fructus autē operis spiritus,
 est carnis salus . Quis enim alius apparens fructus eius
 est qui non apparet spūs, quā maturā efficere carnem, &
 capace incorruptelæ . Si igitur viuere in carne hic mihi
 fructus operis est, nō vtiq; substātiā cōtemnebat carnis
 in eo quod diceret, spoliātes vos veterem hominem cū
 operibus eius, sed spoliationem pristinæ nostræ cōuersa-
 tionis manifestauit, eam quæ veterescit, & corrūpitur,
 & ppter hoc intulit . Et induentes nouum hominem eū
 qui renouatur in agnitionem, secūdum imaginem ei⁹,
 qui creauit eum, In eo ergo quod ait, qui renouatur in
 agnitionē, demonstrabat, quoniā ipse ille qui ignorans e-
 rat ante homo, id est, ignorās deum, per eā quæ in eum
 est agnitionē renouatur. Agnitio enim dei renouat ho-
 minem. Et in eo quod dicat secūdū imaginem cōdito-
 ris, recapitulationem manifestauit eius hominis, qui in
 initio secūdū imaginem factus est dei. Quoniā autem
 idem ipse erat Apostolus, qui ex vtero generatus fuerat,
 hoc est, antiqua carnis substātia, ipse in epistola ad Gala-
 tas dixit, Quum autem placuit deo, qui me ex vtero ma-
 tris meæ segregauit, & vocauit per gratiā suā, reuelare
 filiū suū in me, vt euāgelizarem eū in gentib⁹ . Nō alius
 erat qui natus fuerat ex vtero, sicut prædixim⁹, & alius
 qui euāgelizabat filiū dei: sed idem ille qui ante ignora-
 bat, & persequebatur ecclesiā, reuelatione ei de cælo fa-
 cta, colloquente cum eo domino, quemadmodum in ter-
 tio libro ostendimus, euāgelizabat filiū dei Christum
 Iesum, qui sub Pōtio Pilato crucifix⁹ est, præterita igno-
 rātia exterminata à posteriore agnitione. Quemadmo-
 dum cæci, quos curauit dominus, cæcitatem quidem a-
 miserunt

miserunt, perfectã autẽ suscepertint substantiã oculorũ,
 & iisdem ipsis quib⁹ ante nõ videbant oculis, recipiebãt
 visionẽ, caligine à visione tantũ exterminata, seruata au-
 tem substantia oculorum, vt per quos nõ viderãt oculos,
 per eos rursus vidẽtes gratias agerent ei, qui rursus vi-
 sum eis redintegrauit. Et qui aridam curauit manum,
 & omnes omnino quos curauit, non ea quæ ab initio ex
 vtero ædita fuerant mēbra mutauerūt, sed eadẽ ipsa sal-
 ua recipiebant. Fabricator enim vniuersorũ dei verbũ,
 qui & ab initio plasmauit hominem, à malitia inueniẽs
 labefactatũ suum plasma omnimodo curauit, hoc quidẽ
 & secundum vnumquodq; membrũ, sicut & in suo pla-
 smate est: hoc autem & semel totum sanum & integrum
 reintegrauit hominem, perfectum eum sibi præparans
 ad resurrectionem. Quam enim causam habebat carnis
 mēbra curare, & restituere in pristinum characterem,
 si nõ habebant saluari, quæ ab illo curata fuerant? Si en-
 nim temporalis erat ab eo vtilitas, nihil grãde præstitit
 hiis, qui ab eo curati sunt. Aut quomodo nõ esse capace
 carnẽ vitę, quæ est ab eo, quæ percipit curationẽ ab eo?
 Vita enim per curationẽ, incorruptela autẽ per vitã effi-
 citur. Qui igitur curationẽ cõfert, hic & vitã, & qui vi-
 tã, hic & incorruptelã circumdat plasmati suo. Dicant en-
 nim nobis hij qui contraria dicunt, id est, qui contradi-
 cunt suæ salutis, summi sacerdotis mortua filia, & viduę
 fili⁹ qui circa portã mortuus efferebatur, & Lazarus qui
 in monumẽto quartã habebat diẽ, in quibus resurrexe-
 rint corporibus. In iisdem ipsis scilicet in quib⁹ & mor-
 tui fuerãt. Si enim nõ in iisdem ipsis, videlicet nec iisdẽ
 ipsi qui mortui erant resurrexerunt. Sed enim apprehẽ-
 dit, ait, dominus manũ mortui & dixit ei, Iuuenis tibi
 dico, surge: & sedit mortuus, & iussit ei dare manduca-
 re, & dedit eum matri suæ. Et Lazarũ vocauit voce ma-
 gna dicẽs, Lazare veni foras, & exiuit, inquit, mortuus,
 colligatus pedes & manus institis: hoc symbolum eius
 hominis qui inligatus fuerat in peccatis. Et ppter hoc
 ait dominus, soluite illũ, & dimittite eũ abire. Sicut igi-
 tur qui curati sunt, in hiis quæ ante passã fuerunt mem-
 bra

bra, curati sunt, & mortui iisdem surrexerunt corporibus, membris & corporibus ipsorum percipiētibz curationē, & eam vitam quæ dabatur à domino, per tēporalia p̄formante eterna, & ostendente, quoniam ipse est, qui curationē plasmati suo & vitā p̄stare potest, vti ei de resurrectione quoq; credatur sermo: sic & in fine in nouissima tuba clamante domino resurrecturi sunt mortui, quemadmodū ipse ait, Veniet hora in qua omnes mortui qui in monumentis sunt audient vocem filij hominis, & exient qui bona fecerunt in resurrectionē vitæ, & qui mala in resurrectionē iudicij. Vani igitur & vere infelices qui sic manifesta & clara nolunt intelligere, sed fugiunt lumē veritatis, secundū tragicos semetipsos excæcantes. Et quemadmodum in palæstra insueti cōcertantes aliis vnā quālibet partem corporis totis cōplectentes manibus, per illud quod derinent cadūt, & cadentes putant se vincere, eo quod cōtentiose tenent illud, quod primum apprehenderunt membrum, su per hoc autem quod ceciderunt, & derisui habētur: Sic autem & hæretici, caro & sanguis regnum dei possidere nō possunt, duas dictiones tollētes à Paulo, neq; sensum Apostoli perspexerunt, neq; virtutem dictionum scrutati sunt. Nude autem ipsas dictiones tenentes, circa eas moriuntur, vniuersam dispositionem dei, quantum in ipsis est euertentes. Si enim p̄prie de carne hoc dictū dicēt, & nō de carnalibus operationibus, quemadmodum demonstrabimus, ipsum sibi cōtrarium Apostolum dicentem ostendēt, statim in eadem epistola demonstratiue de carne sic dicentem. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria, vbi est mors aculeus tuus? Vbi est mors victoria tua? Hæc autem iuste dicētur tunc, quando mortalis hæc, & corruptibilis caro, circa quā & mors est, quæ & quodā dominio mortis pressa est, in vitā cōscendēs induerit incorruptelam & immortalitatem. Tūc enim vere erit victa mors, quādo ea quæ cōtinetur

ab

Ab ea caro, exierit de dominio eius. Et rursus ad Philip-
pensis ait, Nostra autē cōuersatio in cælis est. Vnde &
saluatorem expectamus dominum Iesum, qui trāsfigu-
rauit corpus humilitatis nostræ cōforme corpori gloriæ
suz, ita vt possit secundū operationē virtutis suæ. Quid
igitur est humilitatis corpus, quod trāsfigurauit domi-
nus conformatum corpori gloriæ suæ? Manifestum est,
quoniā corpus quod est caro, quod & humiliatur cadēs
in terra transfiguratio autem eius, quoniā cum sit mor-
talis & corruptibilis, immortalis fit & incorruptibilis,
nō secundum propriā substantiā, sed secundū domini op-
erationem, qui potest mortali immortalitatē, & corrupti-
bili circūdare incorruptibilitatē. Et ppter hoc ait in se-
cunda ad Corinthios, vt absorbeat mortale à vita, qui
autē perficit nos in hoc ipsum deus, qui dedit nobis pi-
gnus spiritus: manifestissime hoc de carne dicēs. Nec en-
nim anima immortalis, neq; spiritus absorbetur à mor-
tali vita, quando & caro nō mortua, sed viua & incorru-
pta perseuerauerit, hymnū dicēs deo, qui in hoc ipsum
perficit nos. Vt ergo in hoc perficiamur, bene Corin-
thiis ait, Glorificate deū in corpore vestro. Deus incor-
ruptibilitatis est effector. Quoniā autē nō de alio quo-
dā corpore, sed de corpore carnis dicit hoc, manifeste &
indubitate, & sine vlla ambiguitate Corinthiis ait, Sem-
per mortificationē Iesu in corpore nostro manifestem.
Sēper enim qui viuim⁹ in mortē tradimur per Iesum,
vt & vita Iesu manifestetur in carne mortali nostra. Et
quoniā spiritus cōplectitur carnē, in eadē epistola ait,
Quoniā estis epistola Christi ministrata à nobis, inscri-
pta nō atramēto, sed spiritu dei viui, nō in tabulis lapi-
deis, sed in tabulis cordis carnalibus. Si ergo nūc corda
carnalia capacia spiritus fiunt, qui mirum si in resurre-
ctione eā quæ à spiritu datur capiunt vitā: de qua resur-
rectione Apostolus ad Philipp. ait, Cōformis morti ei-
us si quo modo occurrā ad resurrectionē quæ est à mor-
tuis. In qua igitur alia mortali carne intelligi potest vi-
ta manifestari, nisi in hac substātia quæ & mortificatur,
propter eam quæ est ad deū cōfessionē. Quæadmodum
ipse

ipse dixit, Si secundum hominem cum bestiis Ephesi pugnaui, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Si enim mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est predicatio nostra, inanis est & fides vestra, inuenimur autem & falsi testes dei, quoniam testificamur quod suscitauit Christum, quem non suscitauit, Si enim mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est fides vestra, quoniam adhuc estis in peccatis vestris, Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in vita hac in Christo sperantes sumus tantum, miserabiliores omnibus sumus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium: quoniam enim per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. In hiis igitur omnibus, quemadmodum prediximus, aut contraria sentientem sibi metipsum Apostolum dicent, quantum ad illud, caro & sanguis regnum dei possidere non possunt: aut iterum malignas & extortas cogentur omnium dictorum facere expositiones, ad transuertendam & immutandam sententiam dictorum. Quid enim dicere habebunt sanum, si conabuntur aliter interpretari hoc quod scribit: Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam, & mortale hoc induere immortalitatem: & ut vita Iesu manifestetur in carne mortali nostra, & reliqua omnia, in quibus Apostolus manifeste & clare resurrectione & incorruptelam carnis predicat. Cogentur itaque hæc tanta male interpretari, qui vnum nolunt bene intelligere. Quoniam autem non aduersus ipsam substantiam carnis & sanguinis dixit apostolus, non possidere eam regnum dei, ubique idem Apostolus in domino Iesu Christo usus est carnis & sanguinis nomine, aliquid quidem, uti hominem eius statueret: etenim semetipsum filium dicebat hominis. Aliquid autem uti salutem carnis nostræ confirmaret. Si enim non haberet caro saluari, nequaquam verbum dei caro factum esset. Et si non haberet sanguis iustorum inquiri, nequaquam sanguinem habuisset dominus. Sed quoniam ab initio vocalis est sanguis, Deus ad Cain dixit, cum occidisset fratrem suum, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Et quoniam

quoniã haberet exquiri sanguis ipsorũ, dixit ad eos qui circa Noë erãt, Etenim sanguinẽ animarum uestrarũ, exquiram illum de manu omnium bestiarum. Iterum, Qui effundet sanguinem hominis, sanguis pro sanguine eius effundetur. Similiter autem & dominus hiis qui habebant eius sanguinem effundere dicebat. Exquiretur omnis sanguis iustus, qui effunditur super terram, à sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare: etiã dico vobis, venient omnia ista super generationem istã. Recapitulationem effusionis sanguinis ab initio omniũ iustorum & pphetarum in semetipsum futurã indicãs, & exquisionem sanguinis ipsorum per semetipsum. Non autẽ exquireretur hoc, nisi & saluari haberet: nec in semetipso recapitulatus esset hæc dominus, nisi & ipse caro & sanguis, secundũ principale plasmatorem factus fuisset, saluans in semetipso in fine, illud quod perierat in principio in Adam. Si autem ob alteram quãdam dispositionem dominus incarnatus est, & ex altera substãtia carnem attulit, nõ ergo in semetipso recapitulatus est hominem, adhuc etiã nec caro quidẽ dici potest. Caro enim vere primæ plasmatorem est limo factæ successio. Si autem ex alia substãtia habere eũ oportuit materiam, ab initio ex altera substãtiæ parte operatus fuisset fieri conspersionem eius. Nunc autem quod fuit qui perierat homo, hoc salutare factũ est verbũ, per semetipsum eam quæ esset ad eum cõmunionem, & exquisionẽ salutis eius efficiens. Quod autem perierat, sanguinem & carnem habebat, Limũ enim de terra accipiens dominus plasmauit hominẽ, & ppter hunc omnis dispositio aduentus domini. Habuit ergo & ipse carnem & sanguinem, nõ alterã quandam, sed illam principale patris plasmatorem in se recapitulans, exquirẽs quod perierat. Et ppter hoc Apostolus in epistola ad Coloss. ait. Et vos cũ essetis aliquãdo alienati, & inimici cogitationis eius in operibus malis, nunc autẽ recõciliati in corpore carnis eius, per mortem eius, exhibere vos sanctos & castos & sine crimine in cõspectu eiº. In corpore ait,

recõciliati

¶ *diavolice*
Græce sermo
est ambiguus

recõciliati carnis ei⁹, id est, quia iusta caro recõciliauit
 eam carnem quæ in peccato detinebatur, & in amicitia
 adduxit deo. Si quis igitur secundum hoc alteram dicit
 domini carnem à nostra carne, quoniam illa quidẽ non
 peccauit, neq; inuentus est dolus in anima eius, nos au-
 tem peccatores, recte dicit. Si autem alteram substantia
 carnis domino assignat, iam nõ constabit illi recõcilia-
 tionis sermo. Recõciliatur enim illud quod fuit aliquã
 do inimicitia. Si autem ex altera substantia carnem at-
 tulit dominus, iam nõ illud recõciliatum est deo; quod
 per transgressionem factum fuerat inimicum. Nunc au-
 tem per eam quæ est ad se cõmunicationem, recõcilia-
 uit dominus hominẽ deo patri, recõcilians nos sibi per
 corpus carnis sue, & sanguine suo redimens nos, quem-
 admodum Apostolus Ephesis ait, In quo habuimus re-
 demptionem per sanguinem ei⁹, remissionem peccato-
 rum. Et rursus eisdem, Vos, inquit, qui aliquãdo eratis
 longe, facti estis iuxta, in sanguine Christi. Et iterum,
 Inimicitias in carne sua, legem præceptorum decretis
 euacuans: & in omni autem epistola manifeste testatur
 Apostolus, quoniam per carnã domini nostri, & sangui-
 nem eius nos saluati sumus. Si igitur caro & sanguis
 sunt, quæ faciunt nobis vitam, non proprie de carne di-
 ctũ est & sanguine, non posse ea possidere regnum dei.
 Sed de prædictis carnalibus actibus, qui ad peccatum
 transuertetes hominem, priuãtes eum vita. Et propter-
 ea in epistola ad Romanos ait, Non ergo regnet pecca-
 tum in corpore mortali vestro ad obediendũ ei: neque
 exhibeatis membra vestra arma iniustitiæ peccato, sed
 exhibete vosmetipso deo, velut à mortuis viuentes, &
 membra vestra arma iustitiæ deo. Quibus igitur mem-
 bris seruebamus peccato, & fructificabamus morti, iis-
 dem ipsis membris seruire nos vult iustitiæ, vt fructifi-
 cemus vitæ. Memor igitur dilectissime, quoniam carne
 domini redemptus es, & sanguine eius, & tenens caput,
 ex quo vniuersum corpus ecclesiæ compaginatum au-
 gescit, hoc est, earnalem aduentũ filij dei, & deũ cõsistens
 & hominem eum firmiter excipiens, vtens etiam his
 osten-

ostensionibus quæ sunt ex scripturis, facile euertis, quæ admodum demonstrauim⁹, omnes eas quæ postea affictæ sunt hæreticorū sententias. Quoniã autem is qui ab initio condidit hominē, post resolutionē eius in terram, p̄misit eis secundam generationē, Esaias quidē sic ait, Resurgent mortui, & surgent qui in monumentis sunt, & lætabuntur qui sunt in terra. Ros enim quod à te est, sanitas est eius. Et iterum: Ego vos aduocabo, & in Hierusalem aduocabimini, & videbitis, & gratulabitur cor vestrum, & ossa vestra quasi herba oriuntur, & cognoscetur manus domini hiis qui colunt eum. Et Ezechiel autem ait sic, Et facta est super me manus domini, & duxit me in spiritu dominus, & posuit me in medio campi, & hic erat plenus ossibus, & circumduxit me super ea in gyrum, & ecce multa super faciē cāpi arida valde, & dixit ad me, Fili hominis, si viuunt ossa hæc? & dixi, Domine, tu scis qui fecisti hæc. & dixit ad me, p̄phetare super ossa hæc, & dices eis, Ossa arida audite sermonē domini. Hæc dicit dominus ossibus hiis. Ecce ego superduco super vos spiritū vitæ, & dabo super vos cutē, & dabo spiritum meū in vos, & uiuetis, & cognoscetis quia ego sum dominus. Et prophetaui sicut præcepit mihi dominus. Et factum est cum p̄phetarem, & ecce terræmorus, & adducebātur ossa vnumquodq; ad cōpaginem suam, & vidi, & ecce super ea nerui, & carnes nascebātur, & ascēdebant super ea cutes desuper, & spiritus nō erat in eis, & dixit ad me, Ad spiritum propheta filii hominis, & dic spiritui, Hæc dicit dominus, A quatuor spiritibus veniet iusufflatio in mortuos istos, & uiuant. Et p̄phetaui quemadmodum præcepit mihi dominus. & intrauit in ea spiritus, & vixerunt, & steterunt supra pedes suos collectio multa valde. Et rursus ait, Hæc dicit dominus, Ecce ego aperiam monumēta vestra, & educam vos de monumentis vestris, & inducā vos in terram Israël, & cognoscetis quia ego sum dominus, cum aperiā ego sepulchra vestra, & reducam de sepulchris populum meū, & dabo spiritum meum in vos, uiuetis, & ponam vos in terram vestrā, & cognoscetis quia ego dominus locutus sum;

sum, & faciã, dixit dominus. Demiurgo itaq; & hic viuificãte corpora vestra mortua, quemadmodum videre adest, & resurrectione eis repromittente, & de sepulchris & monumentis suscitationem & incorruptelam donante: secundum enim lignum vitæ, ait, dies ipsorũ crunt. Hic solus deus ostẽditur qui hæc facit, & ipse bonus pater benigne vitam donans, hiis qui ex se non habebant vitam. Et propter hoc manifestissime dominus ostendit se, & patrẽ quidem suis discipulis, ne scilicet quærent alterũ deum, præter eũ qui plasmauerit hominem, & afflatũ vitæ donauerit ei; neq; in tãtã insaniã pcederent, vti super Demiurgum alterum affingerent patrem. Et ideo reliquos quidem omnes quibuscunq; ppter transgressionem eorum eueniebant languores, curabat sermone, quibus & dicebat, Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat, manifestans quoniã propter inobedienciã peccatũ subsequuti sunt languores hominib⁹. Ei autem qui Cæcus fuerat à natiuitate, iam non per sermonem, sed per operationem præstitit visum, non vane, neque prout euenit hoc faciens, sed vt ostenderet manum dei, eam quæ ab initio plasmavit hominem. Et propterea interrogantibus eũ discipulis, quæ ex causa Cæcus natus esset, vtum ne sua an parẽtũ culpa, ait. Neque hic peccauit, neque parentes eius, sed vt manifestarentur opera dei in ipso. Opera autem dei plasmatio est hominis. Hanc enim operationem fecit, quẽadmodum scriptura ait, Et sumpsit dominus limum de terra, & plasmavit hominim. quapropter dominus exutit in terram, & fecit lutũ, & superliniuit illud oculis, ostendens antiquam plasmationem, quemadmodum facta est, & manum dei ostendens hiis qui intelligere possunt, per quã è limo plasmatus est homo. Quod enim in veteri plasmate prætermisit artifex, verbum hoc manifeste adimpleuit: vti manifestarentur opera dei in ipso, nec iam alteram requireremus manum, per quã plasmatus est homo, neq; alterum patrem: scientes quoniã quẽ plasmavit nos initio, & plasmavit in ventre manus dei, hæc in nouissimis temporibus perditos exquisiuit nos, suam lucrificans & super humeros assumens ouẽ per-

ditã, & cû gratulatione in cohorté restituens vitæ. Qui autem in ventre plasmat nos verbum dei, ait Hieremię, Priusquam plasmarem te in vtero, noui te, & priusquã pgredereris de vulua sanctificaui te, & pphetã in gentibus dedi te. Sed & Paulus similiter ait, Quando autem cõplacuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ, vt euãgelizare in eum in gentibus. Cû ergo in ventre à verbo plasmemur, id ipsum verbû ei qui à natiuitate Cæc^o fuerat formauit visionem, eum qui in abscondito plasma tor noster est, manifeste ostédens, quoniã ipsum verbum manifestû hominib^o factum fuerat, & antiquã plasmatione Adæ disserés, & quomodo factus est, per quã plasmatus est manum, ex parte totum ostendés. Qui enim visionem formauit dominus, hic est qui vniuersum hominem plasmauit, voluntati patris deseruiens. Et quoniam in illa plasmatione, quæ secundum hominẽ est, in trãsgressione factus est homo, indigebat lauacro regenerationis, postquã liniuit lutum, super oculos ei^o dixit ei. Valde in Siloam & lauare, simul & plasmationem, & eã quæ est super lauacrum regenerationem restituens ei. Et propter hoc lotus venit videns, vt & suum cognosceret plasmatore, & disceret homo eum qui donauit ei vitã. Excidunt itaq; & hij qui à Valentino sunt, dicentes nõ ex hac terra plasmatum esse hominẽ, sed à fluida materia, & effusa. Ex qua enim terra deus ei formauit oculos, ex hac manifestum est quoniã & ab initio plasmatus est homo. Nõ enim cõsequens erat aliunde quidem oculos, aliunde autẽ reliquum corpus plasmatũ esse. Quẽadmodum nec cõsequens est alterum quidem corpus, alterum verò plasmalle oculos. Sed idem ipse qui ab initio plasmauit Adam, cum quo & loquebatur pater, Faciam^o hominem secũdum imaginem & similitudinem nostrã, in nouissimis temporibus semetipsum manifestans hominibus, ei qui ab Adã Cæcus fuerat formauit visionẽ. Et propter hoc scriptura significans quod futurum erat, ait, abscondito Adam propter inobedientiam, Dominum venisse vespere ad eũ, & dixisse, Vbi es? hoc est, quoniã in nouissimis temporibus id ipsum venit verbû dei aduocare hominem, recõmemorãns in eo opera sua, in quibus

bus degens absconditus fuerat domino. Quemadmodū
vespere locutus est exquirens illum deus, sic & in nouis
simis temporibus per eandem vocem visitauit exquirēs
genus eius. Et quoniam ex hac quæ secundum nos est
terra, plasmatio fuit Adæ, scriptura dicit dixisse deum,
Et in sudore vultus tui manducabis panem tuum, quo-
adusque conuertaris in terram, ex qua sumptus es. Si i-
gitur in aliquam alteram terram reuertuntur post mor-
tem corpora nostra, consequens est ea inde & substantiam
habere. Si vero in hanc ipsam, manifestum est, quoniam
ex hac plasmatio ei facta est, quomodo & dominus fecit
manifestum ex eadem oculos formans. Et manu itaque
reliqua ostensa dei, per quam plasmatus est quidem A-
dam, plasmati autem sumus & nos, & cum sit vnus & i-
dem pater, cuius vox ab initio vsque ad finem adest pla-
smati suo, & substantiam plasmatis nostri per Euange-
lium ostendens manifeste, iam non oportet quærere al-
lium patrem præter hunc, neque aliam substantiam pla-
smationis nostræ præter prædictam, & ostensam à domi-
no. Neque alteram manum dei præter hanc quæ ab ini-
tio vsque ad finem conformat nos, & coapat vitam, &
adest plasmati suo, & perficit illud secundum imaginem
& similitudinem suam dei. Tunc autem hoc verbum o-
stensum est, quando homo verbum dei factum est, se-
metipsum homini & hominem sibi metipsi assimilans;
vt per eam quæ est ad filium similitudinem, preciosus
homo fiat patri. In præteritis enim temporibus diceba-
tur quidem secundum imaginem dei factum esse homi-
nem, nõ autē ostendebatur. Adhuc enim inuisibile erat
verbum, cuius secundum imaginem homo fuerat, pro-
pter hoc autē & similitudinē facile amisit. Quando autē
caro verbum dei factū est, vtraque confirmauit: & imagi-
nem enim ostendit veram, ipse hoc fiens quod erat ima-
go & eius, & similitudinem firmans restituit, consimi-
lem faciens hominem inuisibili patri, per visibili ver-
bum. Et non solum autem per ea quæ prædicta sunt
& patrem & semetipsum manifestauit dominus, sed et-
iam per ipsam passionem. Dissoluens enim eam quæ
ab initio in ligno facta fuerat, hominis inobedentiam,

G ij obedie

obediens factus est vsq; ad mortem, morté auté crucis, eã quę in ligno fuerat inobediētiã sanans . Nō auté per eandē venisset exoluere eam quæ fuerat erga plasmatorē nostrum inobedientiam, si alterum annuntiabat patrem : quoniam auté per hæc per quæ non obediuimus deo, & non credidimus eius verbo, per hæc eadem obedientiam introduxit, & eam quæ esset erga verbum ei⁹ ostensionem, per quæ manifeste ipsum ostendit deum: quem in primo quidem Adam offendimus, nō facientes eius præceptum, in secundo autem Adam reconciliati sumus, obediētes vsque ad mortem facti. Neque enim alteri cuidam eramus debitores, sed illi cuius præceptū transgressi fueramus à principio. Est autem hic Demiurgus, qui secundum dilectionem quidem pater est, secundum autem virtutem dominus, secundum autem sapientiam factor & plasmator noster, cuius & præceptum transgredientes, inimici facti sum⁹ eius . Et propter hoc in nouissimis temporibus in amicitiam constituit nos dominus per suam incarnationem mediator dei & hominum factus, propitiāns quidē pro nobis patrem, in quem peccaueramus, & nostram inobedientiam consolatus : nobis auté donans eã quæ est ad factorem nostrū cōuersationē & subiectionem . Quapropter in oratione dicere nos docuit, Et remitte nobis debita nostra, utiq; quoniã hic est pater noster, cuius eramus debitores, transgressi eius præceptum. Quis auté est hic? Vtrum ne incognitus aliquis, & nulli nunquam præceptum dās pater? An verò qui à scripturis prædicatur deus, cui & debitores eramus, transgressi eius præceptum? Datum est autem præceptum homini per verbum . Audiuit enim Adam, ait, vocem domini dei. Bene igitur verbum eius ad hominem dicit, remittūtur tibi peccata, idem ille in quem peccaueramus in initio, remissionem peccatorū in fine donās. Aut si alterius quidem transgressi sumus præceptum, alius autem erat, qui dicit, remittuntur tibi peccata tua, neq; bonus, neq; verax, neq; iustus est huius modi. Quomodo enim bonus qui nō ex suis donat? aut quomodo iustus, qui aliena rapit? Quomō auté recte remissa sunt peccata, nisi ille ipse in quē peccauim⁹ donauit

uit remissionem, per viscera misericordiae dei, in quibus
 visitauit nos per filium suum? Quapropter & curato pa-
 ralytico, videntes, inquit, populi, clarificauerunt deum,
 qui dedit potestatem talem hominibus. Quem igitur deus
 clarificauerunt circumstantes populi, nunquid non ab haereticis
 inuentum incognitum patrem? Et quomodo eum
 qui in totum non cognoscebatur ab eis, glorificabant? Ma-
 nifestum est ergo, quoniam eum qui in lege a prophetis pre-
 dictus est deus, glorificabant Israelitae, qui & est pater do-
 mini nostri, & propter hoc docebat homines in sensu per
 ea signa quae faciebat dare gloriam deo. Si autem ab al-
 tero quidem patre ipse venisset, alterum autem patrem glo-
 rificabant homines, videntes eius virtutes, ingratos eos
 in eum patrem qui miserat curationem, efficiebat. Sed
 quoniam ab eo, a quo deus vnigenitus filius venerat ad
 salutem hominum, & incredulos per eas quas faciebat virtu-
 tes prouocabat dare gloriam patri, & non recipientibus ad-
 uentum filii eius, & propter hoc non credentibus quae ab
 eo fiat remissionem pharisaeis, dicebat, ut sciatis quoniam
 potestatem habet filius hominis remittere peccata. Et hoc
 cum dixisset iussit paralyticum hominem tollere grab-
 batum super quem iacebat & ire in domum suam: propter
 hoc quidem efficit, confundens incredulos, & significans
 quoniam ipse est vox dei per quam accepit homo praeci-
 pta, quae supergressus est, & factus est peccator: ex pecca-
 tis enim paralysis subsequuta est. Peccata igitur remit-
 tens, hominem quidem curauit, semetipsum autem ma-
 nifeste ostendit quis esset. Si enim nemo potest remitte-
 re peccata nisi solus deus, remittebat autem haec domi-
 nus, & curabat homines, manifestum est, quoniam ipse e-
 rat verbum dei, filius hominis factus, a patre potestatem
 accipiens, quomodo homo, & quomodo deus: & quomo-
 do homo compassus est nobis, tanquam deus misereatur
 nostri, & remittat nobis debita nostra, quae factori no-
 stro debemus deo. Et propter hoc Dauid praedixit, Beati-
 quorum remissae sunt iniquitates, & quorum tecta sunt pec-
 cata. Beatus homo cui non imputauit dominus peccatum:
 eam per aduentum eius est remissionem praemostans,
 per quam deleuit chirographum, debita nostra, & affixit

illud cruci: vti quæadmodû per lignum facti sumus debitoro deo, per lignû accipiam⁹ nostri debiti remissioné. Hoc & per alios quidê multos, iã autê & per Helisêû pphetã significãter ostêsum est. Cû enim qui cû illo erãt cõciderent ligna ad fabricationé tabernaculi, & ferrum excussum de securi cecidisset in Iordanem, & nõ inueniretur ab ipsis: veniens Helisêus ad ipsum locum, cû didicisset quid esset factû, lignû in aquã misit. hoc autê cum fecisset supernatauit ferrû securis, & de superficie aquæ sumpserunt illud, qui ante amiserant: per operationem ostendente ppheta, quod firmum verbum dei, quod per lignum negligenter amiseram⁹, nec inueniebamus, recepturi essem⁹ iterum per ligni dispositioné. Quoniã autê securis similis est verbo dei, Ioannes Baptista ait de eo, Iam autê securis ad radicem arborû posita est. Et Hieremias similiter ait, Verbû domini quæadmodum bipennis cædens petram. Hoc ergo verbum absconditum à nobis per lignum, manifestauit quemadmodum prædixim⁹ ligni dispositio. Quoniã per lignum iterum manifestum omnibus factum est, ostêdens altitudinem & longitudinẽ & latitudinem in se: & quæadmodû dixit quidam de senioribus per extensionem manuum duos populos ad vnum deum cõgregans. Duæ quidem manus, quia & duo populi disperli in fines terræ: vnum autem medium caput, quoniam & vnus deus super omnes & in omnibus nobis. Et talem vel tãtam dispositionem nõ per alienas, sed per suas efficiebat cõditiones, neq; per ea quæ ex ignorantia & labe facta sunt, sed per ea quæ ex sapientia & virtute patris eius substantiam habuerunt. Neque enim iniquus vt aliena concupiscat, neq; indigens, vt non per sua propria suis propriis efficiat vitam, sua vtens conditione ab hominis salutem. Neque enim portasset illum conditio, si ignorantia & labis esset emissio. Quoniam enim ipsum verbum dei incarnatum suspensum est super lignum per multa ostendimus. Et ipsi autem hæretici crucifixum cõfiteantur. Quomodo igitur ignorantia & labis emissio, cû qui contineat vniuersorû agnitionem, & sit verus & perfectus, portare potuit? Aut quomodo ea quæ absconsa est à patre

tre, & multum separata cōditio, portauit eius verbum? Si autē & ab angelis hæc facta est, siue ignorātibz eum qui super omnia est deus, siue sciētibus, cum dixerit dominus, Quoniam ego in patre, & pater in me est, quomodo patrem & filiū simul fabricatio angelorum portare sustinuit? Quomodo autē ea quæ extra pleroma est conditio, cepit eum qui continet vniuersum pleroma? Cum igitur hæc omnia impossibilia sint, & comprobationē non habeant, illud solum verum est ecclesiæ præconium, quoniam propria conditio, quæ ex virtute & arte & sapientia dei substitit, portauit eum. quæ quidem secundum inuisibilitatem à patre portatur, secundum visibile autē è cōtrario portat eius verbum: & hoc est verum. Pater enim conditionem simul & verbum suum portās, & verbum portatum à patre prestat spiritū ōnibus, quæ admodum vult pater, Quibusdam quidem secundum conditionem, quod est conditionis, quod est factum: quibusdam autē secundum adoptionem quod est ex deo, quod est generatio. & sic vnus Deus pater ostēditur, qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus. Super omnia quidē pater & ipse est caput Christi: per omnia autē verbum, & ipse est caput ecclesiæ: in omnibus autē nobis spiritus, & ipse est aqua viua, quam præstat dominus in se recte credentibus, & diligentibus se, & scientibus, quia vnus pater qui est super omnia, & in omnibus nobis. Testimonium perhibet hiis & Ioānes domini discipulus in Euāgelio, dicēs, In principio erat verbum, & verbum erat apud deū, & deus erat verbū: hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Deinde de ipso verbo dixit, In hoc mūdo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit, in sua propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autē receperūt eum dedit illis potestatem filios dei fieri, hiis qui credunt in nomine eius. Et iterum significans eius secundum hominem dispensationem dixit, Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et iterum intulit, Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, plenam gratia & veritate. Manifeste ostendens audire vo-

sentibus , id est aures habentibus , quoniam vnus deus
 pater super omnes, & vnum verbum dei per quod õnes,
 per quem omnia facta sunt: & quoniam hic mundus p-
 prius ipsius, & per ipsum factus est, voluntate patris, &
 non per angelos, neq; per apostasiam, & defectionem, &
 ignorãtia, neq; per virtutem aliquam prunici, quam &
 matrem appellant quidã , neq; per alium quendã mûdi
 factorem ignorantem patrem . Mundi enim factor vere
 verbum dei est . Hic autem est dominus noster , qui in
 nouissimis temporibus homo factus est , in hoc mundo
 existens, & secundum inuisibilitatẽ continet quæ facta
 sunt omnia & vniuersa conditione infixus, quoniam
 verbum dei gubernans, & disponens omnia, & propter
 hoc in sua inuisibiliter ponit. Et caro factum est verbũ,
 & pependit super lignum, vt vniuersa in semetipsum re
 capitularetur . Et sui pprij illum nõ receperunt homi-
 nes, quemadmodum vt vniuersa manifestauit in popu-
 lo, Et erit vita tua pendens ante oculos tuos, & non cre-
 des vitæ tuæ. Qui igitur nõ receperunt illum, nõ acce-
 perũt vitã. Quorquot autem receperunt illum, dedit il-
 lis potestaté filios dei fieri, Ipse est enim qui vniuersam
 potestatem habet à patre, quoniã verbũ dei & homo ve-
 rus, inuisibilibus quidem principans , rationabiliter &
 sensibiliter legem statuens, vniuersa quæq; in suo perfe-
 uerare ordine, Super visibilia autem, & humana regnãs
 manifeste, & omnibus dignum superducens iustum iu-
 diciũ. Quemadmodum & Dauid manifeste significans,
 ait, Deus noster manifeste veniet , & nõ tacebit Deinde
 & quod ab eo superinducitur iudicium, manifestauit di-
 cens, Ignis in conspectu suo ardebit, & in circuitu eius
 tempestas valida, Aduocauit cælum de sursum, & terrã
 discernere populum suum . Manifeste itaq; in sua pro-
 pria veniente domino, & sua propria eum baiulante cõ-
 ditione quæ baiulatur ab ipso , & recapitulationem ei
 quæ in ligno fuit inobedientiæ , per eã quæ in ligno est
 obedientiam faciente, & seductione illa soluta, qua se-
 ducta est male, illa quæ iã viro destinata erat virgo Eua,
 per veritatem euangelizata est bene ab angelo iam sub
 viro virgo Maria . Quemadmodũ enim illa per angelicũ
 sermonem

sermonē seducta est, vt effugeret deū præuaricata verbū eius, Ita & hæc per angelicum sermonem euangelizata est, vt portaret deum, obediens eius verbo. Et sicut illa seducta est vt effugeret deum, Sic hæc suasa est obedire Deo, vti virginis Euzæ virgo Maria fieret aduocata. Et quēadmodū astrictū est morti gen^o humanū per virginē soluatur per virginē, æqua lāce disposita virginalis inobediētia, per virginalē obediētia. Adhuc enim ptoplasti peccatū per correptionem primogeniti emendationem accipiens, & serpentis prudentia deuicta in colūbæ simplicitate, vinculis autem illis resolutis, per quæ alligati eramus morti, Indocti omnes hæretici & ignorantes dispositiones Dei, & inscij eius quæ est secundū hominem dispensationis, quippe cæcutientes circa veritatem ipsi suæ contradicunt salutem. Alij quidem alterum introducunt præter Demiurgū patrem. Alij autem ab angelis quibusdam dicentes factum esse mundum, & substantiam eius. Alij quidem porrò & lōge separatum ab eo qui est secundum ipsos patre à semetipso fuisse, & esse ex se natum. Alij autem in hijs quæ continentur à patre de labe & ignorantia substantiam habuisse. Alij autem manifestum aduentum domini contemunt, & incarnationem eius non recipientes. Alij autem rursus ignorātes virginis dispensationem, ex Ioseph dicunt eum generatum. Et quidā quidem neque animā suā, neque corpus recipere posse dicunt æternam vitā, sed tantū hominem interiōrē. Esse autem hūc eum qui in eis sit sensus volunt, quem & solum ascēdere ad perfectum decernunt. Alij autem anima saluata nō participari corpus ipsorum eam quæ est à Deo salutem, quemadmodum in primo diximus libro, in quo & argumenta eorum omnium enarrauimus, & inualidū ipsorum, & inconstabile in secundo ostendimus.

○ Mnes enim hij valde posteriores sunt quā episcopi, quibus apostoli tradiderunt ecclesias, & hoc in tertio libro cum omni diligentia manifestauimus. Necesse est ergo habent prædicti hæretici, quoniā sint cæci ad veritatem, alteram & alteram ambulare exorbitātes viam: & propter hoc in-

cōlo-

cōsonanter & incōsequenter dispersa sunt vestigia doctrinæ ipsorum. Eorum autē qui ab ecclesia sunt semita circūiens mundum vniuersum, quippe firmā habens ab apostolis traditionem, & videre nobis donās omniū vnā & eandem esse fidem, omnibus vnū & eundem deum patrem recipientibus, & eandem donationē spūs scientibus, & eadem meditantibus præcepta, & eādem figurā, quæ est erga ecclesiam ordinationis custodientibus, & eundem expectantibus aduentū domini, & eandem salutem totius hominis, id est animæ & corporis substantibus, & ecclesiæ quidē prædicatio vera & firma, apud quam vnā & eadē salutis via in vniuerso mundo ostenditur. Huic enim creditum est lumen Dei, & propter hoc sapientia Dei, per quam saluat homines in exitu canitur, In plateis autē fiducialiter agit, in summis muris prædicatur, In portis autē ciuitatis cōstanter loquitur. Vbiq̄ enim ecclesia prædicat veritatē, & hæc est *ἡ ἀμύχ* ☉ lucerna Christi baiulans lumen. Qui ergo relinquunt præconiū ecclesiæ, imperitiā sanctorum presbyterorū arguunt, nō cōtemplantes quanto pluris sit idiota religiosus, à blasphemo & impudēte sophista. Tales sunt autē omnes hæretici, & qui se plus aliquid præter veritatē inuenire putant, sequentes ea, quæ p̄dicta sunt varie, & multiformiter, & imbecille facientes iter, de iisdem nō semper easdem sententias habentes, velut cæci à cæcis circūducuntur, iuste cadent in sublatentē ignorantiæ foueā, semper quæretes, & nunquā verū inueniētes. Fugere igitur oportet sententias ipsorū, & intētius obseruare ne cōiurgemur ab ipsis, cōfugere autē ad ecclesiā, & eius sinu educari, & dominicis scripturis enutrirī. Plantata est enim ecclesiæ paradysus in hoc mundo. Ab omni ergo ligno paradysi escas manducabis, ait spūs Dei, id est, ab omni scriptura dominica manducate. Super elato autē sensu, ne manducaueritis, neq; tetigeritis vniuersam hæreticā dissensionem. Ipsi enim cōntentur semetipsos agnitionē habere boni, & mali, & super deum qui fecit eos, iaculātur sensus suos impios. Supra igitur sentiūt quā & mensura sensationis. Quapropter & apostolus ait, Nō plus sapere

ro

id est, septem
caliculos ha-
bens.

*

re quàm oporteat, sed sapere ad prudentiã: vt nõ illorũ
mãducãtes agnitionẽ, eã quæ quàm oportet sapit,
piciamur de paradiso vitæ. In quẽ dominus inducit eos
qui obediunt præconio eius, recapitulans in se omnia
quæ in cælis & quæ in terra sunt, & quæ in cælis spũalia
sunt, quæ autẽ in terris secundũ hominẽ est dispositio.
Hæc igitur in semetipso recapitulatus est, adunans homi-
ninem spiritui, & spiritũ collocãs in homine, ipse ca-
put spiritus factus est, & spiritum dans esse hominis ca-
put: per illum enim videmus, & audimus, & loquimur.

Mnia ergo recapitulãs recapitulat^o est, & aduer-
sum inimicũ nostrũ bellum prouocãs, & elidẽs
cũ qui initio in Adam captiuos duxerat nos, &
calcans eius caput, quẽadmodũ habet in Genesi dixisse
serpenti deũ, Et inimicitia ponã inter te & inter mulie-
rem, & inter semen tuũ, & semen eius: ipse tuũ obserua-
bit caput, & tu obseruabis eius calcaneum. Ex eo enim
qui ex muliere virgine habebat nasci secundũ multitudi-
nẽ Adã præconabatur obseruãs caput serpẽtis, id est se-
men, de quo ait Apostolus in epistola ad Galatas, Legẽ
factorũ positã, donec veniret semen, cui promissum est.
Manifestius autẽ adhuc in eadẽ ostendit epistola, dicẽs,
Cũ autẽ venit plenitudo temporis, misit deus filiũ suũ,
factum de muliere. Neq; enim iuste victus fuisset ini-
micus, nisi ex muliere homo esset, qui vicit eũ. Per mu-
lierẽ enim homini dominatus est ab initio, semetipsum
cõtrarium statuẽs homini. Propter hoc & dominus se-
metipsum filium hominis cõstitet, principalẽ hominẽ
illũ, ex quo ea quæ secundũ mulierẽ est plasmatio facta,
in semetipso recapitulãs: vt quẽadmodũ per hominẽ vi-
ctũ descẽdit in mortẽ gen^o nostrũ, sic iterũ per hominẽ
victorẽ ascẽdamus in vitam. Et quẽadmodũ accepit pal-
mã mors per hominẽ aduersus nos, sic iterũ nos aduer-
sus mortem per hominem accipiamus palmã. Non au-
tem dominus antiquam illam & primam aduersus ser-
pentem inimicitiam in semetipso recapitulat^o fuisset,
adimplens promissionem Demiurgi, & perficiens præ-
ceptum eius, si ab alio venisset patre: sed quoniã vnus
& idẽ est, qui ab initio plasmavit nos, & in fine filiũ suũ
misit,

mi. it, præceptum eius perfecit dominus, factus ex muliere, & destruens aduersariū nostrum, & perficiens hominem secundū imaginem & similitudinem suam. Et propter hoc nō aliunde eū destruxit, nisi ex dictionib⁹ legis, & patris præcepto adiutore eius, ad destructionē & traductionem apostatæ angeli. Primo quidē diebus xl. ieiunās, similiter vt Moyses & Helias, postea esuriit, vt hominē eū verū & firmū intelligamus. propriū enim est hominis ieiunātis esurire. Deinde autem vt haberet aduersarius vbi cōgrederetur, Quoniā enim in principio per escā nō esurientem hominē seduxit transgredi præceptum Dei, in fine esurientem nō potuit dissuadere eam quæ à Deo esset sustinere escā. Tentāte enim eo & dicente, Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiāt: Dominus autem per præceptū legis repulit eū, dicens. Scriptū est, Non in pane tantum viuet homo. Ad illud quidē quod ait, Si filius Dei es, tacuit. Exceçauit autem eū hominis cōfessione, & per paternā ditionē primum impetū euacuauit. Quæ ergo fuit in paradiso repletio hominis per duplicē gestationē, dissoluta est per eā quæ fuit in hoc mundo indigentia. Ille autē legaliter explosus, tentabat & ipse per mendaciū rursus legitime facere cōgrefsiōne. in altissimū enim tēpli pinnaculum ducens eū, dixit, Si filius dei es, mitte te deorsum. Scriptū est enim, Quoniā angelis suis deus mādauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidē pedem tuum: mendaciū abscondens per scripturā, quod faciunt omnes hæretici. Illud enim quòd angelis suis mādauit de eo, scriptum erat: mitte te deorsum, de eo nulla dicebat scriptura, sed à semetipso hāc suasiōne diabol⁹ afferebat. Dominus itaque legitime cōfutauit eū, dicens, Itē scriptū est, Nō tentabis dominū deū tuū. Per eā vocem quæ est in lege ostendens, id quidem quod est secundum hominem, quoniā nō debet homo tentare deū. Quātum autem ad illū, quoniā in eo homine qui videbatur non tentare dominū deū suū. Elatio itaq; sensus quæ fuit in serpente, dissoluta est per eā quæ fuit in homine humilitas: & bis iā victus erat de scriptura diaboli, cum est traductus cōtraria præcepto Dei suadens, & secundum senten

sententiã suã Dei hostis ostẽsus. Qui magne cõfutus, & quasi semetipsum colligens, vniuersam quã habebat virtutem in mendacium ordinãs, tertio ostendit ei seculi regna omnia, & gloriã ipsorum, dicens, quemadmodum meminit Lucas, Hęc omnia tibi dabo, quoniã mihi tradita sunt, & cui volo do ea, si procidens adoraueris me. Dominus itaq; traducẽs eum qui esset, Vade, inquit, satanas: scriptum est enim, Dominũ deũ tuum adorabis, & illi soli seruiẽs. Denudãs eum per hoc nomen, & se ostendens qui erat. Satana enim verbum Hebraice apostatã significat. Et tertio itaq; vincens eũ, in reliquum repulit à semetipso, quasi legitime victum, & soluta est ea quæ fuerat in Adã præcepti Dei præuaricatio, per præceptũ legis, quod seruauit fili⁹ hominis, nõ trãsgressiẽs præceptũ Dei. Quis ergo domin⁹ de⁹, cui testimonium perhibet, quem nemo tentauit, & quẽ omnes adorare oportet, & ipsi soli seruire? Omnimodo ille est sine dubio qui & legem dedit de⁹. Hęc enim in lege prædicta fuerãt, & per legis sententiã ostendit domin⁹, quoniã lex quidem à patre verbum deũ annunciat: Apostata autẽ Dei angelus, per illã destruitur vocẽ traductus qui sit, & victus à filio hominis seruãte Dei præceptũ. Quoniã enim initio homini suãsit trãsgressiẽs præceptum factoris, & ideo eum habuit in sua potestate. potestas autem eius est trãsgressio & apostasia, & hiis colligauit hominem, per hominem ipsum iterum oportebat victum eum cõtrario colligari iisdem vinculis quibus alligauit hominem, vt homo solutus reuertatur ad suum dominum, illa vincula relinquens, per quæ ipse fuerat alligat⁹, id est trãsgressiõnem. Illi⁹ enim colligatio, solutio facta est hominis, quoniã non potest aliquis intrare in domum fortis, & vasa ei⁹ diripere, nisi primũ ipsum fortẽ alligauerit. Cõtrario ergo in sermone eius qui omnia fecit Dei, traducens eum dominus, & subiiciens per præceptum. præceptum autem Dei lex, fugitiuum eum, & legis trãsgressorẽ & apostatã Dei ostendens, postea iam per verbum constãter eum colligauit, quasi suum fugitiuum, & diripuit eius vasa, id est eos qui ab eo detinebãtur homines, quibus ipse iniuste utebatur.

batur. Et captiuus quidem ductus est iuste is, qui hominem iniuste captiuum duxerat: qui autem ante captiuus ductus fuerat homo, extractus est à possessoris potestate, secundum misericordiam Dei patris: qui miseratus est plasmati suo, & dedit salutem ei per uerbum, id est per Christum reintegrans: ut experimento discat homo, quoniam non à semetipso, sed donatione Dei accipit in corruptelam. Sic igitur manifeste ostendente domino, quoniam dominus uerus, & unus deus, qui à lege declaratus fuerat, quem enim lex præconauerat deum, hunc spiritus ostendit patrem, cui & seruire soli oportet discipulos Christi: & per eas quæ sunt in lege sententias aduersarij nostrum euacuante, lex autem Demiurgum laudare deum, & ipsi soli seruire iubet nobis: iam non oportet querere alium patrem præter hunc aut super hunc, quoniam unus deus qui iustificat circumcisione ex fide & præputium per fidem. Si enim alius quis erat super hunc perfectus pater, nequaquam per huius sermones & præcepta destruxisset satanam. Nec enim ignorantia per alteram potest dissolui ignorantiam, quemadmodum neque per labem labes euacuari. Si igitur lex ex ignorantia & labe est, quomodo sententia quæ in ea sunt, diabolicam ignorantiam absoluere poterit & fortem vincere? Neque enim à minori, neque ab æquali potest super omnia uerbum Dei, qui in lege quidem uociferatur, Audi Israël, dominus deus tuus, deus unus est, & diliges dominum deum tuum ex tota anima tua, & hunc adorabis, & huic seruias. In euangelio autem per has eadem sententias destruens apostasia, & patris uoce deuicit fortem, & legis præceptum suas sententias confitetur, dicens, Non tentabis dominum deum tuum. Nec enim per alienam sed per propriam patris sui sententiam destruxit aduersarium, & fortem uicit. Nos autem solutos per ipsum præceptum docuit, esurientes quidem sustinere eam quæ à deo datur escam, in sublimitate autem positos uniuersi christiatis, uel operibus iustitiæ confidentes, uel ministracionis supereminetia adornatos, nequaquam extolli, neque tentare deum, sed humilia sentire, & præ manu habere, Non tentabis dominum deum tuum, quemadmodum & Apostolus docuit,

cuit, Non alta, ait, sentientes, sed humilibus cōsentientes. Nec diuitiis, nec gloria mūdi, neque præsentī phantasia capi, Scire autem quoniā dominū deū tuū adorare oportet, ipsi soli seruire, & nō credere ei, qui falso promisit ea quæ nō sunt sua, dicens, Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. Ipse enim cōstetur, quoniā adorare eum, & voluntatem eius facere, cadere est à gloria dei. Et quid aut suaue, aut bonum participare potest qui cecidit? Aut quid aliud sperare & expectare potest, qui talis est, nisi mortem? Ei enim qui cecidit, proxima mors est. Deinde nec illa itaq; quæ promisit præstabit: quomodo enim præstabit ei qui cecidit? Deinde quoniā dominatur hominibus, & ei ipsi deus, & nolente patre nostro qui est in cælis, neq; passer cadet in terrā. Illud igitur quod ait, hæc mihi tradita sunt, & cui volo do ea, ut in superbiā elatus ait. Neque enim cōditio sub eius potestate est, quandoquidem & ipse vnus de creaturis est. Neque ipse hominum regnum attribuet hominib⁹, sed secundum ordinationē Dei patris, & cætera queq; & quæ sunt erga homines disponūtur. Domin⁹ aut ait, Quoniā diabolus mēdax est ab initio, & in veritate nō stetit. Si itaque mendax est, & non stans in veritate, videlicet nō verum dicebat, quoniā hæc omnia mihi tradita sunt, & cui volo, do ea, sed mēdaciū loquens. Assuetus enim erat iam ad seductionē hominum mentiri aduersus deum. Ab initio enim homini escam multā cum deus dedisset, ex vna autem tantū arbore præcepisset ne manducare, quæadmodum scriptura dicit dixisse deum ad Adā, Ab omni ligno quod est in paradiso escā manducabis, à ligno autē cognoscendi bonū & malū non manducabitis, qua autem die manducaueritis, morte moriemini, Ille autē mentiēs aduersus deū tētavit hominē, quemadmodū scriptura dicit dixisse serpentē mulieri, Quid itaque dixit deus? Ne māducaueritis ab omni ligno paradisi. Et cū illa traduxisset mendaciū, & simpliciter retulisset præceptū, in eo quod diceret, ab omni ligno paradisi māducaueritis, à fructu autē ligni quod est in medio paradiso, dixit deus, ex eo nō manducabitis, neq; tetigeritis, ne moriamini: cū didicisset à muliere præceptum

sexto ab orbe
condito die
peccauit Adā

præceptum Dei, astutia vsus decepit eā denuo per falsiloquium, dicens, Nō morte moriemini . Sciebat enim deus, quoniā qua die māducaueritis ex eo , aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij, sciētes bonū & malū. Primo quidem in Dei paradiso disputat de Deo , quasi absente eo, magnitudinē enim ignorabat Dei: post deinde ab ipsa discens dixisse dominū, morituros eos si gustassent de prædicto ligno, tertio mendaciū loquens dixit, Nō morte moriemini. Sed quoniā deus verax est, mendax autem serpens, de effectu ostensum est, morte subsecuta eos qui māducauerunt: simul enim cū esca & mortem adscierunt, quoniā inobediētes māducabāt. Inobedientia autem Dei morte infert, propter hoc ex eo traditi sunt ei, debitores mortis effecti . In ipsa itaque die mortui sunt, in qua manducauerunt, & debitores facti sunt mortis, quoniā cōditiōis dies vn^o, Fact^o est enim, inquit, vespere & mane dies vn^o. In ipsa autem hac die māducauerūt, in ipsa autē & mortui sunt. Secundū autē circulum & cursum dierū, secundū quē alia quidem prima, alia autem secunda, & alia tertia vocatur. si quis velit diligenter discere qua die ex septem mortu^o est Adā, inueniet ex domini dispositione. Recapitulās enim vniuersum hominem in se ab initio vsq; ad finem, recapitulatus est & mortem ei^o. manifestū est itaq; quoniā in illa die mortem sustinuit domin^o, obediens patri, in qua mortuus est Adā, inobediens Deo, In qua autē mortuus est, in ipsa & māducauit. Dixit enim de^o, In qua die māducabitis ex eo, morte moriemini. Hunc itaq; diem recapitulās in semetipsum domin^o, venit ad passionē prædie ante sabbatum; quæ est sexta cōditionis dies, in qua homo plasmatus est, secundā plasmationem eā quæ est à morte, per suā passionem donans. Quidā autem rursus in millesimum annum reuocāt mortem Adæ. Quoniā enim dies domini sicut mille anni, nō superposuit autem mille annos, sed intra eos mortuus est, trāsgressionis adimplens sententiā. Siue ergo secundum inobedientiam quæ est mors, siue quod exinde traditi sunt, & facti sunt debitores mortis, siue secundum vnū & eundem diem, in quo manducauerunt & mortui sunt, quoniam

vna cōditionis dies, siue secundū hunc circulum dierū,
 quæ in ipsa mortui in qua & manducauerunt, hoc est
 parasceue, quæ dicitur cœna pura, id est, sexta feria, quæ
 & dominus ostēdit passus in ea, siue secundum quod nō
 sit supergressus mille annos, sed in ipsis mortuos sit: se-
 cundum omnia ergo quæ significātur, deus quidem ve-
 rax, mortui enim sunt qui gustauerunt de ligno, serpens
 autem mendax ostensus est, & homicida, sicut dominus
 ait de eo. Quoniā ab initio homicida est, & in veritate
 nō stetit. Sicut ergo in principio mentitus est, ita & in fi-
 ne mentiebatur, dicens, Nō enim ipse determinauit hu-
 ius seculi regna, sed de°. Regis enim cor in manu Dei.
 Et per Salomonē autē ait verbū, Per me reges regnant,
 & potestates tenēt iustitiam. Per me principes exaltan-
 tur, & tyranni terræ. Et Paul° apostolus hoc ipsum ait,
 Omnibus potestatibus sublimiorib° subiecti estote, nō
 est enim potestas nisi à Deo. Quæ autē sunt, à deo dispo-
 site sunt. Et iterū de ipsis ait, Non enim sine causa gla-
 dium portat, Dei enim minister est, vindex in irā ei qui
 male operatur. Quoniā hæc autē nō de angelicis pote-
 statibus, nec de inuisibilibus principibus dixit, quomo-
 do quidam audēt exponere, sed de hiis, quæ sunt secun-
 dum homines potestates, ait, Propter hæc enim & tribu-
 ta præstatis, ministri enim dei sunt in hoc ipsum serui-
 entes. Hoc autē & dominus cōfirmavit nō faciēs quidē
 quod à diabolo suadebatur, tributorū autē exactoribus
 iubens pro se, & pro Petro dare tributū. Quoniā mini-
 stri Dei sunt, in hoc ipsum deseruientes. Quoniā enim
 absistens à Deo homo, in tantū efferauit, vt etiam cōsan-
 guineū, hostem sibi putaret, & in omni inquietudine, &
 homicidio, & auaritia sine timore versaretur, imposuit
 illi de° humanū timorē, nō enim cognoscebāt timorem
 domini, vt potestati hominū subiecti, & lege eorū astri-
 cti aliquid assequātur iustitiæ, & moderētur ad inuicē
 in manifesto propositū gladiū timentes, sicut apostolus
 ait: Nō enim sine causa gladiū portat, Dei enim mini-
 ster est, vindex in irā ei, qui male operatur. Et propter
 hoc & ipsi magistrat° indumētū iustitiæ leges habētes,
 quæcūq; iuste & legitime fecerint, de hiis nō interroga-
 buntur.

buntur, neq; pœnas dabunt. Quæcunq; autem ad euer-
 sionem iusti inique & impie cõtra legẽ & more Tyrãni-
 co exercuerunt, in hiis & peribunt iusto iudiciõ Dei, ad
 oës æqualiter perueniente, & in nullo deficiẽte. Ad vt-
 litatẽ ergo gentiliũ terrenũ regnũ positũ est à Deo, sed
 nõ à diabolo, qui nunquã omnino quietus est, imò qui
 nec ipsas quidẽ gentes vult in tràquillo agere, vt timen-
 tes regnum humanũ nõ se alterutrum homines vice pi-
 scium cõsumãt, sed per legũ positiones repercutiãt mul-
 tiplicem gentiliũ iniustitiã. Et secũdum hoc ministri
 Dei sunt, qui tributa exigunt à nobis, in hoc ipsum ser-
 uientes quæ sunt potestates, à Deo ordinatæ sunt. Mani-
 festum est, quoniã mentitur diabolus dicens, Mihi tradi-
 ta sunt, & cui volo, do ea, Cuius enim iussu homines na-
 scuntur, huius iussu & reges cõstituuntur, apti hiis qui in
 illo tẽpore ab ipsis regnãtur. Quidã enim illorũ ad cor-
 rectionem & vtilitatẽ subiectorũ dãtur, & cõseruationẽ
 iustitiæ. Quidã aut ad timorem, & pœnã, & increpationem.
 Quidã aut ad illusionem & cõtumeliã, & superbiã
 quemadmodũ & digni sunt Dei iusto iudicio, sicut præ-
 diximus, in õnibus æqualiter superueniente. Diabolus au-
 tem quippe Apostata existens angelus, hoc tãtum potest,
 quod egit in principio, seducere & abstrahere mentem
 hominis ad tràsgredienda præcepta Dei, & paulatim ob-
 seruare corda eorum cõatur seruire ei, ad obliuiscendũ
 quidem verum deum, ipsum autem quasi deum adora-
 re. Quemadmodum autem si quis apostata regionẽ ali-
 quã hostiliter capiens, perturbet eos, qui in ea sunt, vt
 regis gloriã sibi vindicet apud ignorãtes, quod apostata
 & latro sit, Sic etiã diabolus cum sit vnus ex angelis
 hiis, qui super spiritũ aëris præpositi sunt, quemadmo-
 dum Paulus apostolus in ea quæ est ad Ephesios manife-
 stauit, inuidens homini, apostata à diuina factus est le-
 ge. Inuidia enim aliena est à Deo. Et quoniã per homi-
 nem traducta est apostasia eius, & examinatio sententiæ
 eius homo factus est, adhuc magis magisque semetipsum
 cõtrarium cõstituit homini, inuidens vitæ eius, & in sua
 potestate apostatica volens cõcludere eum. Omnium au-
 tem artifex verbũ Dei per hominem vincens eũ, & apo-
 stata in

statã ostendens, è cõtrario subiecit eũ homini. Ecce, di-
cens, do vobis potestaté calcãdi super serpentes & scor-
piones, & super omnem virtutem inimici, vt quemad-
modum dominatº est homini per apostasiã, sic iterũ per
hominem recurrentem ad deum euacuetur apostasia
eius. Et nõ tãtum per ea quæ dicta sunt, sed per ea quæ
erunt sub Antichristo ostenditur, quoniã existens apo-
stata & latro, quasi deus vult adorari, & cũ sit seruus, re-
regem se vult p̄conari. Ille enim omnẽ suscipiens dia-
boli virtutem, veniet non quasi rex iustus, nec quasi in
subiectione Dei legitimº: sed impiº & iniustº, & sine le-
ge quasi apostata, & iniquus & homicida quasi latro, dia-
bolicã apostasiã in se recapitulãs, & idola quidem sepon-
nẽs ad suadendũ quod ipse sit deus, se aut extollens vnũ
idolũ, habens in semetipsum reliquorũ idolorũ varium
errorem, vt hij qui per multas dominatiões adorãt dia-
bolum, hij per hoc vnũ idolum seruiãt ipsi: de quo apo-
stolus in epistola quæ est ad Thessalonicenses secunda
ait sic, Quoniã nisi venerit abscessio primũ, & reuela-
tus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersa-
tur & extollit se super omne quod dicitur deº, aut colit-
tur: ita vt in templo Dei sedeat, ostendens semetipsum
tanquã sit deº. Manifeste igitur apostolº ostendit aduen-
tum eius, & quoniã extollitur super omne quod dicitur
deus, vel quod colitur super omne idolũ. Hij enim sunt
qui dicuntur quidem ab hominibus, non sunt autem,
dij. Et quoniã ipse se tyrãnico more conabitur ostende-
re deũ, super hæc aut manifestauit & illud quod à nobis
per multa ostensum est, quoniã Hierosolymis templum
per dispositionem veri dei factum est. Ipse enim aposto-
lus ex sua persona diffinitive templum illud dixit Dei.
Ostendimº autem & in tertio libro, nullum ab apostolis
ex sua persona deũ appellari, nisi eum qui vere sit deº,
patrem domini nostri, cuiº iussu hoc quod est in Hiero-
solymis factum est templum, ob eas causas quæ à nobis
dictæ sunt: in quo aduersarius sedebit, tentãs semetip-
sum Christum ostendere, sicut & dominus ait, Cum au-
tem videritis abominationem desolationis, quæ dicta
per Daniele prophetã, statẽm in loco sancto, qui legit

H ij intelligat,

intelligat. Tunc qui in Iudæa sunt fugiāt in montes, & qui in tecto est, nō descendat tollere quicquā de domo: Erit enim tunc pressura magna, qualis nō est facta ab initio seculi vsq; nunc, sed neq; fiet. Daniel autem nouissimi regni finem respiciēs, id est nouissimos decem reges, in quos diuideretur regnum illorum, super quos filius perditionis veniet, cornua dicit decem nasci bestiarū, & alterum cornu pusillum nasci in medio ipsorum, & tria cornua de prioribus eradicare à facie eius. Et ecce, inquit, oculi quasi oculi hominis in cornu hoc, & os loquens magna, & aspectus eius maior reliquis videbatur, & cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, & valebat aduersus eos, quoad usq; venit vetustus dierū, & iudicium dedit sanctus altissimi Dei & tempus præuenit, & regnū obtinuerunt sancti. Postea in exolutione visionū dictum est ei. Bestia quarta, regnū quartū erit in terra, quod eminebit super reliqua regna & maducabit omnē terram, & cōculcabit eam, & concidet, de decem cornibus eius, decem reges exurgent: & post eos surget alius, qui superabit alios omnes, qui ante eū fuerunt, & reges tres deminorabit, & verba aduersus altissimū deū loquetur, & sanctos altissimi Dei conteret, & cogitabit demutare tēpora & legem: & dabitur in manu ei⁹ vsq; ad tēpus temporum & dimidium tempus, hoc est triennium & sex menses, in quibus veniens regnabit super terram. De quo iterū & apostolus Paulus in secunda ad Thessalonicenses simul & causam aduētus ei⁹ annūciās sic ait, Et tūc reuelabitur iniquus, quē dominus Iesus interficiet spū oris sui, & destruet præsentia aduentus sui, cuius est aduētus secundū operationē Satanæ, in omni virtute, & signis, & portētis mendaciorū, & omni seductione malitiæ pereūtibus, pro eo quod dilectionē veritatis nō receperunt, vt salui fierent. Et ideo mittit eis deus operationē erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui nō crediderunt veritati, sed cōsenserunt iniquitati. Et dominus autē hoc idē nō credentibus sibi dicebat, Ego veni in nomine patris mei, & nō recepistis me. Cū alius autē venerit in nomine suo illū recipietis, aliū dicens Antichristū, quoniā alienus est à domino

domino: & ipse est iniquus iudex, qui à domino dictus est, quoniam deū nō timebat, neq; hominē reuerbatur ad quē fugit vidua oblita Dei, id est, terrena Hierusalē, ad vlciscendū de inimico, quod & faciet in tēpore regnī sui: trāfferet regnū in eam, & in tēplo Dei sedebit, seducens eos qui adorant eū quasi ipse sit Christus. Quapropter ait Daniel iterū, & sanctum desolabitur. Et datum est in sacrificiū peccatū, & proiecta est in terra iustitia, & fecit, & prospere celsit. Gabriel angelus exoluēs eius visionē de hoc ipso dicebat. Et in nouissimo regni ipsorū exurget rex improbus facie valde, & intelligēs quæstiones, & valida virtus eius, & ammirabilis, & corruptipit, & dirigit, & faciet, & exterminabit fortes, & populum sanctum, & iugū torquis ei⁹. dirigetur dolus in manu eius, in corde suo exaltabitur, & dolo disperdet multos, & ad perditionē multorum stabit, & quomodo vna manu cōteret. Deinde & tempus tyrannidis eius significat, in quo tempore fugabūtur sancti, qui purum sacrificiū offerūt Deo. Et in dimidio hebdomadis, ait, tolletur sacrificiū & leuatio, & in tēplo abominatio desolationis & vsq; ad cōsummationē tēporis cōsummatio dabitur super desolationē. Dimidiū autē hebdomadis, tres sunt anni, & mēses sex: ex quibus omnibus nō tantū quæ sunt Apostasiæ manifestantur, & quæ sunt eius qui in se recapitulatur omnē diabolicū errorē, sed & quoniā vnus & idem pater deus qui à prophetis annunciatus est, & Christo autem manifestat⁹. Si enim quæ à Daniele propheta sunt dicta de fine domin⁹ cōprobauit, Cū videritis dicens, abominationē desolationis, quæ dicta est per Danielem prophetā: Danieli autē angelus Gabriel exolutionem visionū fecit, Hic autē est archangelus Demīurgi, & hic idem Mariæ euangelizauit manifestum aduentū, & incarnationē Christi: Vn⁹ & idem de⁹ manifestissime ostenditur, qui prophetas misit, & filiū præmisit, & nos vocauit in agnitionē suā. Manifestius adhuc etiā de nouissimo tempore, & de hiis qui sunt in eo decem regib⁹, in quos diuidetur quod nunc regnat imperium, significauit Ioannes domini discipulus in Apocalypsi, edisserēs quæ fuerint decē cornua quæ à Daniele

visa sunt, dicens, sic dictū esse sibi, Decem cornua quæ
 vidisti decem reges sunt, qui regnū nō acceperunt, sed
 potestatem quasi reges vna hora accipient. Cū bestia hij
 vnā sententiā habent, & virtutē & potestatem suā bestig
 dāt. Hij cū agno pugnābunt, & agn° vincet eos, quoniā
 dominus dominorū est, & rex regū. Manifestū est itaq;
 quoniā ex hiis tres interficiet ille qui vêturus est, & reli
 qui subiiciūtur ei, & ipse octauus in eis, & vastabūt Ba
 bylonem, & cōburent eā igni, & dabūt regnum suū be
 stia, & effugabunt ecclesiā. Post deinde ab aduentu do
 mini nostri destruentur. Quoniā enim oportet diuidi
 regnū, & sic deperire sicut dominus ait, Omne regnum
 diuisum in se desolabitur, & omnis ciuitas vel dom° di
 uisa in se nō stabit: Diuidi igitur & regnū & ciuitatē &
 domū oportet in decem, & ppter ea iā partitionem, & di
 uisionē præfigurauit & diligenter Daniel finem quarti
 regni digitos ait pedum esse imaginis, quæ à Nabucho
 donosor visa est, in quos venit lapis sine manibus præ
 cisus, & quēadmodū ipse ait, Pedis pars quidem aliqua
 ferrea, & pars aliqua fictilis, quoadsuq; abscisus est la
 pis sine manibus, & percussit imaginē in pedes ferreos,
 & fictiles, & cōminuet eos vsq; ad finem. Post deinde in
 exolutione ait, Et quoniā vidisti pedes, & digitos partē
 quidē fictilem, partē autē ferreā, regnū diuisum erit, &
 radix ferrea erit in eo, quēadmodū vidisti ferrū cōmix
 tū testæ, & digiti pedū pars quidē aliqua ferrea, pars autē
 aliqua fictilis. Ergo decē digiti pedū, hij sunt decem re
 ges in quibus diuiditur regnū, ex quibus quidā quidem
 fortes & agiles, siue efficaces, alij autē pigri & inutiles
 erunt, & nō cōsentient quēadmodum Daniel ait, Pars
 regni erit fortis, & ab ipsa parte erit minuta, quoniā vi
 disti ferrū cōmixtum testæ, cōmixtionem erunt in semi
 ne hominū, & nō erunt adiuncti inuicē, quēadmodum
 ferrum nō cōmiscetur cum testa. Et quoniā finis fiet, in
 quit. Et in dieb° regū illorū excitabit de° cæli regnum,
 quod in æternū nō corrūpetur, & regnū ei° alteri popu
 lo nō relinq̄tur. Cōminuet & ventilabit omnia regna,
 & ipsum exaltabitur in æternū. Quemadmodū vidisti;
 quoniā de mōte præcisus est lapis sine manibus, & com
 minuit

minuit testā, ferrum & aramentum & argentum & aurum. De^o magnus significauit regi quæ futura sunt post hæc, & verum est somniū, & fidelis interpretatio ei^o. Si ergo deus magnus significauit per Danielem futura, & per filium cōfirmavit, & Christ^o est lapis qui præcis^o est sine manib^o, qui destruet tēporalia regna, & æternū inducit, quæ est iustorum resurrectio, Resuscitabit, ait, deus cæli regnum, quod in æternum nunquā corrumpetur: Cōfutati respiciant qui Demiurgum respuunt, & non cōsentiunt ab eo patre præmissos prophetas, à quo & dominus venit, sed asseuerāt ex differentibus virtutibus factas esse prophetias. Quæ enim à Demiurgo prædicta sunt similiter per omnes prophetas, hæc Christ^o in fine perfecit, ministrās patris sui voluntati, & adimplēs secundū humanū gen^o dispositiones. Qui ergo blasphemāt Demiurgū, vel ipsis verbis & manifeste quemadmodum qui à Marcione sunt, vel secundū euerionē sententiæ qui à Valentino sunt, & omnes qui falso dicuntur esse gnostici, organa satanæ ab omnib^o deum colētib^o cognoscantur esse, per quos satanas nunc & non ante ausus est maledicere Deo, qui ignem æternum præparauit omni apostasiæ. Nam ipse per semetipsum nude nō audebat blasphemare suum dominum, quemadmodum & initio per serpentem seduxit hominem, quasi latens deum. Bene Iustinus dixit, quoniā ante domini aduentum, nunquā ausus est satanas blasphemare deū, quippe nondum sciens suā dānationem. Quoniā & in parabolis, & allegoriis, & pphetis de eo sic dictum est. Post autem aduentum domini ex sermonibus Christi & apostolorum eius discens manifeste, quoniā ignis æternus ei præparatus est ex sua voluntate abscedenti à Deo, & omnibus qui sine pœnitentia perseverant in apostasia, per huiusmodi homines blasphemāt eum deum, qui iudicium importet: qua sententia condemnatus & peccatum suæ apostasiæ cōditori suo imputat, & non suæ voluntati & sententiæ: quemadmodum & qui supergrediuntur leges & postea pœnas dāt, queruntur de legislatoribus, sed non de semetipsis. Sic autem & diabolico spiritu pleni innumeras accusationes inferunt factori

H iij

nostro,

nostro, cum & spiritu vitæ nobis donauerit, & legem omnibus aptam posuerit, & nolunt iustum esse iudicium Dei. Quapropter & alterum quendam excogitant patrem, neque curantem neque prouidentem eorum quæ sunt erga nos aut etiam consentientem omnibus peccatis. Si enim non iudicat pater, aut nõ pertinet ad eum, aut consentit hijs, quæ fiunt omnibus, & non iudicat, omnes in æquo erunt: Si in eodem dinumerabuntur statu, superuacuis ergo erit aduentus Christi, & contrarius in eo quod non iudicet.

V Enit enim diuidere hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem, & nurrum aduersus socrum, & cum deo sint in eodem lecto, vnum assumere, & alterum relinquere, ad finem iubere messoribus colligere primum zizania, & fasciculos alligare, & cõburere igni inextinguibili, triticum autẽ colligere in horreũ: & agnos quidẽ vocare in præparatũ regnũ, hædos autem in æternum ignẽ mittere, qui præparatus est à patre eius, diabolo & angelis eius. Et quid enim verbũ venit in ruinam & in resurrectionem multorũ, In ruinam quidem nõ credentiũ ei, quibus & maiorẽ dånationem quàm Sodomorũ & Gommorrhæ in iudicio cõminatus, In resurrectione autem credentium, & facientium voluntatem patris eius qui est in cælis. Si ergo aduentus filij super omnes quidem similiter aduenit, iudicialis autem & discretor credentium, & non credentium, quoniam ex sua sententia credentes faciũt eius voluntatem, & ex sua sententia in dicto audientes non accedunt ad eius doctrinam: manifestum quoniam & pater eius omnes quidem similiter fecit propriam sententiam vnumquemque habentem & sensum similiter: respicit autem omnia, & prouidet omnibus, solem suum oriri faciens super bonos & malos, & pluens super iustos & iniustos. Et quicumque erga eum custodiunt dilectionem suã, hijs præstat communionem. Cõmunio autem Dei vita, & lumen, & fruitio eorum quæ sunt apud eum bonorum. Quicumq; autem absistunt secundum sententiam suam ab eo, hijs eã quæ electa est ab ipsis separatione inducit. Separatio autem
dei

dei mors, & separatio lucis tenebræ, & separatio dei amissio omnium quæ sunt apud deum bonorum. Qui ergo per apostoliam amiserunt quæ prædicta sunt, quippe desolati ab hominibus bonis, in omni pœna cōuersantur, deo quidē principaliter nō à semetipso eos puniēte, psequente autem eos pœna, quoniā sunt desolati ab omni bono. Aeterna autem & sine fine sunt à deo bona, & propter hoc & amissio eorū æterna & sine fine est. Quemadmodum in immenso lumine qui excæcaverunt semetipsos, vel ab aliis excæcati sunt, semper priuati sunt iucunditate luminis, non quod lumen pœnam ei inferat cæcitatē, sed quod ipsa cæcitas superinducat eis calamitatem. Et propter hoc dominus dicebat: Qui credit in me, nō iudicatur, id est, nō separatur à deo, adunitus est enim per fidem deo, Qui autem nō credit, ait, iam iudicatus est, quoniam non crediderit in nomine vnigeniti filij dei, id est, separauit semetipso à deo voluntaria sententia. Hoc est enim iudicium, quoniā lumē venit in hūc mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Omnis enim qui male agit, odit lucem, & nō ueniet ad lumen, ne traducantur opera. Qui autē facit ueritatem uenit ad lumē, ut manifestentur opera eius, quoniam in deo est operatus. Quoniam igitur in hoc mūdō quidā quidem accurrunt lumini, & per fidem uniunt se deo, alij autē absistūt à lumine, & separāt seipso à deo:

Enit uerbum dei omaibus aptā habitationem

V inferens, his quidē qui in lumine sunt ut fruatur eo, & hiis quæ in eo sunt bonis: hiis autem qui in tenebris sunt, ut participetur eis calamitas quæ in eis est. & propter hoc ait, hos quidem qui sunt ad dexteram uocari in regnum patris: illos autem qui sunt à sinistra in æternum ignē missurū. Semetipsos enim omnibus priuauerunt bonis, & ideo apostolus ait, Pro eo quod dilectionem dei nō receperunt ut salui fierent, & ideo mittet eis deus operationē erroris, ut credant mendacio, ut iudicētur omnes qui nō crediderunt ueritati, sed cōsenserunt iniquitati. Illo enim ueniēte & sua sententia apostasiā recapitulante in semetipsum: & sua uoluntate & arbitrio operante quæcunq; operabitur: & in templo

tēplo dei sedente vt sicut Christū adorent illū qui seducuntur ab illo, quapropter & iuste in stagnum proiicientur ignis. Deo autem secundū suam prouidentiam præsciente omnia, & apto tempore eum qui talis futurus erat immittente vt credant falso, & iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Cuius aduentum Ioannes in Apocalypsi significauit ita, Et bestia quam videram similis erat pardo, & pedes eius quasi vrsi, os eius quasi os Leonis, & dedit ei Draco virtutem suā, & thronum suum, & potestatem magnā, & vnum ex capitibus eius quasi occisum in mortē, & plaga mortis eius curata est, & admirata est vniuersa terra post bestiā, & adorauerunt Draconem, quoniā dedit potestatem bestiæ, & adorauerunt bestiam, dicētes, quis similis bestiæ illi. & quis potest regnare cum ipsa, & datum est ei os loquens magna & blasphemiā, & data est ei potestas mensibus xl. & duo & aperuit os suū blasphemum aduersus deum blasphemare nomē eius & tabernaculum eius, & eos qui in cælo habitāt, & data est ei potestas super omnem tribum, & populum, & linguā, & gentem, & adorauerunt eam omnes qui habitant super terrā, cuius nō est scriptum nomē in libro vitæ agni occisi à cōstitutione mundi. Si quis habet aures, audiat. Si quis in captiuitatem duxerit, & in captiuitatem ibit. Si quis gladio occiderit, oportet eum in gladio occidi. Hic est sustinentia & fides sanctorum. Post deinde & de armigero eius, quem & pseudoprophetā vocat, loquebatur, inquit, quasi Draco, & potestatem primæ bestiæ omnē faciebat in conspectu eius: & facit terram & qui habitant in ea, vt adorent bestiam primam cuius & curata est plaga mortis eius, & faciat signa magna, & vt ignem faciat de cælo descendere in terram in conspectu hominum, & seducit inhabitantes super terrā. Hoc nequis eū diuina virtute putet signa facere, sed magica operatione. Et non est mirandum si dæmoniis & apostaticis spiribus ministrantibus ei, per eos faciat signa in quibus seducat habitantes super terram. Et imaginem, ait, iubebit fieri bestiæ, & spūm dabit imagini, vti & loquetur imago, & eos qui nō adorauerint eā faciet occidi. Et

characterem

characterem autem ait in fronte & in manu dextra faciet
 dari, ne possit aliquis emere vel vendere, nisi qui habet
 characterem nominis bestię vel numerum nominis e-
 ius, & esse numerum sexcentos sexaginta sex, quod est,
 sexies centeni, & deni sexies, & singulares sex. In recapitulationem
 vniuersę apostasię eius quę facta est in sex
 millibus annorum. Quotquot enim diebus hic factus
 est mundus, tot & millenis annis consummatur. Et pro-
 pter hoc ait scriptura Geneseos. Et consummata sunt cę-
 lum & terra, & omnis ornatus eorum. Et consummauit
 deus in die sexto omnia opera sua quę fecit, & requie-
 uit in die septimo ab omnibus operibus suis quę fecit.
 Hoc autem est & antefactorum narratio, quemadmodũ
 facta sunt, & futurorum prophetia. Est enim dies domi-
 ni quasi mille anni. In sex autem diebus consummata
 sunt quę facta sunt, Manifestum est, quoniam consum-
 matio ipsorum sextus millesim⁹ annus est. Et ppter hoc
 in omni tempore plasmatus in initio homo per manus
 dei, id est, filij & spiritus, scit secundum imaginem & si-
 militudinem dei, paleis quidem abiectis, quę sunt apo-
 stasia, frumento autem in aureum assumpto, quod est,
 hij qui ad deum fide fructificant: & propterea tribula-
 tio necessaria est hiis qui saluantur quodammodo cõtri-
 ti, attenuati & cõspari per patiẽtiam verbo dei, & igni-
 ti apti sint ad conuiuium regis. Quemadmodum quidã Ignatius
 de nostris dixit, ppter martirium in deum adiudicatus
 ad bestias. Quoniam frumentum sum Christi, & per dõ-
 tes bestiarum molor, vt mūdus panis dei inueniar. Cau-
 sam autem reddi dimus in hiis qui sunt ante hęc libris,
 propter quos passus deus hęc ita fieri, ostendimus quo-
 niã omnia quę sunt talia, pro eo qui saluatur homine fa-
 cta sunt, illud quod est sui arbitrij, & suę potestatis ma-
 turans ad immortalitatem, & aptabiliorem eum ad æter-
 nam subiectionem deo præparans. Et propter hoc cõdi-
 tio infumitur homini: nõ enim homo ppter illã, sed cõ-
 ditio facta est ppter hominem. Gentes autẽ & ipsę non
 alleuarũt oculos ad cælum, neq; gratias egerunt factori
 suo, neq; lumen veritatis videre voluerũt, sed sicut mu-
 res cæci absconditi in profundo, Insipientia eius te sermo

vt stillicidiū de cado, & sicut momētū stateræ, & sicut nīhil deputauit, in tātum vtiles & aptibiles iustis, quantū utilitatis præstat stipula ad tritici augmētum, & paleas eius in vstionē ad operationē auri. Et ppter ea cum in fine repente hinc ecclesia assumitur, Erit, inquit, tribulatio qualis nō est facta neq; fiet, Nouissimus enim agō iustorum in quo vincentes coronātur incorruptelā. Et ppter hoc in bestia veniente recapitulatio fit vniuersæ iniquitatis, & omnis doli, vt in ea cōfluēs & cōclusa omnis virtuts apostatica in caminum mittatur ignis. Congruenter autē & nomē eius habebit numerū, Sexcentos sexaginta sex, recapitulans in semetipso omnē quæ fuit ante diluuium malitiæ cōmixtionē, quæ facta est angelica apostasia: Noë enim fui annorū sexcētorum, & diluuium aduenit terræ delēs in resurrectionē terræ ppter nequissimā generationē quæ fuit temporibus Noë. Recapitulās autem & omnē qui fuit à diluuiio errorē commentatorē Idolorū, & pphetarū interfectionē, & successionem iustorum. Illa enim quæ fuit à Nabuchodonosor instituta imago, altitudinem quidē habuit cubitorū sexaginta, latitudinē autē sex ppter quæ & Ananias, & Azarias & Misael nō adorātes eā in caminū missi sūt ignis per id quod eis euenit pphetātes eā, quæ in finē futura est iustorū succensio. Vniuersa enim imago illa præfiguratio fuit huius aduentus, ab omnib^o omnino hominibus ipsum solum decernēs adorari. Sexcenti itaq; anni Noë, sub quo fuit diluuium, ppter apostasiā, & numerus cubitorū imaginis, ppter quā iusti in caminum ignis missi sunt, numerū nominis significat illi^o in quē recapitulatur sex milium annorum omnis apostasia, & iniustitia, & nequitia, & pseudopphetia, & dolus, propter quæ & diluuiū superueniet ignis. Hiis autem sic se habentib^o, & in omnib^o antiquis & pbatissimis & veterib^o scripturis numero hoc posito, & testimoniū perhibētibus hiis qui facie ad faciē Ioannē viderūt, & ratione docentib^o, quoniā numerus nominis bestię secundum Græcorū cōputationē per literas quæ in eo sunt, sexcentos habebit, & sexaginta, & sex, hoc est, decadas æquales hecatontasin, & hecatontadas æquales monasin: Numerus

tus enim qui digitos sex similiter custoditus recapitula-
 tiones ostendit vniuersæ apostasiæ eius quæ initio, &
 quæ mediis temporibus, & quæ in fine erit: Igno-
 ro quomodo errauerunt quidã sequentes idiotissimum, &
 medium frustrantes numerum nominis, quinquaginta nu-
 meros deducentes, pro sex decadibus vnã decadem volentes
 esse. Hoc autem arbitror scriptorum peccatum fuisse, vt
 solet fieri, quoniã & per literas numeri ponuntur, facile
 literã Græcã, quæ sexaginta nuntiat numerum, in Iota
 Græcorum literã expãsam. Post deinde quidã sine exqui-
 sitione hoc acceperunt. Alij quidem simpliciter & idioti-
 ce vsurpauerunt denarium numerum, Quidã autem &
 per ignorantiam ausi sunt & nomina exquirere, habentia
 falsum erroris numerum. Sed hiis quidem qui simplici-
 ter, & sine malitia hoc fecerunt, arbitramur veniam dari à
 deo, Quotquot autem secundum inanem gloriam statuunt no-
 mina, continentia falsum numerum, & quod à se fuerit ad-
 inuentum nomen definierint esse illius qui venturus est,
 nõ sine damno tales erunt, quippe qui & semetipsos, &
 credentes sibi seduxerunt. Et primum quidem damnum
 est excidere à veritate, & quod nõ sit arbitrari: post dein-
 de apponenti vel auferenti de scriptura pœnã nõ modi-
 cã fore, in quã incidere necesse est eum qui sit talis. Subse-
 quetur autem & aliud nõ quodlibet periculum eis, qui
 falso præsumunt scire nomen eius. Si enim aliud quidem
 hij putant, aliud autem ille habens adueniet, facile sedu-
 centur ab eo, quasi nec dum adsit ille quem cauere conue-
 nit. Oportet itaque tales discere, & ad verum recurrere no-
 minis numerum, vt nõ in pseudoprophetarum loco de-
 putentur, Sed scientes firmum numerum qui à scriptura
 annuntiatus est, id est, sexcentorum sexaginta sex, suslineant
 primum quidem diuisionem regni in decem: post dein-
 de illis regnantibus, & incipientibus corrigere sua negotia, &
 augere suum regnum, qui de improviso aduenit regnum
 sibi vindicatis, & terrebit predictos, habens nomen conti-
 nens predictum numerum, hunc vere cognoscere esse ab-
 ominationem desolationis. Hoc & apostolus ait, Cum di-
 xerint pax & munitio, tunc subitaneus illis superueniet
 interitus. Hieremias autem nõ solum subitaneum eius
 aduentum,

I decem sex-
 xaginta.

aduentum, sed & tribum ex qua veniet manifestauit dicens: Ex Dan audiuius vocē velocitatis equorum ei^o, à voce hinnitus decursionis equorum ei^o cōmouebitur tota terra, & veniet & manducabit terrā & plenitudinē eius, & ciuitatem & qui inhabitāt in ea: & ppter hoc nō annumeratur tribus hæc in Apocalypsi cū hiis quæ saluantur. Certius ergo & sine periculo est sustinere adimplerionem pphetiæ, quàm suspicari, & diuinari nomina quælibet, quando multa nomina inueniri possunt habentia prædictum numerum. Et nihilominus quidem erit hæc eadem quæstio. Si enim multa sunt quæ inueniuntur nomina habentia numerum hunc, quod ex ipsis portabit qui veniet quæritur. Quoniã autem nō propter inopiã nominum habentium numerū nominis ei^o dicimus hæc, sed propter timorem erga deum, & zelum veritatis: euan enim nomen habet numerū de quo quæritur, sed nihil de eo affirmamus, Sed & Latinos nomen sexcentos sexaginta sex numerum, & valde verisimile est, quoniam verissimū regnum hoc habet vocabulū. Latini enim sunt qui nunc regnant, sed nō in hoc nos gloriabimur. Sed & Titan prima syllaba per duas Græcas vocales, & scripta omnium nominum quæ apud nos inueniuntur magis fide dignum est. Etenim prædictum numerum habet in se, & literarum etiã sex singulis syllabis ex ternis literis cōstantibus, & vetus & sēmotum: neque eorum regum qui secundum nos sunt, aliquis vocatus est Titan. Nanque eorum quæ publice adorantur idolorum apud Græcos, & barbaros habet vocabulū, & diuinum putatur apud multos esse hoc nomē, vt etiã sol Titā vocetur, ab hiis qui nūc tenēt: & ostentationē quãdam cōtinet vltionis, & vindictā inferentis, quod ille simulat se male tractatos vindicare. Tale autē & antiquū, & fide dignū, & regale, magis autem & tyrannicum nomen. Cum igitur tantum suasionum habeat hoc nomen Titan, tamen habet verisimilitudinem vt ex multis colligamus ne forte Titan vocetur qui veniet: nos tamen nō peclitabimur in eo, nec asseuerātes pronuntiabim^o, hoc eum nomen habiturū, scientes quoniã si oporteret manifeste præsentī tempore præconari nomen ei^o, per ipsum

Titan

ipsum utiq; editum fuisset, qui & Apocalypsim viderat. Neq; enim ante multum temporis visum est, sed penè sub nostro seculo, ad finem Domitiani imperij. Hunc autem numerum nominis ostèdit, ut caueamus illù venientem, scientes quis est. Nomè autem ei^o tacuit, quoniam dignum nõ est præconari à spiritu sancto. Si enim præconatum ab eo fuisset, fortassis & in multum permaneret, Nunc autem quoniã fuit, & nõ est, & ascendit abyssus, & in perditione vadit, quasi qui nõ sit, sic nec nomè ei^o præconatum est: ei^o enim quod nõ est nomè nõ præconatur. Cum autem vastauerit Antichristus hic omnia in hoc mundo, regnã annis trib⁹ & mensibus sex, & sederit in templo Hierosolymis, tunc veniet dominus de cælis in nubibus in gloria patris, illum quidem & obedientes ei in stagnum ignis mittens, adducens autè iustis regni tempora, hoc est requietionem septimã diem sanctificatã & restituens Abrahæ promissionem hæreditatis: in quo regno ait dominus multos ab oriente & occidente venientes recumbere cum Abrahã Isaac & Iacob, Quoniã autem quidã ex hiis qui putãtur recte credidisse, supergrediuntur ordinem promotionis iustorũ, & modos meditationis ad incorruptelam ignorant, hæreticos sensus in se habentes. Hæretici enim despicientes plasmatorem dei, & nõ suscipientes salutem carnis suæ. Contemnentes autem & repromissionem dei, & totũ supergredientes deum sensu, simul atque mortui fuerint, dicunt se supergredi cælum, & demiurgũ, & ire ad matrẽ, vel ad eum qui ab ipsis affingitur patrẽ. Qui ergo vniuersam reprobãt resurrectionem, & quãtum in ipsis est auferunt eam de medio, quid mirum est, si nec ordinem resurrectionis sciunt, nolentes intelligere, quoniã si hæc ita essent quemadmodũ dicunt, ipse utiq; dominus in quẽ se dicunt credere, non in tertia die fecisset resurrectionem, sed super crucem expirans confestim utiq; abisset sursum relinquẽs corpus terræ. Nunc autè tribus dieb⁹ cõuersatus est vbi erãt mortui, quẽadmodum prophetia ait de eo: Commemoratus est dominus sanctorum mortuorum suorum, eorum qui ante dormierunt in terram stipulationis, & descendit ad eos,
extrahere

extrahere eos , & saluare eos . Et ipse autem dominus: Quemadmodum, ait, Ionas in ventre ceti tres dies, & tres noctes mansit sic erit filius hominis in corde terræ. Sed & apostolus ait : Ascendit autem quod est, nisi quia & descendit in inferiora terræ: Hoc & David in eum prophetas dixit, Et eripuisti animam meam ex inferno inferiori. Resurgens autem tertia dei , & Mariæ quæ se prima vidit, & adorauit, dicebat: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum , sed vade ad discipulos , & dices eis, Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum. Si ergo dominus legem mortuorum seruauit , vt fieret primogenitus à mortuis, & commoratus vsque in tertiam diem in inferioribus terræ , post deinde surgens in carne, vt etiam figuras clauorum ostenderet discipulis , sic ascendit ad patrem: quomodo non confundentur, qui dicunt inferos quidem esse hunc mundum qui sit secundum nos, interiorem autem hominem ipsorum dereliquentem hic corpus, in supercælestem ascendere locum . Cui enim dominus in medio umbræ mortis abierit, vbi animæ mortuorum erant, post deinde corporaliter resurrexit, & post resurrectionem assumptus est: manifestum est, quia & discipulorum eius, propter quos, & hæc operatus est dominus, animæ abibunt in inuisibilem locum definitum eis à deo, Et ibi vsque ad resurrectionem commorabuntur, sustinentes resurrectionem: post recipientes corpora & perfecte resurgentes , hoc est corporaliter, quemadmodum & dominus resurrexit, sic veniet ad conspectum dei. Nemo est enim discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, sicut magister eius. Quomodo ergo magister noster non statim euolans abiit, sed sustinens definitum à patre resurrectionis suæ tempus, quod & per Ionam manifestum est, post triduum resurgens assumptus est, Sic & nos sustinere debemus definitum à deo resurrectionis nostræ tempus, prænuntiatum à prophetis, & sic resurgentes assumi, quotquot dominus hoc dignos habuerit. Huius D. Irenæi operis Finis.

EXCEDEBAT ANTHONIVS

IURIANVS.

Ayuntamiento de Madrid